Aristippus Philosophus Socraticus, naufragio cum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur, Bene speremus, Hominum enim vestigia video.

Vitruv. Architect. lib. 6. Præf.

delin. M Burghers sculpt Univ. Oxon.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

EUCLIDIS
QUÆ SUPERSUNT
OMNIA.

Ex Recensione DAVIDIS GREGORII M. D.
Astronomiæ Professoris Saviliani, & R. S. S.

OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, An. Dom. MDCCIII.

Imprimatur,

GUIL. DELAUNE

VICE-CAN. *OXON.*

Junii 3. 1703.

REVERENDO VIRO

HENRICO ALDRICH

S. T. P.

ÆDIS CHRISTI OXONIENSIS

DECANO,

ET

Synodi Provinciæ Cantuarienſis

INFERIORIS DOMUS

PROLOCUTORI DIGNISSIMO.

CUM Tuæ, Vir Reverende, & dignitatis ſplendore, & eruditionis varietate omnium ad Te oculos atque ánimos trahas; tum præſertim ea, qua literas & literatos foves, benevolentia & liberalitate facis, ut doctorum omnium votis, affectibus, prædicatione cumuleris. Inter Artes vero univerſas quas & Ipſe colis, & ad quas alios accendis, nulla fere eſt quæ curas Tuas magis exercuit quam Matheſis: inter viros quamplurimos, quorum induſtriam provocaſti, me certe devinctiorem habes neminem. Me enim in Oxonio hoſpitem & quaſi peregrinum ſumma illico humanitate amplexus es; meque deinde & ſtudia mea, ultra quam mihi fas erat ſperare, Tuo frequentius colloquio, hortatu, conſilio adjuviſti. Libere mecum communicare ſolebas, quid de omni Matheſeos diſciplina ſenſeris, quis fuerit ſcopus, qui fructus, quæ cujuſque tradendæ ratio commodiſſima. Memini vero quam ſæpe reclamares viris in re Mathematica novitatis, compendii, & forte ſui nimium amantibus; cum interim Juventutem ad ipſos

fontes

fontes remittendam, Veterumque libros diligentius esse versandos terendosque vehementer urgeres. Ad hæc studia resuscitanda suadebas, ut Antiqui illi scriptores sive eruti e MSS. publici juris fierent, sive prius editi ad prelum denuo revocarentur; utque Euclides imprimis (quem Te uno, Vir Clarissime, nemo aut penitius inspexit, aut sæpius revolvit, aut distinctius animo infixit) paulo quam antehac elegantior perfectiorque, sed sua lingua, suo simplex cultu atque apparatu prodiret. Mihi vero hanc provinciam commendabas volenti, fateor, atque optanti; quippe qui & rei Mathematicæ inservire, & Tibi semper placere magnopere cupiam. Habes itaque hic, quod a me postulabas, Euclidis libros, quantum meæ vires & diligentia efficere poterant, emendatos & numero suo absolutos. Ex Te satis intellexi perfectissimum opus nihil indigere adjumentis. Cum itaque Tuo obsecutus judicio perpauca admodum annotaverim, pauca etiam erunt quæ veniam Tuam desiderabunt. Si hæc tandem Tibi non displicuerint, pro solita Amicitia studiis meis succurre, Tuoque in me Imperio ulterius utere. Nihil oneris impones, quod Te tanto tamque benevolo Adjutore non lubens suscipiam,

Tibi omnibus officiis

omnique cultu devotissimus,

David Gregory.

PRÆFATIO.

PRODEUNT tandem in lucem Euclidis Opera, quæ supersunt omnia, nunc primum Græce & Latine edita. Adjecta sunt quædam quæ Euclidis forsan non sunt: noluimus enim quidquam prætermittere, quod vel communi consensu, vel celebrioris alicujus Geometræ judicio, Euclidi adscriptum est. De singulis, vel qua autoritate Euclidis nomen vendicent, vel quibus argumentis ab illo abjudicanda censeamus; quis sit cujusque libri scopus & methodus; quid demum in hac Editione præstitum sit, quibusque auxiliis muniti hæc adornavimus, paulo fusius dicemus, ubi pauca de ipso Authore prælibaverimus.

Quo genere aut patria oriundus sit Euclides minime constat: alium esse ab Euclide Megareo, cujus vitam descripsit Laertius, vel inde quis suspicetur, quod inter scripta ejus nullum opus Mathematicum memoretur. Sed præterea liquet illum Megareum & hunc nostrum, tum ætate disjunctos esse, tum moribus & disciplina diversos. Erat enim ille (ut ait Laertius) Socratis auditor; hic (ut testatur Proclus libro 2. comment. in lib. 1. Elem.) non Socrate solum & Platone, sed Eudoxo Platonis, & Menæchmo Eudoxi discipulo junior. Ille (eodem Laertio authore) vehemens & litigiosus; hic (Pappo teste libro 7. Collect. math.) suavissimi ingenii vir, & contentionis minime amans. Floruit vero (ut ex Proclo discimus) sub Ptolemæo Lagi, (qui Ægypto annis plus quam trecentis ante Æram Christianam cæpit imperare,) Eratosthene & Archimede paulo antiquior. Alexandriæ primus omnium Scholam mathematicam fœlicibus auspiciis aperuit, unde omnes fere insigniores Mathematici prodiere. Si hæc & plura quædam de Euclide clarius uberiusque enarrata desideras, Lector, consule Celeberrimum SAVILIUM, *qui in Prælectionibus illis, quas tanquam primitias propriæ Fundationi consecrare voluit, quicquid de Euclide ex veterum monumentis erui potest copiosissime accuratissimeque expendit. Cum vero (ut ait Vir ille clarissimus) Euclidis quidem ingenii monumenta habeamus plurima, vitæ perpauca, de Ejus scriptis aliquanto diligentius disseremus.*

Opera ejus, partim à Pappo lib. 7, partim à Proclo lib. 2. enumerata, hæc sunt: Elementorum *Libri*, Datorum *Liber*, Introductio Harmonica, Sectio Canonis, Phænomena, Optica, Catoptrica, *Liber de* Divisionibus, Porismatum *Libri*, Locorum ad superficiem *Libri*, Fallaciarum *Liber*, Conicorum *Libri*; *de quibus ordine dicendum erit.*

PRÆCIPUE *vero (inquit Proclus loco citato) circa Geometricam Elementorum Institutionem eum quispiam admirabitur, propter ordinem & delectum eorum, quæ per Elementa distribuit, theorematum atque problematum. Verisimile est etiam ante Euclidem Geometriæ Elementa aliqua constructa fuisse ab Hippocrate Chio, Leonte, aliisque magno numero, à Proclo lib. 2. versus initium memoratis. Nam Proclus expresse ait quod Euclides in Elementis multa quidem ordinavit Eudoxi, multa Theateti perfecit, ea præterea, quæ laxius à prioribus demonstrata fuerant, firmissimis demonstrationibus munivit, quæ nec coargui nec convinci possunt; unde à Proclo & veteribus* κατ' ἐξοχὴν *dictus est* στοιχειωτής, *& Geometra.*

Elementa hæc, prout nunc extant, libris constant Quindecim; nisi quod (inquit Gerardus Vossius) de duobus postremis res non sit ita aperta. Plerique eos non Euclidis putant, sed commentarios Hypsiclis Alexandrini, qui ducentis post Euclidem annis floruit. Sane decimusquartus præfationem habet propriam, quam nec primus habet Euclidis: non vano argumento, libros duos ultimos alterius esse, quam Euclidis.

Licet Euclides, qui (teste Proclo) secta fuit Platonicus, totius Elementorum Institutionis finem statuat τ̃ κοσμικῶν σχημάτων, Mundanarum Figurarum, *constitutionem, ad quem (inquit Kepplerus) referuntur omnes omnino propositiones omnium librorum, exceptis quæ ad Numerum perfectum ducunt; (figurarum, inquam, earum quæ Platonicæ appellantur, à Pythagora licet detectæ fuerint, ut ostendit epigramma:*

 Σχήματι

PRÆFATIO.

Σχήματα πέντε Πλάτωνος, ἃ Πυθαγόρας σοφὸς εὗρε·
Πυθαγόρας σοφὸς εὗρε, Πλάτων δ' ἀριδήλ' ἐδίδαξεν·
Εὐκλείδης ἐπὶ τοῖσι κλέος περικαλλὲς ἔτευξεν.)

proprie tamen Geometria hæc dividitur in ἐπιπέδων θεωρίαν, superficierum contemplationem, & στερεομετρίαν, solidorum. *Nam de Punctis & Lineis, ut ait Proclus, nulla est instituta ab Euclide in Elementis peculiaris tractatio. Sed* στερεομετρία *intelligi nequit sine notitia linearum* συμμέτρων & ἀσυμμέτρων. *Nec hanc scire possumus, nisi notitiam habeamus numerorum. Quare Elementa hæc commode in quatuor partes dividuntur. Prima est* ἐπιπέδων θεωρία, *sex libris comprehensa; quæ rursum triplex est: quatuor primis agitur de Planis absolute; in quinto de Proportionibus Magnitudinum in genere; in sexto denique de Proportionibus Figurarum planarum. Altera est de Numerorum Affectionibus; nempe liber septimus, octavus & nonus, qui Arithmeticorum vocantur. Tertia est de Lineis* συμμέτροις & ἀσυμμέτροις, *unde hæc pars* Συμμετρία *dicitur, ac libro decimo continetur. Quarta est* Στερεομετρία, *sive de Solidis, quæ reliquis libris absolvitur.*

Circa hosce Elementorum libros, prout nunc ab omnibus teruntur, varie inter recentiores disputatur quæ fuerint Theonis in illis partes. “*Quidam propositiones Elemento-*
“*rum tribuunt Euclidi, demonstrationes Theoni, homines stulti* (*inquit* Savilius) *& per-*
“*ridiculi; quasi ullus unquam artifex suas edi voluerit conclusiones, nullis adjectis pro-*
“*bationibus. Hoc neque Philosophorum quisquam, nec Medicorum, nedum Mathemati-*
“*corum, fecit unquam. Secunda est opinio Petri Rami, qui tam propositiones quam de-*
“*monstrationes Euclidi abjudicat, universa Theoni attribuens, false: eadem enim hæc*
“*quæ nunc habemus, eodem ordine, eisdem verbis, agnoscunt sub Euclidis nomine Pro-*
“*clus & Boëtius Theone posteriores, & anterior Theone Alexander Aphrodiseus, & omnis*
“*antiquitas. Tertia opinio est eorum, qui omnia attribuunt Euclidi; quæ aut vera est,*
“*aut veritati certe proxima. Quid ergo dicemus vulgatis libris, qui* ἐκ τῆς Θέωνος συνου-
“σιῶν, ex Theonis colloquiis sive congressibus, *præ se ferunt? cujus tamen tituli in neutro*
“*nostrorum codicum MSS. ullum reperi vestigium. Non diffiteor in uno ad oram mar-*
“*ginis adscripta esse ad decimumtertium librum hæc verba:* Εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συνα-
“θροίσας, ἦν ἐπὶ χρόνοις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος· Θέων δὲ ὁ συντάξας αὐτὰ, ἐπὶ Θεοδοσίου
“τοῦ βασιλέως; *ut collectionem Elementorum Euclidi, ordinationem & dispositionem Theoni*
“*tribuisse videatur. Magna certe Theonis laus, si inordinata & incomposita in ordinem*
“*redegit. Sed ne huic incerto scholiastæ fidem adjungamus, obstat, ut dixi, Procli &*
“*antiquorum omnium auctoritas; obstat mirabilis & concinna propositionum series, ex*
“*quibus unam loco suo si eximas, tota corruat compages & structura necesse est. Quid igitur?*
“*Nullæ sunt Theonis in hoc libro partes? Non me movent superius dicta; sed auctoritatem*
“*ipsius Theonis, in commentariis in Almagestum, perpendendam existimo, quæ fortasse*
“*viam præire possunt ad eruendam in hac quæstione veritatem. Quod vero sectores, in-*
“*quit, in circulis æqualibus sint proportionales angulis ad centrum constitutis, ostensum*
“*est à nobis in editione Elementorum,* ἐκδόσει, *ad finem sexti libri. Ex quibus verbis*
“*& novam Elementorum editionem adornasse Theonem constat, & nonnulla ab ipso adjecta.*
“*Et quidem in omnibus nostris exemplaribus hæc verba de sectore anneсtuntur ultimæ*
“*propositioni libri sexti Elementorum, quæ & Theonis esse puto, ut etiam demonstrationem*
“*ad illa verba:* Λέγω ὅτι κ, *&c. usque ad finem. Nam Euclidis illa solennis clausula,*
“ὅπερ ἔδει δεῖξαι, *quæ proxime præcedit, finis est, ut puto, Euclideæ. Idem judicium*
“*ferendum puto de multis in decimo libro lemmatiis, & fortasse propositionibus nonnullis.*
“*Alexander certe aliquot ante Theonem seculis, in commentariis in priora Aristotelis, eam,*
“*quæ quinta est decimi in nostris libris, citat pro quarta; ut necesse sit aliquam ex præ-*
“*cedentibus, quartam, uti reor, qua sine magno incommodo sane carere potuissemus, suo*
“*tempore ab Elementorum libro abfuisse, vel saltem cum tertia coaluisse. Et quidem ul-*
“*timam decimi non dubito assumentum esse Theonis, vel potius, antiquioris (nam apud*
“*Alexandrum extat iisdem prope verbis) minus perspicacis ingenii, quippe alieno loco po-*
“*sitam. Forte & Definitiones quædam & Axiomata, Libro 1. præposita, Theonem vel alium præter Euclidem agnoscunt auctorem,* ex. gr. *Ax.* 11; *nam licet Euclides hoc pronunciatum adhibeat in demonstranda prop.* 29. *El.* 1, *illud tamen pro Axiomate non habuit, sed pro conversa prop.* 17, *utpote quæ ex illa manifesto consequatur. Fortasse & alteræ demonstrationes, quæ passim occurrunt, sunt etiam Theonis: nam quæ in Datorum libro reperiuntur, Euclidis non esse expresse asserit Pappus, licet cum illis Elementorum facile*

cile comparandæ. Sunt vero ex his quædam quæ Theonem non sapiunt, sed à sciolis quibusdam conscriptæ sunt. Sunt & lemmata & corollaria quædam in Elem. 10. quæ ab ageometris subjuncta sunt: illa ubique nota perstrinximus. "Ex quibus omnibus "concludit Savilius Theonis fuisse partes, in Euclide paucissimis quidem in locis inter-"polando, explicando, augendo; ultra hoc nullas. Qui tamen labos non tanti fuit, ut "Proclo (omnium ante se Mathematicorum diligentissimo laudatori) commemoratione dignus "videretur.

Corpus hoc Elementorum ea claritate & evidentia, eo judicio ac firmitudine compactum est, ut singulæ in iis propositiones, jam à bis mille annis, ab omnibus habeantur pro evidentibus, & pro talibus passim ab omnibus citentur. De antiquorum super hisce sententia consulantur Pappus, Proclus, cæterique quotquot erant Geometræ. Ex recentioribus unicus sufficiat Cardanus, qui lib. 13. de Subtilitate de hisce verba faciens, sic inquit: "Quo-"rum inconcussa dogmatum firmitas, perfectioque adeo absoluta, ut nullum opus jure huic "aliud comparare audeas. Quibus fit ut adeo veritatis lux in eo refulgeat, ut soli hi "in arduis quæstionibus videantur posse à vero falsum discernere, qui Euclidem habent "familiarem. Quibus non obstantibus, dantur aliqui, qui licet utilitatem propositionum Euclidearum in omni re geometrica, earumque firmitatem ultra agnoscant, methodum tamen desiderant; nempe queruntur illum, neglecta methodo, de Lineis, de Angulis, de Figuris planis mixtim agere: nimirum hanc esse optimam veræ methodi legem existimavit vir accuratissimus, ut nihil sumatur pro vero nisi demonstratum; nihil demonstretur nisi ex antecedentibus. "Quo fit (inquit Savilius) ut ordo, quem isti Methodistæ requirunt ab Eu-"clide, quo nunquam vidit hic sol μεθοδικώτερον, servari non potuerit, nisi si quis est adeo "ineptus, ut nescio cujus imaginariæ venustatis rationem habendam putet, neglecta sani-"tate. Quivis eorum, qui Geometriæ Elementa alia methodo tradenda suscepit, inter Euclideum opus alteriusque cujusvis præter proprium judex constituatur; illico patebit discrimen. Impetret horum aliquis si possit, à judice æque habili, sententiam qualem de Euclideis Elementis tulit Ramus: "Nullus paralogismus, nulla ψευδογραφία, in totis Ele-"mentis, nobis quanquam severe inquirentibus animadverti potuit: quam laudem esse sin-"gularem profiteor, quamque nulli adhuc neque Grammatico, neque Rhetori, neque Lo-"gico concedere potui, ut in Grammatica, Rhetorica, Logica nihil falsi docuisset. Nullane igitur est methodus compendiosior ad Geometriam addiscendam, quam hæcce per Euclidis Elementa, quam adeo reformidant plerique? Huic certe quæstioni respondeat ipse Euclides. Ille à Ptolemæo Ægypti Rege interrogatus, an via esset aliqua ad Geometriam magis compendiaria sua στοιχειώσει, respondisse fertur, auctore Proclo in lib. 2, Μὴ εἶναι βασιλικὴν ἀτραπὸν ἐπὶ γεωμετρίαν.

Hæc vindicandis Elementis, quæ nullo indigent vindice, abunde sufficient: quid porro nos in iis edendis præstitimus, paucis explicemus. Primo, Textum Græcum quod attinet, ut is quam emendatissimus & castigatissimus prodiret, modis omnibus curavimus; adhibitis, prout opus esset, in consilium MSS. Codicibus haud paucis, melioris notæ, quos in hunc ipsissimum usum Academiæ pridem legârat magnus SAVILIUS; ut & Castigationibus ejus propria manu adscriptis ad marginem editionis Hervagianæ. Accessit singularis, & nunquam satis prædicanda amicissimi D. Joannis Hudsoni S. T. P. Protobibliothecarii Bodleiani industria in expoliendis Græcis hisce, & quidem universa Editione à vitiis, etiam typographicis, liberanda. Nempe in omnes, etiam infimas, operis nostri partes se demisit vir optimus. Textum Hervagianum, ante paulo quam in typographorum manus traderetur, accurate interpungendum & distinguendum curavit. Latina cum Græcis per totum, in Elementis præsertim ac Datis, summa fide contulit. Ubi ea à se invicem discrepantia deprehenderentur, vel etiam Græcum ipsum suspectum haberetur, consulti illico MSS. Codices, quorum lectio, si cum Latinis congrueret, ad marginem adscripta extabat; sin minus, apposita stellula, ut exinde judicandi occasio mihi daretur, utra demum lectio Geometricis rationibus magis conveniret. Denique, quo textus puritati melius consuleretur, etiam schedas singulas, mox ut eas à prelo madentes exceperat, semel atque iterum legere & accurate recensere haud gravatus est; eandemque plane in Euclidis nostri, quam in aliorum Auctorum Græcorum monumentis, à se summa cum laude evulgatis, præstitit diligentiam. Traductionem plerunque secuti sumus Federici Commandini, at infinitis in locis castigatam; præcipue ex libris clarissimi Edvardi Bernardi, Astronomiæ olim Professoris Saviliani, in Bibliotheca Bodleiana adservatis. Notas nullas adjecimus, nisi cum opus esset textum corruptum *restituere, aut scholium à sciolo interpolatum perstringere: neque enim Euclides is erat, qui elementarem institutionem contexeret, quæ ulteriore egeret explicatione, sive quæ non esset vere elementaris. Atque in hac re provoco ad cujusvis experientiam, sintne Elementa hæc clariora & intellectu faciliora, ubi sola exhibentur, an ubi scholiis & lemmatiis innumeris obrutus ipse Euclides vix appareat. Schemata nitide justæque mensuræ excudi curavimus, & demonstrationibus congrua; præsertim in Elemento quinto, ubi error in schemate mentem persæpe transversim agit. In libro quinto quantitates literis designatæ non magis debent esse lineæ quam aliæ quævis magnitudines; consuetudini tamen gerentes morem, rectas in schemate descripsimus, utpote imaginationi maxime accommodatas. In libris septimo, octavo & nono, nulla debent esse schemata; literæ enim non determinatos numeros designant, sed quosvis in certis conditionibus: ad imaginationem tamen sublevandam, puncta depinximus ea multitudine quæ propositioni conveniant. At si quando numeri congrui tam magni sunt, ut punctorum multitudo statim non pateat; ipsos numeros apposuimus more communi notatos.*

SEQUUNTUR *Euclidis* Δεδομένα, Data, *libro unico comprehensa, cui præfigitur, ob affinitatem, Marini Philosophi* εἰς τὰ δεδομένα προθεωρία, In Data Præfatio; *tametsi stylo satis obscuro conscripta Euclidis Data parum illustret. Cum autem Data hæc sint ad Analysin geometricam comparata, & ejus quasi Elementa veteribus Geometris familiaria, at à recentioribus fere neglecta; libet huc transcribere Pappi Alexandrini præfationis ad lib. 7. collect. mathemat. partem, quæ de veterum Analysi geometrica tractat, & Euclidis Data accurate describit, eorumque usum indicat. Hanc vero (quia Græce nondum extat) Græce trademus, una cum versione Commandini.*

Pappi Alexandrini Mathematicarum Collectionum Liber Septimus.

Continet autem lemmata loci resoluti.

Locus qui vocatur resolutus, ô Hermodore fili, ut summatim dicam, propria quædam est materia, post communium elementorum constitutionem, iis parata, qui in geometricis sibi comparare volunt vim, ac facultatem inveniendi problemata, quæ ipsis proponuntur: atque hujus tantummodo utilitatis gratia inventa est. Scripserunt autem hac de re tres viri, nempe Euclides στοιχειωτὴς, Apollonius Pergæus, & Aristæus senior, quæ quidem per resolutionem & compositionem procedit. Resolutio igitur est via à quæsito tanquam concesso, per ea quæ deinceps consequuntur, ad aliquod concessum in compositione: in resolutione enim id quod quæritur tanquam factum ponentes, quid ex hoc contingat consideramus, & rursum illius antecedens; quousque progredientes incidamus in aliquod jam cognitum, vel quod sit è numero principiorum. Et hujusmodi processum *Resolutionem* appellamus, veluti ex contrario factam solutionem. In compositione autem, per conversionem, ponentes tanquam jam factum id quod postremum in resolutione sumpsimus, atque hic ordinantes secundum naturam ea antecedentia, quæ illic consequentia erant, & mutua illorum facta compositione, ad quæsiti finem pervenimus; & hic modus vocatur *Compositio.* Duplex autem est resolutionis genus: alterum quidem quod veritatem perquirit, & *Contemplativum* appellatur: alterum vero, quo investigatur id quod dicere proposuimus, vocaturque *Problematicum.* In contemplativo igitur genere, quod quæritur ut jam existens & ut verum ponen-

Πάππου τοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγῆς ἕβδομον.

Περιέχει δὲ λήμματα τοῦ ἀναλυομένου τόπου.

Ὁ καλούμενος ἀναλυόμενος, Ἑρμόδωρε τέκνον, κατὰ σύλληψιν ἰδία τίς ἐστιν ὕλη παρεσκευασμένη, μετὰ τὴν τῶν κοινῶν στοιχείων ποίησιν, τοῖς βουλομένοις ἀναλαμβάνειν ἐν γραμμαῖς δύναμιν εὑρετικὴν τῶν προτεινομένων αὐτοῖς προβλημάτων· καὶ εἰς τοῦτο μόνον χρησίμη καθεστῶσα. γέγραπται δὲ ὑπὸ τριῶν ἀνδρῶν, Εὐκλείδου τε τοῦ στοιχειωτοῦ, καὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Περγαίου, καὶ Ἀρισταίου τοῦ πρεσβυτέρου, κατὰ ἀνάλυσιν καὶ σύνθεσιν ἔχουσα τὴν ἔφοδον. ἀνάλυσις τοίνυν ἐστὶν ὁδὸς ἀπὸ τοῦ ζητουμένου, ὡς ὁμολογουμένου, διὰ τῶν ἑξῆς ἀκολούθων, ἐπί τι ὁμολογούμενον ἐν συνθέσει· ἐν μὲν τῇ ἀναλύσει τὸ ζητούμενον ὡς γεγονὸς ὑποθέμενοι, τὸ ἐξ οὗ τοῦτο συμβαίνει σκοπούμεθα· καὶ πάλιν ἐκείνου τὸ προηγούμενον, ἕως ἂν οὕτως ἀναποδίζοντες, καταντήσωμεν εἴς τι τῶν ἤδη γνωριζομένων, ἢ τάξιν ἀρχῆς ἐχόντων. καὶ τὴν τοιαύτην ἔφοδον ἀνάλυσιν καλοῦμεν, οἷον ἀνάπαλιν λύσιν. ἐν δὲ τῇ συνθέσει, ἐξ ὑποστροφῆς, τὸ ἐν τῇ ἀναλύσει καταληφθὲν ὕστατον ὑποστησάμενοι γεγονὸς ἤδη, καὶ τὰ ἑπόμενα ἐκεῖ, ἐνταῦθα προηγούμενα κατὰ φύσιν τάξαντες, καὶ ἀλλήλοις ἐπισυνθέντες, εἰς τέλος ἀφικνούμεθα τῆς τοῦ ζητουμένου κατασκευῆς· καὶ τοῦτο καλοῦμεν σύνθεσιν. διττὸν δέ ἐστιν ἀναλύσεως γένος. τὸ μὲν γὰρ ζητητικὸν τἀληθοῦς, ὃ καλεῖται θεωρητικόν· τὸ δὲ ποριστικὸν τοῦ προτεθέντος λέγειν, ὃ καλεῖται προβληματικόν. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ θεωρητικοῦ γένους, τὸ ζητούμενον ὡς ὂν ὑποθέμενοι, καὶ ὡς ὡς ἀληθὲς, εἶτα διὰ τῶν ἑξῆς ἀκολούθων ὡς ἀληθῶς, καὶ ὡς ἔστι καθ' ὑπόθεσιν, προελθόντες ἐπί τι ὁμολογούμενον· ἐὰν μὲν ἀληθὲς ᾖ ἐκεῖνο τὸ ὁμολογούμενον, ἀληθὲς ἔσται καὶ τὸ ζητούμενον, καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀντίστροφος τῇ ἀναλύσει· ἐὰν δὲ ψεύδει ὁμολογουμένῳ ἐντύχωμεν, ψεῦδος ἔσται καὶ τὸ ζητούμενον. ἐπὶ δὲ τοῦ προβληματικοῦ γένους, τὸ προταθὲν ὡς γνωσθὲν ὑποθέμενοι, εἶτα διὰ τῶν ἑξῆς ἀκολούθων ὡς ἀληθῶς προελθόντες ἐπί τι ὁμολογούμενον· ἐὰν μὲν τὸ ὁμολογούμενον δυνατὸν ᾖ καὶ ποριστὸν, ὃ καλοῦσιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων δοθὲν, δυνατὸν ἔσται καὶ τὸ προταθὲν, καὶ πάλιν ἡ ἀπόδειξις ἀντίστροφος τῇ ἀναλύσει· ἐὰν δὲ ἀδυνάτῳ ὁμολογουμένῳ ἐντύχωμεν, ἀδύνατον ἔσται καὶ τὸ πρόβλημα. διορισμὸς δέ ἐστι προδιαστολὴ τοῦ πότε, καὶ πῶς, καὶ ποσαχῶς δυνατὸν ἔσται τὸ πρόβλημα. τοσαῦτα μὲν οὖν περὶ ἀναλύσεως καὶ συνθέσεως.

Τῶν δὲ προειρημένων τοῦ ἀναλυομένου βιβλίων ἡ τάξις ἐστὶ τοιαύτη. Εὐκλείδου δεδομένων βιβλίον ἕν· Ἀπολλωνίου λόγου ἀποτομῆς δύο, χωρίου ἀποτομῆς δύο, ἐπαφῶν δύο· Εὐκλείδου πορισμάτων τρία· Ἀπολλωνίου νεύσεων δύο, τοῦ αὐτοῦ τόπων ἐπιπέδων δύο, κωνικῶν ὀκτώ· Ἀρισταίου τόπων στερεῶν πέντε· Εὐκλείδου τόπων πρὸς ἐπιφανείαν δύο· Ἐρατοσθένους περὶ μεσοτήτων δύο. γίνεται βιβλία λα', ὧν τὰς περιοχὰς, μέχρι τῶν Ἀπολλωνίου κωνικῶν, ἐξεθέμην σοι πρὸς ἐπίσκεψιν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν τόπων, καὶ τῶν διορισμῶν, καὶ τῶν πτώσεων, καθ' ἕκαστον βιβλίον· ἀλλὰ καὶ τὰ λήμματα τὰ ζητούμενα· καὶ οὐδεμίαν ἐν τῇ πραγματείᾳ τῶν βιβλίων καταλέλοιπα ζήτησιν, ὡς ἐνόμιζον.

Περὶ τῶν Δεδομένων Εὐκλείδου.

Περιέχει δὲ τὸ πρῶτον βιβλίον, ὅπερ ἐστὶ τῶν δεδομένων, ἅπαντα θεωρήματα ἐνενήκοντα· ὧν πρῶτα μὲν καθόλου ἐπὶ μεγεθῶν διαγράμματα κγ'· τὸ δὲ δ' καὶ τὸ κ' ἐν εὐθείαις ἐστὶν ἀνάλογον ἄνευ θέσεως· τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ιδ' ἐν εὐθείαις ἐστὶ θέσει δεδομέναις. τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς ι', ἐπὶ τριγώνων ἐστὶ τῷ εἴδει δεδομένων, ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ἑπτὰ, ἐπὶ τυχόντων ἐστὶν εὐθυγράμμων χωρίων εἴδει δεδομένων, ἄνευ θέσεως. τὰ δὲ ἑξῆς τούτοις ἓξ, ἐν παραλληλογράμμοις ἐστὶ καὶ παραβολαῖς εἴδει δεδομένων χωρίων. τῶν δὲ ἐχομένων ε', τὸ μὲν πρῶτον γραφόμενόν ἐστι, τὰ δὲ δ' ἐπὶ τριγώνων χωρίων, ὅτι αἱ διαφοραὶ τῶν δυνάμεων τῶν πλευρῶν πρὸς ταῦτα τὰ τρίγωνα χωρία λόγον ἔχουσι δεδομένον. τὰ δὲ ἑξῆς ἑπτὰ, ἕως τοῦ ο' καὶ γ', ἐν δυσὶ παραλληλογράμμοις, ὅτι διὰ τὰς ἐν ταῖς γωνίαις ὑποθέσεις ἐν δεδομένοις ἐστὶ λόγοις πρὸς ἀλλήλους· ἔνια δὲ τούτων ἐπιλόγους ἔχει ὁμοίους ἐν δυσὶ τριγώνοις. ἐν δὲ τοῖς ἀφεξῆς ἓξ διαγράμμασιν, ἕως τοῦ ο' καὶ θ', δύο μέν ἐστιν ἐπὶ τριγώνων, δ' δὲ ἐπὶ πλειόνων εὐθειῶν ἀνάλογον οὐσῶν. τὰ δὲ ἑξῆς τρία, ἐπὶ δύο

tes, per ea quæ deinceps consequuntur tanquam vera, & quæ ex positione sunt, procedimus ad aliquod concessum; quod quidem si verum sit, verum erit & quæsitum; & demonstratio resolutioni ex contraria parte respondebit: si vero falso evidenti occurramus, falsum erit & quæsitum. In problematico autem genere, quod propositum est ut cognitum ponentes, per ea quæ deinceps consequuntur tanquam vera, procedimus ad aliquod concessum; quod quidem si fieri, compararique possit, (quod Datum vocant mathematici,) etiam illud quod propositum est fieri poterit; & rursus demonstratio resolutioni ex contraria parte respondens: at si quod fieri evidenter non possit occurramus, & problema itidem fieri non poterit. Determinatio autem est, quæ declarat quando, & qua ratione, & quot modis problema fieri possit. Hæc igitur de Resolutione & Compositione dicta sunt.

Dictorum autem librorum, qui ad resolutum locum pertinent, ordo talis est. Euclidis Datorum liber unus; Apollonii de Proportionis Sectione libri duo, de Spatii Sectione duo, Tactionum duo; Euclidis Porismatum tres; Apollonii Inclinationum duo, ejusdem Planorum Locorum duo, Conicorum octo; Aristæi Locorum Solidorum quinque; Euclidis Locorum ad Superficiem duo; Eratosthenis de Medietatibus duo. Atque ita omnes libri sunt numero triginta & unus; quorum periochas, usque ad Apollonii Conica, tibi exposuimus ad contemplationem, & multitudinem locorum & determinationum & casuum in unoquoque libro; sed & etiam lemmata quæ requiruntur: & in librorum tractatione nullam, ut arbitramur, quæstionem omisimus.

De Datis Euclidis.

Primus autem liber, qui est Datorum, theoremata nonaginta continet; quorum primum quidem universe in magnitudinibus diagrammata habet 23; vigesimum-quartum vero est in rectilineis proportionalibus sine positione: at quæ deinceps sequuntur quatuordecim sunt in rectis lineis positione datis. Quæ vero sequuntur decem in triangulis specie datis, sine positione. Quæ sequuntur septem sunt de quibusvis spatiis rectilineis specie datis, sine positione. Quæ sequuntur sex in parallelogrammis, & applicationibus spatiorum specie datorum. Eorum quæ deinceps sunt quinque, primum quidem est in lineis; quatuor vero in spatiis triangulis, quod differentiæ quadratorum laterum ad ipsa triangula spatia rationem habeant datam. Quæ sequuntur septem, usque ad septuagesimum-tertium, in duobus parallelogrammis, quod ob positiones in angulis rationem inter se datam habeant: aliqua autem horum epilogos similes habent in duobus triangulis. In sequentibus vero sex diagrammatibus, usque ad septuagesimum-nonum, duo quidem sunt in triangulis, quatuor in pluribus rectis lineis proportionalibus. Quæ deinceps sunt tria, in duabus rectis lineis proportionalibus, quæ datum spatium continent. At quæ in omnibus octo, usque ad nonaginta, in circulis ostenduntur, vel magnitudine tantum datis, vel etiam positione; nimirum rectis lineis per datum punctum ductis.

εὐθειῶν ἀνάλογον οὐσῶν, τὰ δ' ἐστὶ, δοθέν τι περιεχουσῶν χωρίον. τὰ δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὀκτὼ, ἕως ϟ', ἐν κύκλοις δείκνυται, τοῖς μὲν μεγέθει μόνον δεδομένοις, τοῖς δὲ καὶ θέσει, ἀγομένων εὐθειῶν διὰ δεδομένου σημείου.

Exhinc perspicere licet quomodo veteres Geometræ theorema demonstrarent, vel problema construerent. Non enim, ut neoterici plerique, symbolis suppositis, in calculum arithmeticum sese statim immergebant; sed ex datis gradum faciebant ad alia, ope penus analytici; nempe Datorum *horum, aliorumque Euclidis, Apollonii, Aristæi & Eratosthenis Librorum* 30. *supra enumeratorum. Hujusmodi Analyseos apud veteres passim extant exempla, nominatim in propositionibus* 107, 117, 155, 204, 205, *&c. septimi libri math. collect. Pappi. Inter recentiores Clariss. D.* Antonius Hugo de Omerique, *in Analysi Geometrica* Gadibus *An.* 1698. *edita, hanc fere veterum Analysin postliminio reducere feliciter est aggressus.*

Postquam Pappus enumeravit Libros, qui ad resolutum locum pertinent, eorum descriptionem particularem aggreditur. Ac primo de Datis Euclidis agit. Ex hujus libri descriptione liquet illum temporis injurias esse passum: ait enim illum theoremata nonaginta continere, cum nunc nonaginta quinque in eo numerentur. Sed libet singulas divisiones dispicere. Theoremata prima 48 *eodem sunt ordine, numero, & de iisdem rebus, quibus à Pappo describuntur. Quæ sequuntur* 7, *nempe à* 49^{ni} *ad* 55^{tum} *inclusive, sunt (ut à Pappo describuntur) de quibusvis spatiis rectilineis specie datis, sine positione: hæc* 7 *omisit Commandinus in versione latina. Sex deinde sequentia, nempe à* 56^{to} *ad* 61^{mum} *inclusive, respondent descriptioni Pappi. Sic etiam* 5 *proxima; illorum enim primum est de figuris descriptis à duabus rectis datam rationem habentibus: loco vero quatuor sequentium sunt quinque; exinde proculdubio, quod quæ vulgo numerantur* 64^{tum} *&* 65^{tum} *sint tantum bini casus ejusdem theorematis; est enim alterum in oxygoniis triangulis, quod alterum est in amblygoniis; adeo ut numerus propositionum sit hic auctus unitate. Sequentia* 7 *à descriptione Pappi non discrepant, nisi quod horum penultimum sit de quibusvis figuris, & ultimum sit de rectangulo parallelogrammo comparato cum alio rectilineo: patet vero ex Pappi verbis theoremata* 71^{mum} *&* 72^{dum} *(ut vulgo numerantur) debere esse tantum epilogos, ut &* 75^{tum} *&* 76^{tum}; *nam in illis eadem enunciantur de triangulis, quæ prius de parallelogrammis. Adeo ut hic reperiantur quatuor theoremata supra numerum, quæ una cum uno, (de quo prius) faciunt quinque supra numerum; unde fit ut horum ultimum, quod Pappo est* 73^{tium}, *sit* 78^{vum}. *Sequentium theorematum duo sunt in triangulis, ut ait Pappus; at tantum tria in pluribus rectis proportionalibus, licet Pappus numeret quatuor. Pappus proxime describit tria theoremata in duabus rectis proportionalibus, quæ datum continent spatium; sunt tamen quatuor: verum hic aliquis irrepsit error; nequeunt enim duæ rectæ dici proportionales; & præterea vel rectarum harum, vel quadratorum ab illis, summa vel differentia data est. Octo sequentia theoremata exacte respondent descriptioni Pappi. Atque sic sunt* 90 *theoremata; nempe si vulgo numerata* 64^{tum} *&* 65^{tum} *in unum coalescant; &* 71^{mum} *&* 72^{dum}, *item* 75^{tum} *&* 76^{tum} *pro epilogis habeantur, qualia ea habet Pappus, & detrahatur unum ex antepenultimis quatuor à Pappo descriptis, & suppleatur unum in penultimis tribus. Nos eundem, quem à prædecessoribus habuimus, numerum, quique in MSS. nostris obtinet, retinuimus, ne citationes ab auctoribus factæ turbarentur.*

Græcum textum infinitis in locis, ex diversis quos habuimus codicibus MSS. supplevimus; versionem Latinam Claudii Hardy *ex* Bernardo *emendavimus, & diagrammatibus suas literas ex MSS. restituimus, quas* Cl. Hardy *immutaverat, ut paucioribus incisis schematibus opus haberet. Euclides enim in Operibus suis indubitatis, etiam in hac re adiaphora, methodum elegantem ubique observavit; nempe ut prima puncta, primasque lineas vel figuras prioribus alphabeti literis designaret, sequentia sequentibus, atque ita porro.*

Unicum theorema 86^{tum} *insigniter vitiatum videtur; quod tamen ex MSS. restitui nequit. Illud sic legendum crediderim:* Si duæ rectæ datum spatium comprehendant in angulo dato; possit autem recta data altera majus, alterius quadrato, quam in ratione: & utraque ipsarum data erit. *Vel sic aliter:* Si duæ rectæ datum spatium comprehendant in angulo dato; quadratum autem rectæ quadrato alterius majus sit, alterius quadrato, quam in ratione: & utraque ipsarum data erit. *Vel ita optime:*

optime: Si duæ rectæ datum spatium comprehendant in angulo dato; earum autem quadrata simul sumpta æqualia sint spatio dato: & utraque ipsarum data erit. *Etenim si sic fuisset enunciatum hoc theorema, tum positis (methodo, sive potius stylo recentiorum) x & y duabus rectis, & angulo dato recto, (nam alter quivis datus angulus differt à recto sicut* $\frac{m}{n}$ *ab* $\frac{m}{m}$ *sive* 1, *quæ differentia gradum æquationis nihil mutat,) fiet* $xy = a^2$, *&* $b^2 - x^2 = y^2$ *sive* $b^2 = x^2 + y^2$; *& reductione facta ad unicam æquationem,* $x^4 - b^2 x^2 + a^4 = 0$, *vel* $y^4 - b^2 y^2 + a^4 = 0$. *Ideoque cum Euclides ostendat in hoc casu dari x & y, simul ostendit resolutionem æquationis hujusmodi quatuor dimensionum, nempe* $z^4 * - dz^2 * + c = 0$, *sicut in sequente unico theor.* 87, *ostendit resolutionem hujusmodi æquationis* $z^4 * + dz^2 * - c = 0$, *vel hujusmodi* $z^4 * - dz^2 * - c = 0$. *Unde factum, ut duobus his theorematibus contineretur resolutio omnium æquationum (quas vocant) biquadraticarum secundo & quarto terminis carentium. At si theorema hoc 86*tum *accipiatur modo quo vulgo legitur, tum erit* $xy = a^2$ *&* $x^2 - b^2 . y^2 :: e . f$, *sive* $fx^2 - fb^2 = ey^2$; *& rejecta x, fiet* $ey^4 + fb^2 y^2 - fa^4 = 0$; *vel rejecta y, fiet* $fx^4 - fb^2 x^2 - ea^4 = 0$. *Atque sic resoluta haberetur æquatio hujus formulæ* $z^4 * + dz^2 * - c = 0$, *vel hujus* $z^4 * - dz^2 * - c = 0$; *nempe ejusdem cum illis quæ in sequente 87*mo *resolutæ sunt; & formula hæc* $z^4 * - dz^2 * + c = 0$ *omnino omissa esset ab Euclide: quod minime est verisimile, præsertim si consideretur theor. 84*to *Datorum resolutas esse æquationes pure quadraticas harum formularum* $z^2 + dc - c = 0$, *&* $z^2 - dz - c = 0$; *& 85*to *hanc* $z^2\ dz + c = 0$; *cujusmodi æquatio in biquadraticis est omissa, nisi lectio suprapposita (vel æquipollens alia) admittatur. Immo constructionis harum æquationum (simpliciter sive una æquatione, non autem duabus, ut in 84*to *& 85*to*, enunciatarum) habita est ratio in theorematibus 58*vo *& 59*no *Datorum; immo & in ipsis Elementis, prop. 28*va *& 29*na *libri 6; & prop. 30*ma *ejusdem est problema quadraticum ex prius ostensa methodo constructum, sicut theoremata aliquot versus finem Datorum sunt alia hujus methodi exempla.*

Sequuntur *Euclidis duo Tractatus Musici*; Introductio Harmonica & Sectio Canonis. *In quibus edendis Celeberrimi D.* Wallisii *consiliis usi fuimus, qui in Notis suis ad Ptolemæi Harmonica (ab ipso edita) ejusque Appendice Græcorum Harmonicam feliciter restituit & illustravit: quo itaque lectorem ablegamus, qui de hac re plura desiderat. Euclidis, dixi, Tractatus duo; non quod utrumque putemus ab Euclide scriptum, (forte neutrum;) sed quod è nuperis scriptoribus quidam hos Euclidi tribuerint. E nuperis, inquam, scriptoribus quidam; nam nemo (quod scimus) veterum, Ptolemæo antiquiorum, eorum vel utrumque vel alterum memoravit uspiam; nec in ullo antiquo codice MS. adscriptum extat Euclidis nomen. (Quæ agnoscit Meibomius in Præfatione sua; qui tamen eos Euclidi tribuit, sed ut ab aliis forsan interpolatos.) Mirum autem est, si Euclidis fuerint, quod nemo veterum Ptolemæo antiquiorum, nec ipse Ptolemæus, eorum uspiam meminerit. Fieri quidem potest, quod eorum prior fuerit ab Euclide scriptus, qui totus est Aristoxeneus, Aristoxeni hypothesin per omnia secutus; quæ quidem hypothesis Euclidis tempore recepta fuerat, eaque sola; atque deinceps ad Ptolemæum usque, qui primus omnium hanc Canonis Sectionem introduxit, ante quem nemo (quod scimus) aut hujus Sectionis, aut etiam hujusce Canonis mentionem fecit, aut de eo quicquam cogitavit.*

Aristoxenus enim ejusque sectatores (Aristoxenei dicti) pro postulato habuerunt, Magnitudinem, qua differunt Dia-pente & Dia-tessaron, (pro arbitrio suo) dicendam Tonum; *atque ad hanc mensuram intervalla reliqua exigebant omnia. Et speciatim Dia-tessaron censebant hujusmodi Tonos continere duos cum semisse; Dia-pente, tres cum semisse; & Dia-pason, sex tonos, seu quinque Tonos & duo Hemitonia, (Tonos omnes reputantes tum inter se, tum huic æquales;) & Hemitonium, hujusce Toni præcise semissem, de Sonorum inter se proportione minime solliciti. Ptolemæus autem (omnium primus) hanc Diastematum seu Intervallorum mensuram per hanc Toni magnitudinem improbans, distinguenda censuit intervalla Musica pro Ratione seu Proportione, quam inter se habent Soni terminantes hæc intervalla, secundum Acuminis & Gravitatis gradum considerati; quod & Pythagorici ante fecerant, sed rejicit Aristoxenus. Adeoque Dia-pason censuit in Ratione dupla; Dia-pente in sesquialtera; Dia-tessaron in sesquitertia; Tonumque ipsum (quo differunt Dia-pente & Dia-tessaron) in sesquioctava; reliquaque intervalla, pro sua cujusque Sonorum terminantium proportione. Et quidem, sumpta pro Canone linea cujuscunque longitudinis determinatæ, docet, quomodo secandus sit hic Canon, ut hæc singula intervalla repræsentet.*

 Cui

Cui quidem hypothesi apte respondet Experimentum physicum: quippe si chorda Musica, æquabiliter tensa, intelligatur (cæteris paribus) secundum has longitudines divisa; ejusdem partes (plectro percussæ) sonos exhibebunt gravitate proportionales suis respective longitudinibus. Atque hinc est, quod Ptolemæus, quique illum sequuntur, (propter hanc Canonis Sectionem,) dici solent Canonici; ut reliquis Musicis (Aristoxeneis) contra distincti, quos Musicos *vocant, non* Canonicos.

Atque hanc Ptolemaicam Hypothesin, Aristoxeneæ contrariam, exponit Tractatuum horum posterior, qui Sectio Canonis dicitur. Adeoque (quicquid sit de priori) posterior hic tractatus nullo modo censeri potest ab Euclide scriptus, cum hæc Sectio Canonis non nisi longo post Euclidem tempore primum innotuerit, nullaque hujus extent vestigia in quopiam scriptore Musico (quod scimus) qui sit antiquior Ptolemæo. Fieri quidem potest (idque probabiliter) ut, si ejusdem Authoris censendus sit uterque, uterque sit Ptolemæi, qui forte Hypothesin Aristoxeneam, quæ hucusque obtinuit, fideliter primum exposuit; dein expositam refutavit, seu (ut mollius loquamur) correxit & emendavit. Hoc enim posteriori Tractatu factum est, qui est prioris solida refutatio. Demonstrat utique (contra quam supponit prior Hypothesis) Dia-pason minus esse quam ejusmodi sex Tonos; & Dia-tessaron minus quam duos cum semisse; & Dia-pente minus quam tres cum semisse: item illos, qui pro Tonis antea censebantur, non inter se æquales omnes, nec exposito Tono Diazeuctico, quem ut communem mensuram posuerint: item, quod dici solet Hemitonium, non esse expositi semissem, nec posse Tonum illum in duas partes æquales (concinnas) dividi. Quæ omnia ἀναντιῤῥήτως *demonstrantur, suntque priori hypothesi plane contraria. Cumque hodierni Musici practici etiamnum loqui soleant non raro secundum phraseologiam Aristoxeneorum, (de Tonis & Hemitoniis,) intelligendi sunt non secundum Mathematicam* ἀκρίβειαν, *sed (latius) vero proximum pro vero sumentes. Sed, ubi accuratius loqui libet, Tono Diazeuctico (à Mese ad Paramesen) rationem assignant sesquioctavam; Tonis quibusdam minoribus, sesquinonam; Hemitonio, sesquidecimamquintam; Limmati, sesquioctogesimam;* τῷ *Dia-tessaron, sesquitertiam; Dia-pente, sesquialteram; Ditono, sesquiquartam; Dia-pason, duplam; Dia-pason cum Dia-pente, triplam; Dis-dia-pason, quadruplam; & reliquis similiter. Cumque hæc sibi sumpserit demonstranda Ptolemæus, omnino candide factum est, quod hypothesin, quam subversum ibat, fideliter primum exposuerit, (ne censeretur vel cum umbris dimicare, vel adversariis esse injurius,) deinde falsitatis arguerit. Hinc esse suspicamur, quod soleant hi Tractatus junctim incedere; quasi fuerint ejusdem Auctoris Tractatus duo, aut ejusdem (si libet) Tractatus duæ partes. Atque hæc sunt quæ de Authore dicenda putavimus, quem Ptolemæum fuisse potius censeamus. Euclidis interim nomen ideo retinemus, eo quod huic ab aliis sint adscripti; reliquisque scriptis Euclideis hic subjungimus, ne censeamur Euclidis quicquam omisisse: suntque Tractatus ipsi (cujuscunque fuerint Authoris) merito æstimandi.*

In his edendis Meibomii editionem (Amstelodami habitam, Anno 1652) in Textu Græco fere per omnia sequimur; præterquam ubi (in Notis suis) aliquid immutandum subinnuit ipse, ut qui in his aliisque veteribus Musicis edendis & restituendis utilem impendit operam. Apud ipsum videat (cui libet) variantes variorum codicum lectiones, & cur hos aliis prætulerit; quibus codicibus usus fuerit; quid alii de Authore senserint; aliaque rem ipsam spectantia, scitu digna. Ejusdem versionem Latinam ut plurimum retinemus, paucis tamen in locis subinde mutatam; præsertim quod pro Latinis literis schemata respicientibus substituimus ubique Græcas, ut quæ schematismis aptius inserviant. Sed & voces aliquot parce immutavimus. Sic, verbi gratia, pag. 1. lin. 13. ποιὰν τάξιν ἐχόντων, *quod ille reddit* certum quendam ordinem servantibus, *aptius reddendum putamus* secundum qualitatem ordinatis, *pag.* 533. *lin.* 10. *Non enim* τινὰ *dicitur, (ut indeterminatum, seu indefinitum, innuat;) sed* ποιὰν, *quod Prædicamentum Qualitatis respiciat: quippe ejusdem soni Productio & Contractio (seu Longitudo & Brevitas) soni Quantitatem respiciunt; sed (quæ hic considerantur) Intensio & Remissio (seu Acumen & Gravitas) ejusdem Qualitatem: quod innuit vox* ποιά. *Et similiter ubi vox* ποιὰ *vel* ποιότης *occurrit. Et mirum est, quod Interpretes (tum hic tum alibi) id non observaverint. Sic vocem* τάσιν, *quam ille variis in locis (varietatem affectans) aliter atque aliter reddit*, intensionem, finitionem, determinationem, *&c. nos* tensionem *ubique reddimus; vocabulis artis pressius insistendum putantes, quo ambiguitatem vitemus. Item Rationes, quæ ipsi (novis vocibus) passim vocantur* sescupla, supertertia,

tertia, superoctava, &c. (*quo linguam Latinam, ut ille loquitur, novis vocabulis ditare possit,*) *nos receptioribus vocabulis dicimus* sesquialteram, sesquitertiam, sesquioctavam, &c. *quæ voces sunt nec minus latinæ, & melius notæ, & ab ipso aliquando admissæ. Idque potissimum facimus, quia liquet Mathematicos scriptores, & Euclidem maxime, non varietati phrasium indulgere, sed ad statas loquendi formulas stylum suum accommodare.*

Sic vocem ἄγειν, *quam Meibomius* (*p.* 2. *l.* 31.) *reddit* ascendit, *nos* tendit *reddimus,* (*p.* 533. *l. ult.*) *nam vox* ἄγειν *non magis Ascensum innuit quam Descensum. Et apud Meibomium* (*p.* 3. *lin.* 12, 14, 17, 19.) *simili sensu occurrunt voces* deferetur, erigetur, descendet, ascendet, (*innuentes Acutum in Alto, & Grave in Imo,*) *quas nos* (*pag.* 534. *l.* 15, 16, 18, 19.) *expungendas censuimus; tum, quia nihil est in Græco textu quod his vocibus Latinis respondeat; tum maxime, quia Euclides* (*aut quisquis fuerit horum Tractatuum Author*) *nusquam docet Intensionem Ascendendo fieri, nec Remissionem Descendendo.*

Verum quidem est, quod hodierni Musici sic loqui soleant, (*Acutum in Alto reputantes, & Grave in Imo,*) *quodque ex Græcis recentioribus nonnulli sic aliquando* (*sed raro*) *loqui videantur; apud quos sensim inolevit mos sic loquendi. Hinc est quod apud recentiores Græcos Modus Hypodorius dicitur, qui quam Dorius Gravior; & Hypophrygius quam Phrygius* (*toto Dia-tessaron,*) *& in reliquis similiter; & Hypermixolydius acutior quam Mixolydius. Nec tamen omnes eodem sensu loquuntur: nam Nicomacho* (*pag.* 7. *lin.* 12.) *Hypermese est quam Mese gravior; totoque decursu suo Grave reputat Infimum & Acutum Altissimum. Atque Aristides Quintilianus* (*pag.* 18. *editionis Meibomianæ*) *Tonum Hypodorium acutiorem facit quam Dorium; & Hypophrygium quam Phrygium; & Hypolydium quam Lydium. Sed antiquiores Græci plane contrarium,* (*Grave reputantes in Alto, & Acutum in Imo.*) *Hinc est quod Tetrachordorum Gravissimum dicitur Hypaton* (ὑπατῶν) *Chordarum* Supremarum; *deinde Meson* (μέσων) Mediarum; *& tandem* (νητῶν *sive* νεάτων) Ultimarum *sive* Novissimarum. *Et, in eodem Tetrachordo, Chorda gravissima Hypate* (ὑπάτη) *Chorda* Suprema *dicitur; Parypate* (παρυπάτη) Supremæ proxima; *& Nete* (νήτη *sive* νεάτη) Ultima *sive* Novissima. *Sic Hypate Hypaton, Parypate Hypaton, Hypate Meson, Parypate Meson &c, Grave pro Summo indicant olim habitum; eademque nomina etiamnum retinentur. Horumque Author Tractatuum à Proslambanomeno* (*serius assumpto*) *procedit ad Hypaten Hypaton, Parypaten Hypaton, & sic continue, ad Acutiores sonos descendendo. Quod etiam ad Boëthii tempora continuatum est, qui, in schematismis suis, Grave semper in Summo ponit, & Acutum in Imo. Nolimque Euclidis authoritatem prætendi, quasi sua ætate sic fuerint loquuti, ut nunc dierum. Non interim negemus, quin fieri possit ut Aristoxeni ætate admissum fuerit, ut omnium acutissimum, Tetrachordon* ὑπερβολαίων, (excellentium, supereminentium, extravagantium, insuper adjectorum, *pluribus enim modis Latine redditur ea vox;*) *nam semel occurrit vox* ὑπερβολαίοις *apud Aristoxenum,* (*p.* 40. *lin.* 7. *editionis Meibomianæ,*) *qui est omnium quos nunc habemus Musicorum antiquissimus, sed Platone & Aristotele junior, quos ambos ipse citat sub initium libri secundi; & quibus etiam non multo juniorem esse Euclidem nostrum superius ostensum est, ut non possibile sit Tractatus hosce duos ab ipso fuisse scriptos. Sed sciendum est, tum Proslambanomenon, in Grave; tum totum Hyperbolæon Tetrachordum, in Acutum, multo serius admissa fuisse, quam indita fuerint priora nomina ab iis qui chordam Gravissimam censuerint* (ὑπάτην) Supremam. *Et quidem Vocis* Motum in Acutum, & Motum in Grave, *item* Intensionem & Remissionem, *passim habemus apud scriptores Musicos; sed* (*pro illis*) Ascensum & Descensum *nemo* (*quod scimus*) *dixerit Græcorum veterum.*

Tractatus *Musicos excipiunt* Phænomena; *Liber certe unicus, qui à Geometra scriptus cœlestia ullo modo attingit. Hujus meminit Joannes Grammaticus Philoponus ad* 2. *Phys. Aristot.; meminit etiam Pappus in lib.* 6, *ubi queritur casus esse amissos in ejus Theor.* 2^{do} 12^{mo} 13^{tio} *&c, quos supplet: unde patet Pappum librum hunc pro corrupto habuisse; neque enim de Euclide dixisset, quod propositiones* ἀμελέστερον, negligenter, *intelligeret. Hoc ulterius patet ex secundis demonstrationibus passim interpolatis, & ex scholiis* ἐκ παλαιοῦ. *Liber hic Phænomenôn supponit Elementa sphærica tunc extantia: cum vero nihil supersit hac de re scriptum ante Euclidem, præter Autolyci Prytanei Librum de Sphæra quæ movetur, hunc unicum citandum censuimus. Neque enim concinnum judicavimus, ad astruenda quæ ab Euclide asseruntur, Sphærica afferre Theodosii, quæ multis post seculis scripta sunt.*

In

In hoc edendo codices MSS. diligenter contulimus, ut textus Græcus, qui nunc primo lucem aspicit, quam castigatissimus prodiret. Theor. 2. vox ἀρκτικοῦ, *redditur* Poli arctici, *non* Circuli. *Theor. 4. & alibi sæpius, loco* μεσημβρινὸς, *legimus* μέγιστος κύκλος, *exigente sensu. Versione usi sumus Josephi Auriæ Anno 1591. Romæ edita, at plurimis in locis emendata. Schemata restituimus qualia in MSS. reperiuntur, quæ intellectu multo sunt faciliora. Zamberti & Auriæ theoremata 14 & 15 in unum conjecimus, tam ex fide optimorum codicum, quam ex rei ipsius natura; sunt enim ejusdem theorematis tantum casus diversi.*

PROXIME *apparent* Optica & Catoptrica. *Horum meminit Proclus in lib. 2. & Marinus in Præf. in Data; at nullibi (quod sciam) Pappus: tantum enim abest, ut, dum lib. 6. collect. math. Prop. 50, 51 idem demonstrat quod Euclides Theor. 35, 36 & 37 Opticæ, nullam mentionem Euclidis injiciat: postquam vero hanc rem absolvisset, nempe Prop. 55. ejusdem Libri, de Astronomicis verba faciens, Euclidis Phænomenôn meminit, eaque supplevit. Multa nos movent ut suspicemur Opus hoc esse spurium; vel, si hujusmodi Opus ab Euclide fuerat conscriptum, illud temporis lapsu prorsus fuisse corruptum. Multa, inquam, sunt quæ hoc suadeant; quorum pauca, præter dicta de Pappi silentio, adnotare non piget. Ipsum Præfationis initium satis ostendit hanc saltem ab Euclide non esse profectam: loquitur enim non in persona sua, sed in alia sive tertia; ostenditque de peripheria circulari quod in Optica demum fit ad Prop. 22. Ut taceam modum, hic & in Catoptrica, angulos designandi, quem Euclides nullibi adhibuit. Porro nemo concinnitati & elegantiæ Euclidis assuetus putabit Positiones 5, 6 & 7, item 8 & 9, rursusque 10 & 11 esse Euclidis. Rursus Phænomena 1, 2 & 3 Catoptricæ sunt prorsus falsa: occupato etenim eo speculi (sive plani, sive convexi, sive cavi) loco, in quem cadit perpendicularis ducta à re aspectabili ad speculum, res aspectabilis etiamnum cernitur: miror que hoc pro Phænomeno proponi à quopiam philosopho, nedum ab Euclide, cum quotidiana experientia in speculis planis contrarium doceat. Ultimum Phænomenon verum quidem est, at ad Catoptricam nihil attinens: Dioptricum enim est prorsus, nec quisquam est ejus in hoc libro usus. Pars theor. 5. contraria est theor. 6, estque utrumque ineptissime prolatum. Septimum theor. & quinque sequentia pendent à 16, 17 & 18, quæ Euclidem minime sapiunt; atque hæc rursus à tribus Phænomenis supra dictis: ideoque licet 7 & 16 vera sunt, tamen non sunt demonstrata: reliqua vero duo, 17 & 18, ne quidem sunt vera; hoc est, visibilis extremitatis imago non est in concursu radii reflexi per oculum transeuntis cum perpendiculari ab eadem ad speculum. Theorema 25 omnino falsum est, atque hic error ab Albazeno & Vitellione continuatur. Theoremata 23, 28 & 29 veram sapiunt Catoptricam: abest tamen suppositio, quod plures radii ab eodem visibilis puncto manant; absque qua difficile prorsus est solidi quidquam in Catoptricis invenire. Theorema ultimum nulli innititur demonstrationi, ac experientiæ prorsus est contrarium: non enim circa centrum speculi cavi Soli oppositi accenditur ignis, sed in medio puncto centrum inter & speculum. Quod theorema hoc sit hic perperam demonstratum, agnoscit Vitellio prop. ult. lib. 8. suæ Opticæ, & pseudographiam detegit; attamen, neque illic, neque ad prop. 37. lib. 9, ubi rem hanc rursus tractat, verum locum definit. In hisce Auctor assumit visum fieri per emissionem radiorum ex Oculo in Objectum: & licet hoc maximis prematur difficultatibus ex Physica petitis, in re tamen Mathematica, ubi Oculus habetur tanquam punctum videns, eodem redit cum hypothesi emissionis radiorum ex Visibili, & intramissionis in Oculum; concinnius tamen putabant veteres radium ab animato Oculo versus Objectum dirigi, quam ab Objecto inanimato versus Oculum; nunquam enim (quod res est) de radiis ab unoquoque visibilis puncto circumquaque perpetuo manantibus cogitarunt. Versione latina Joannis Penæ sumus usi, Græcumque textum quam potuimus castigatum fecimus: adjecimus passim Notas doctissimas & restitutiones, quas Illustris* Savilius *ad oram marginis adscripserat, ex quibus liquet illum recte existimasse* Euclidis Opticæ & Catoptricæ libros esse non magni momenti.

SCRIPSIT *etiam Euclides Librum* περὶ διαιρέσεων, de Divisionibus, *teste Proclo.* Joannes Dee *Londinensis, cum Librum de Divisionibus superficierum,* Machometo Bagdedino *(qui floruisse creditur seculo Christi decimo) vulgo adscriptum, ex Arabico (uti credo, licet hoc expresse non dicat) in Latinum verteret, & Commandino in lucem publicam edendum committeret, sic scribit: "Cum ipsemet Euclides Librum de Divisionibus scripserit, "nullum, qui sub hoc titulo extet, alium novimus, nec qui jure meliori propter tractandi "excellentiam Euclidi ascribi queat, invenire possumus ullum: nullius enim Machometi*

"tantum

"*tantum in Mathematicis acumen adhuc perspicere ex eorum, quæ habemus, monimentis* "*potuimus, quantum in his ubique elucet problematibus. Denique in antiquissimo quodam* "*Geometrici negocii fragmento memini me expressis verbis ex hoc libello locum citatum le*-"*gisse, veluti ex Euclidis certissimo opere. Porro invenimus ad hæc verba lib.* 2. *Procli*, Circulus namque, & Rectilineorum quodlibet, in ratione dissimiles dividi potest figuras; quod & ipse Euclides in Divisionibus pertractat, *ipsius* Jo. Dee *manu scriptum*: "*Clarum hinc esse potest Librum illum, sive Fragmentum, de Divisionibus Super*-"*ficierum, quem nos cum Mathematico excellentissimo D. Federico Commandino Urbini* "*reliquimus, Anno* 1563, *ipsius Euclidis fuisse; quod tum conjiciebamus quidem, aliis ar*-"*gumentis adducti, hujus loci immemores. Ex hoc ipso tamen Procli loco colligit* Savilius *hunc librum non esse Euclidis*: "*Atqui nulla est* (*inquit in Prælect.*1.) *in illo Bagdedini* "*libello propositio, quæ figuras doceat in similes vel dissimiles figuras dividere, sed in datam* "*proportionem dividere. Inter contrarias gravissimorum Virorum opiniones de auctore hujus Libri, illum hoc in loco edendum judicavimus, quod & raro admodum reperiatur, & Euclidem auctorem magis sapiat quam Optica & Catoptrica pro ejusdem Libris habitæ. Illum Latine tantum exhibemus; Græce enim, quod sciamus, nullibi reperitur; nescimus an Arabice, in aliqua Italiæ bibliotheca. Euclidis propositiones ab illo citatas numeravimus, non ut ille Campanum secutus, sed prout in hac editione numerantur. Notas pauculas Illustris* Savilii *adjecimus, quæ locis quibus adjectæ sunt multum lucis afferunt.*

Tres *item* Porismatum *Libros edidit Euclides, teste Pappo & Proclo. Et Proclus quidem, in commentariis, Porisma hujusmodi dicit Propositionem, quæ neque Problema est neque Theorema, id est, quæ neque generationem aut* ποίησιν *alicujus rei requirit, neque simplicem contemplationem; sed inventionem tantum: ut Dati Circuli centrum invenire, & quæ huic similia; alia plane ac diversa notione vocis Porismatis, quam quæ in Elementis. Perierunt hi Libri magno rei Geometricæ, Loci præsertim Resoluti, damno. Ex iis vero quæ in* 7mo *lib. Pappi* (*tum in Præf. tum à Prop.* 127. *ad* 165.) *supersunt, non difficile futurum reor illos quodammodo restituere, ubi Textus Græcus lucem aspexerit: Commandini namque versio Præfationis latina mentem Pappi minime assequitur.*

Pappus *etiam in dicto lib.*7. *commemorat Euclidis* τόπων πρὸς ἐπιφάνειαν, Locorum ad Superficiem, *Libros duos, ad Analysin Geometricam itidem pertinentes; sed qui etiam periere. Horum nihil consignavit Pappus præter Lemmata quatuor.*

Fallaciarum, ψευδαρίων, *quoque Librum ab Euclide conscriptum memorat Proclus in Libro* 2do; *de quo sic scribit*: "*Quoniam multa mente concipimus ut veritati ad*-"*hærentia, & scientificis principiis consentanea, quæ à principiis aberrant & simpliciores* "*decipiunt; methodos tradidit Euclides altera ab alteris prudenter discernendi, per quas* "*hujus disciplinæ tirones fierent exercitatiores ad deprehendendos paralogismos, & à fal*-"*laciis & captionibus cautiores. Atque hunc Librum, per quem hanc infert nobis præpara*-"*tionem, Fallaciarum inscripsit; quippe qui modos ipsarum omnes ordine enumeravit, at*-"*que in horum unoquoque cogitationem nostram variis exercuit theorematibus, & Fallaciæ* "*Verum comparavit, ipsique experientiæ deceptionis redargutionem coaptavit. Hic itaque* "*Liber purgandi exercendique vim habet; sicut Elementaris Geometriæ Institutio invinci*-"*bilem perfectumque habet ordinem. Periit & hic magno totius rei literariæ damno.*

"Euclides, *teste Pappo in lib.* 7, *secutus Aristæum scriptorem luculentum in iis* "*quæ de Conicis tradiderat, neque antevertens, neque volens eorum tractationem destruere,* "*cum mitissimus esset & benignus erga omnes,* quatuor Libros Conicorum *scripsit, quos* "*Apollonius* (*qui Euclidis discipulis Alexandriæ longo tempore operam dedit*) *explevit, ac* "*iis quatuor alios adjunxit. De his igitur plura non dicemus, cum brevi forsan Apollonii Conica Græce, Mathematicis hucusque invisa, edendi occasio dabitur.*

Est & *Fragmentum quod in Zamberti editione latina Euclidi adscribitur*, de Levi & Ponderoso. *Nescio qua auctoritate fretus istud fecerit* Jo. Hervagius *editor; neque enim aliud dicit, quam quod dum hæc ederet, illud ad se fuerit allatum.* Savilius *illud pro spurio habet. Nos, cum paginam non excedat, edimus, prout illud accepimus; ne quid in hac nostra editione desideretur.*

Oxoniæ,
Junii 10. 1703.

ELENCHUS OPERUM.

ET-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ*.

EUCLIDIS
ELEMENTORUM
LIBER PRIMUS.

ΟΡΟΙ.

α'. ΣΗΜΕΙΟΝ ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

β'. Γραμμὴ δὲ, μῆκος ἀπλατές.

γ'. Γραμμῆς δὲ πέρατα, σημεῖα.

δ'. Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

ε'. Ἐπιφάνεια δέ ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

ϛ'. Ἐπιφανείας δὲ πέρατα, γραμμαί.

ζ'. Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ' ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται.

η'. Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων, πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

θ'. Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ εὐθεῖαι ὦσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

ι'. Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

ια'. Ἀμβλεῖα γωνία ἐστὶν, ἡ μείζων ὀρθῆς.

ιβ'. Ὀξεῖα δὲ, ἡ ἐλάσσων ὀρθῆς.

ιγ'. Ὅρος ἐστὶν, ὅ τινός ἐστι πέρας.

DEFINITIONES.

1. PUNCTUM est, cujus pars nulla est.

2. Linea autem est longitudo non lata.

3. Lineæ vero extrema sunt puncta.

4. Recta quidem linea est, quæ ex æquo sua interjacet puncta.

5. Superficies autem est, quod longitudinem & latitudinem tantum habet.

6. Superficiei vero extrema sunt lineæ.

7. Plana quidem superficies est, quæ ex æquo suas lineas rectas interjacet.

8. Planus vero angulus est duarum linearum, in plano sese tangentium, & non in directum jacentium, mutua inclinatio.

9. Quando autem lineæ angulum comprehendentes rectæ fuerint, angulus ipse appellatur rectilineus.

10. Cum vero recta linea super rectam lineam insistens angulos deinceps inter se æquales fecerit, rectus est uterque æqualium angulorum: & quæ insistit recta linea, perpendicularis vocatur ad eam super quam insistit.

11. Obtusus angulus est, qui major est recto.

12. Acutus autem, qui est recto minor.

13. Terminus est, quod alicujus est extremum.

* Quidam Codices addunt: Ἐκ τῶν Θέωνος συνουσιῶν.

14. Figura est, quæ aliquo vel aliquibus terminis comprehenditur.

15. Circulus est figura plana una linea comprehensa, quæ circumferentia appellatur; ad quam, ab uno puncto eorum quæ intra figuram sunt posita, cadentes omnes rectæ lineæ inter se sunt æquales.

16. Hoc autem punctum, centrum circuli nuncupatur.

17. Diameter vero circuli est recta quædam linea per centrum ducta, & ex utraque parte circumferentiâ circuli terminata: quæ etiam circulum bifariam secat.

18. Semicirculus est figura comprehensa sub diametro, & ea circuli circumferentia, quæ à diametro intercipitur.

19. Segmentum circuli est, quod recta linea & circuli circumferentia comprehenditur.

20. Rectilineæ figuræ sunt, quæ rectis lineis comprehenduntur.

21. Trilateræ quidem, quæ tribus.

22. Quadrilateræ, quæ quatuor.

23. Multilateræ vero, quæ pluribus quam quatuor rectis lineis comprehenduntur.

24. E trilateris autem figuris, æquilaterum triangulum est, quod tria latera habet æqualia.

25. Isosceles autem, quod duo tantum æqualia habet latera.

26. Scalenum vero, quod tria latera habet inæqualia.

27. Adhæc, è trilateris figuris, rectangulum quidem triangulum est, quod rectum angulum habet.

28. Amblygonium autem, quod habet angulum obtusum.

29. Oxygonium vero, quod tres habet angulos acutos.

30. E figuris autem quadrilateris, quadratum quidem est, quod & æquilaterum est & rectangulum.

31. Oblongum, quod rectangulum quidem est, sed non æquilaterum.

32. Rhombus, quod æquilaterum quidem est, sed non rectangulum.

33. Rhomboïdes, quod habet opposita

ιδ'. Σχῆμά ἐστι, τὸ ὑπό τινος ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον.

ιε'. Κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον, ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἣ καλεῖται περιφέρεια· πρὸς ἣν, ἀφ' ἑνὸς σημείου τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων, πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

ιϛ'. Κέντρον δὲ τοῦ κύκλου τὸ σημεῖον καλεῖται.

ιζ'. Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας· ἥτις καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον.

ιη'. Ἡμικύκλιον δέ ἐστι τὸ περιεχόμενον σχῆμα, ὑπό τε διαμέτρου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

ιθ'. Τμῆμα κύκλου ἐστὶ, τὸ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

κ'. Εὐθύγραμμα σχήματά ἐστι, τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα.

κα'. Τρίπλευρα μὲν, τὰ ὑπὸ τριῶν.

κβ'. Τετράπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ τεσσάρων.

κγ'. Πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.

κδ'. Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων, ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνόν ἐστι, τὸ τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς.

κε'. Ἰσοσκελὲς δὲ, τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς.

κϛ'. Σκαληνὸν δὲ, τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσους ἔχον πλευράς.

κζ'. Ἔτι τε, τῶν τριπλεύρων σχημάτων, ὀρθογώνιον μὲν τρίγωνόν ἐστι, τὸ ἔχον ὀρθὴν γωνίαν.

κη'. Ἀμβλυγώνιον δὲ, τὸ ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν.

κθ'. Ὀξυγώνιον δὲ, τὸ τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.

λ'. Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων, τετράγωνον μέν ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τέ ἐστι καὶ ὀρθογώνιον.

λα'. Ἑτερόμηκες δὲ, ὃ ὀρθογώνιον μὲν, οὐκ ἰσόπλευρον δέ.

λβ'. Ῥόμβος δὲ, ὃ ἰσόπλευρον μὲν, οὐκ ὀρθογώνιον δέ.

λγ'. Ῥομβοειδὲς δὲ, τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευρὰς πλευρά τε καὶ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ἔχον, ὃ οὔτε ἰσόπλευρόν ἐστιν, οὔτε ὀρθογώνιον.

λδʹ. Τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα τραπέζια καλείσθω.

λεʹ. Παράλληλοί εἰσιν εὐθεῖαι, αἵ τινες ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι, καὶ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, ἐπὶ μηδέτερα συμπίπτουσιν ἀλλήλαις.

ΑΙΤΗΜΑΤΑ.

αʹ. Ἠτήσθω, ἀπὸ παντὸς σημείου ἐπὶ πᾶν σημεῖον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

βʹ. Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπ' εὐθείας ἐκβάλλειν.

γʹ. Καὶ παντὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι κύκλον γράφεσθαι.

ΚΟΙΝΑΙ ΕΝΝΟΙΑΙ.

αʹ. Τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

βʹ. Καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἴσα.

γʹ. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα.

δʹ. Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἄνισα.

εʹ. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ λοιπά ἐστιν ἄνισα.

ϛʹ. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

ζʹ. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

ηʹ. Καὶ τὰ ἐφαρμόζοντα ἐπ' ἄλληλα, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

θʹ. Καὶ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζόν ἐστι.

ιʹ. * Καὶ πᾶσαι αἱ ὀρθαὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

ιαʹ. Καὶ ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας δύο ὀρθῶν ἐλάσσονας ποιῇ, ἐκβαλλόμεναι αἱ δύο αὗται εὐθεῖαι ἐπ' ἄπειρον συμπεσοῦνται ἀλλήλαις, ἐφ' ἃ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες γωνίαι.

ιβʹ. Καὶ δύο εὐθεῖαι χωρίον οὐ περιέχουσιν.

& latera & angulos invicem æqualia, sed neque æquilaterum est, nec rectangulum.

34. Reliqua autem quadrilatera præter hæc, vocentur trapezia.

35. Parallelæ denique rectæ lineæ sunt, quæ in eodem jacentes plano, atque ex utraque parte in infinitum productæ, in neutram sibi coincidunt.

POSTULATA.

1. POstuletur, à quovis puncto ad quodvis punctum rectam lineam ducere.

2. Item rectam lineam finitam continue in directum producere.

3. Item quovis centro & intervallo circulum describere.

COMMUNES NOTIONES, SIVE AXIOMATA.

1. QUÆ eidem æqualia, inter se sunt æqualia.

2. Item si æqualibus æqualia addantur, tota sunt æqualia.

3. Item si ab æqualibus æqualia auferantur, reliqua sunt æqualia.

4. Item si inæqualibus æqualia addantur, tota sunt inæqualia.

5. Item si ab inæqualibus æqualia auferantur, reliqua sunt inæqualia.

6. Item quæ ejusdem sunt duplicia, inter se sunt æqualia.

7. Item quæ ejusdem sunt dimidia, inter se æqualia sunt.

8. Item quæ sibi mutuo congruunt, sunt æqualia.

9. Item totum sua parte majus est.

10. * Item omnes anguli recti inter se æquales sunt.

11. Item si in duas rectas lineas recta incidens angulos interiores & ad easdem partes duobus rectis minores fecerit; duæ illæ rectæ, in infinitum productæ, coincident inter se ex ea parte, ad quam sunt anguli duobus rectis minores.

12. Item duæ rectæ lineæ spatium non comprehendunt.

* In quibusdam Codicibus Axiomata 10 & 11 inter Postulata numerantur.

Propositio I. Problema.

Super datam rectam terminatam, triangulum æquilaterum constituere.

SIT data recta terminata AB: oportet vero super rectam AB triangulum æquilaterum constituere.

Centro quidem A, intervallo autem AB, describatur [per 3. post.] circulus BΓΔ; & rursus centro B, intervallo BA, describatur circulus AΓE; & à puncto Γ, in quo circuli sese mutuo secant, ad puncta A, B ducantur [per 1. post.] rectæ ΓA, ΓB.



Quoniam igitur punctum A est centrum circuli ΓΔB, recta AΓ [per 15. def.] erit æqualis ipsi AB: rursus, quoniam punctum B est centrum circuli ΓAE, erit BΓ æqualis rectæ BA. ostensum autem est rectam ΓA æqualem esse rectæ AB: utraque igitur rectarum ΓA, ΓB æqualis est rectæ AB. quæ autem eidem sunt æqualia, & inter se sunt æqualia; recta igitur ΓA rectæ ΓB æqualis est: quare tres rectæ ΓA, AB, BΓ inter se sunt æquales.

Est igitur [per 24. def.] triangulum ABΓ æquilaterum, atque etiam constitutum super datam rectam terminatam AB. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα πεπερασμένη ἡ AB· δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς AB εὐθείας τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

Κέντρῳ μὲν τῷ A, διαστήματι δὲ τῷ AB, κύκλος γεγράφθω ὁ BΓΔ· καὶ πάλιν, κέντρῳ μὲν τῷ B, διαστήματι δὲ τῷ BA, κύκλος γεγράφθω ὁ AΓE· καὶ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου, καθ' ὃ τέμνουσιν ἀλλήλους οἱ κύκλοι, ἐπὶ τὰ A, B σημεῖα ἐπεζεύχθωσαν εὐθεῖαι αἱ ΓA, ΓB.

Ἐπεὶ οὖν τὸ A σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΔB κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ AΓ τῇ AB· πάλιν, ἐπεὶ τὸ B σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓAE κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ BΓ τῇ BA. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΓA τῇ AB ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν ΓA, ΓB τῇ AB ἐστιν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ ΓA ἄρα τῇ ΓB ἐστιν ἴση· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΓA, AB, BΓ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

Ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ABΓ τρίγωνον, καὶ συνέσταται ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τῆς AB. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. II. Probl.

Ad datum punctum, datæ rectæ æqualem rectam ponere.

SIT datum punctum A, & data recta BΓ: oportet quidem ad punctum A, rectæ BΓ æqualem rectam ponere.

Ducatur [per 1. post.] ab A puncto ad punctum B recta AB; & super eam [per 1. prop.] constituatur triangulum æquilaterum ΔAB, producanturque in directum ipsis ΔA, ΔB rectæ AE, BZ; dein centro B, intervallo BΓ, describatur [per 3. post.] circulus ΓHΘ: & rursus centro Δ, intervallo ΔH, describatur circulus HKΛ.



Quoniam igitur punctum B est centrum circuli ΓHΘ, erit [per 15. def.] recta BΓ æqualis rectæ BH. rursus, quoniam punctum Δ centrum est circuli HKΛ, erit recta ΔΛ rectæ ΔH æqualis; ex quibus ΔA æqualis est ΔB: reliqua igitur AΛ, [per 3. ax.] reliquæ BH æqualis erit. ostensum autem est rectam BΓ rectæ BH æqualem esse: utraque igitur rectarum AΛ, BΓ rectæ BH æqualis est. quæ vero eidem æqualia, & inter se sunt æqualia: ergo & recta AΛ æqualis est rectæ BΓ.

Ad datum igitur punctum A, datæ rectæ BΓ æqualis posita est recta AΛ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β΄.

Πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.

Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ A, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ BΓ· δεῖ δὴ πρὸς τῷ A σημείῳ, τῇ BΓ εὐθείᾳ ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ A σημείου ἐπὶ τὸ B σημεῖον εὐθεῖα ἡ AB· καὶ συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΔAB, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας τῶν ΔA, ΔB εὐθεῖαι αἱ AE, BZ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ B, διαστήματι δὲ τῷ BΓ, κύκλος γεγράφθω ΓHΘ· καὶ πάλιν, κέντρῳ μὲν τῷ Δ, διαστήματι δὲ τῷ ΔH, κύκλος γεγράφθω ὁ HKΛ.

Ἐπεὶ οὖν τὸ B σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓHΘ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ BΓ τῇ BH. καὶ πάλιν, ἐπεὶ τὸ Δ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ HKΛ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΔΛ τῇ ΔH, ὧν ἡ ΔA τῇ ΔB ἴση ἐστί· λοιπὴ ἄρα ἡ AΛ λοιπῇ τῇ BH ἐστιν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ BΓ τῇ BH ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν AΛ, BΓ τῇ BH ἐστιν ἴση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ AΛ ἄρα τῇ BΓ ἐστιν ἴση.

Πρὸς ἄρα τῷ δοθέντι σημείῳ τῷ A, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ BΓ ἴση εὐθεῖα κεῖται ἡ AΛ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γʹ.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων, ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ ΑΒ, Γ, ὧν μείζων ἔστω ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Κείσθω πρὸς τῷ Α σημείῳ τῇ Γ εὐθείᾳ ἴση ἡ ΑΔ· καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Α, διαστήματι δὲ τῷ ΑΔ, κύκλος γεγράφθω ὁ ΔΕΖ.

Καὶ ἐπεὶ τὸ Α σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΔΕΖ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΑΕ τῇ ΑΔ· ἀλλὰ καὶ ἡ Γ τῇ ΑΔ ἐστὶν ἴση. ἑκατέρα ἄρα τῶν ΑΕ, Γ τῇ ΑΔ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ ἡ ΑΕ τῇ Γ ἐστὶν ἴση.

Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων τῶν ΑΒ, Γ, ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἴση ἀφῄρηται ἡ ΑΕ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

PROP. III. PROBL.

Datis duabus rectis inæqualibus, à majore auferre rectam æqualem minori.

Sint duæ datæ rectæ inæquales AB & Γ, quarum major sit AB: oportet à recta AB majore auferre rectam æqualem rectæ Γ minori.



Ponatur [per 2. prop.] ad punctum A recta AΔ æqualis rectæ Γ; & centro A, intervallo AΔ, describatur [per 3. post.] circulus ΔEZ.

Et quoniam punctum A centrum est circuli ΔEZ, erit recta AE æqualis rectæ AΔ: est autem recta Γ æqualis eidem AΔ. utraque igitur rectarum AB, Γ æquatur rectæ AΔ: quare & recta AE est æqualis rectæ Γ.

Datis igitur duabus rectis inæqualibus AB, Γ, ab AB majore ablata est AE æqualis rectæ Γ minori. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δʹ.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ, καὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴσην· λέγω ὅτι καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴση ἐστίν, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ ΔΕΖ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Α σημείου ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον, τῆς δὲ ΑΒ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΔΕ, ἐφαρμόσει καὶ τὸ Β ἐπὶ τὸ Ε, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΑΒ τῇ ΔΕ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΑΒ ἐπὶ τὴν ΔΕ, ἐφαρμόσει καὶ ἡ ΑΓ εὐθεῖα ἐπὶ τὴν ΔΖ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΕΔΖ· ὥστε καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ σημεῖον ἐφαρμόσει, διὰ τὸ ἴσην πάλιν εἶναι τὴν ΑΓ τῇ ΔΖ. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφηρμόκει, ὥστε βά-

PROP. IV. THEOREMA.

Si duo triangula habuerint duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; & angulum æqualem angulo, qui ab æqualibus rectis comprehenditur: habebunt & basim basi æqualem, & triangulum erit triangulo æquale, & reliqui anguli reliquis angulis æquabuntur, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur.

Sint duo triangula ABΓ, ΔEZ, habentia duo latera AB, AΓ æqualia duobus lateribus ΔE, ΔZ, alterum alteri; nempe latus AB æquale lateri ΔE, & latus AΓ lateri ΔZ, & angulum BAΓ æqualem angulo EΔZ: dico & basim BΓ æquari basi EZ, & triangulum ABΓ æquari triangulo ΔEZ, & reliquos angulos reliquis angulis æquari, alterum alteri, quibus latera æqualia subtenduntur; angulum nempe ABΓ angulo ΔEZ, & angulum AΓB angulo ΔZE.



Nam si ABΓ triangulum applicetur triangulo ΔEZ, posito puncto A super punctum Δ, & recta AB super rectam ΔE; punctum B congruet puncto E, quia recta AB æquatur rectæ ΔE: congruente autem recta AB rectæ ΔE, congruet etiam recta AΓ rectæ ΔZ, quia angulus BAΓ æqualis est angulo EΔZ: quare & punctum Γ congruet puncto Z, quia recta AΓ æqualis est rectæ ΔZ. punctum autem B congruebat puncto E, idcirco

circo basis ΒΓ congruet basi ΕΖ: nam si punctum Β congruat puncto Ε, & punctum Γ puncto Ζ, basis autem ΒΓ non congruat basi ΕΖ; necesse est duas rectas comprehendere spatium, quod [per 12. ax.] fieri non potest. congruet igitur basis ΒΓ basi ΕΖ, eique æqualis erit: quare & totum triangulum ΑΒΓ congruet toti triangulo ΔΕΖ, eritque ei æquale; & reliqui anguli reliquis angulis congruent, iisque æquabuntur; nempe angulus ΑΒΓ angulo ΔΕΖ, & angulus ΑΓΒ angulo ΔΖΕ.



Si igitur duo triangula duo latera habuerint duobus lateribus æqualia, alterum alteri; & angulum habuerint angulo æqualem, qui ab æqualibus rectis comprehenditur: habebunt & basim basi æqualem, & triangulum triangulo erit æquale, & reliqui anguli reliquis angulis æquales erunt, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur. quod erat demonstrandum.

σις ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει· εἰ γὰρ τὸ μὲν Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφαρμόζοντος, τὸ δὲ Γ ἐπὶ τὸ Ζ, ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιέξουσιν, ὅπερ ἀδύνατον. ἐφαρμόσει ἄρα ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται· ὥστε καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ἐπὶ ὅλον τὸ ΔΕΖ τρίγωνον ἐφαρμόσει, καὶ ἴσον αὐτῷ ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ἐπὶ τὰς λοιπὰς γωνίας ἐφαρμόσουσι, καὶ ἴσαι αὐταῖς ἔσονται, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. V. THEOR.

Triangulorum isoscelium anguli ad basim sunt inter se æquales: &, productis æqualibus rectis, anguli sub basim erunt inter se æquales.

SIT triangulum isosceles ΑΒΓ, habens latus ΑΒ æquale lateri ΑΓ, & producantur [per 2. post.] rectæ ΒΔ, ΓΕ in directum rectis ΑΒ, ΑΓ: dico angulum ΑΒΓ æqualem esse angulo ΑΓΒ, item angulum ΓΒΔ æqualem esse angulo ΒΓΕ.

Sumatur enim in recta ΒΔ punctum quodlibet Ζ, & ab ΑΕ recta majore auferatur [per 3. prop.] recta ΑΗ æqualis rectæ ΑΖ minori, & ducantur rectæ ΖΓ, ΗΒ.



Quoniam igitur ΑΖ æquatur rectæ ΑΗ, & ΑΒ rectæ ΑΓ, duæ etiam ΖΑ, ΑΓ æquantur duabus ΗΑ, ΑΒ, altera alteri, & comprehendunt communem angulum ΖΑΗ: erit igitur [per 4. prop.] basis ΖΓ æqualis basi ΗΒ, & triangulum ΑΖΓ æquale triangulo ΑΗΒ, & reliqui anguli reliquis angulis æquales, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur; angulus nempe ΑΓΖ angulo ΑΒΗ, & angulus ΑΖΓ angulo ΑΗΒ. cum autem tota ΑΖ æquatur toti ΑΗ, & ΑΒ æquatur rectæ ΑΓ; reliqua igitur ΒΖ [per 3. ax.] æquabitur reliquæ ΓΗ. ostensum autem est rectam ΖΓ æqualem esse rectæ ΗΒ: duæ itaque rectæ ΒΖ, ΖΓ æquantur duabus ΓΗ, ΗΒ, altera alteri, & angulus ΒΖΓ æquatur angulo ΓΗΒ, & recta ΒΓ est eorum basis communis; erit igitur [per 4. prop.] & triangu-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

Τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί· καὶ, προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν, αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

ΕΣτω τρίγωνον ἰσοσκελὲς τὸ ΑΒΓ, ἴσην ἔχον τὴν ΑΒ πλευρὰν τῇ ΑΓ πλευρᾷ, καὶ προσεκβεβλήσθωσαν ἐπ᾽ εὐθείας ταῖς ΑΒ, ΑΓ εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΓΕ· λέγω ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἴση ἐστίν, ἡ δὲ ὑπὸ ΓΒΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΕ.

Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῆς ΒΔ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΕ τῇ ἐλάσσονι τῇ ΑΖ ἴση ἡ ΑΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΓ, ΗΒ εὐθεῖαι.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΖ τῇ ΑΗ, ἡ δὲ ΑΒ τῇ ΑΓ, δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΗΑ, ΑΒ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίαν κοινὴν περιέχουσι τὴν ὑπὸ ΖΑΗ· βάσις ἄρα ἡ ΖΓ βάσει τῇ ΗΒ ἴση ἐστὶν, καὶ τὸ ΑΖΓ τρίγωνον τῷ ΑΗΒ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΓΖ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΖΓ τῇ ὑπὸ ΑΗΒ. καὶ ἐπεὶ ὅλη ἡ ΑΖ ὅλῃ τῇ ΑΗ ἐστὶν ἴση, ὧν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ ἐστὶν ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΖ λοιπῇ τῇ ΓΗ ἐστὶν ἴση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΗΒ ἴση· δύο δὴ αἱ ΒΖ, ΖΓ δυσὶ ταῖς ΓΗ, ΗΒ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΖΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΓΗΒ ἴση, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΒΓ· καὶ τὸ ΒΖΓ ἄρα τρίγω-
νον

νον τῷ ΓΗΒ τριγώνῳ ἴσον ἔσαι, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐσὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΒΓΖ τῇ ὑπὸ ΓΒΗ. ἐπεὶ οὖν ὅλη ἡ ὑπὸ ΑΒΗ γωνία ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΑΓΖ γωνίᾳ ἐδείχθη ἴση, ὧν ἡ ὑπὸ ΓΒΗ τῇ ὑπὸ ΒΓΖ ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἐσὶν ἴση, καί εἰσι πρὸς τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ τριγώνου· ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ ἴση, καί εἰσιν ὑπὸ τὴν βάσιν.

Τῶν ἄρα ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί· καὶ, προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν, αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

lum ΒΖΓ æquale triangulo ΓΗΒ, & reliqui anguli reliquis angulis æquales erunt, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: æqualis est igitur angulus ΖΒΓ angulo ΗΓΒ, & angulus ΒΓΖ angulo ΓΒΗ. idcirco cum ostensum fuerit totum angulum ΑΒΗ æqualem esse toti angulo ΑΓΖ, & angulum ΓΒΗ æqualem angulo ΒΓΖ; reliquus angulus ΑΒΓ [per 3. ax.] reliquo ΑΓΒ æqualis erit, & sunt ad basim trianguli ΑΒΓ: ostensum etiam est angulum ΖΒΓ æqualem esse angulo ΗΓΒ, & sunt sub basim.

Triangulorum igitur isoscelium anguli ad basim sunt inter se æquales: &, productis rectis æqualibus, anguli sub basim erunt inter se æquales. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Ἐὰν τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, ἴσην ἔχον τὴν ὑπὸ ΑΒΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΑΓΒ γωνίᾳ· λέγω ὅτι καὶ πλευρὰ ἡ ΑΓ πλευρᾷ τῇ ΑΒ ἐσὶν ἴση.



Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ, ἡ ἑτέρα αὐτῶν μείζων ἐσίν. ἔσω μείζων ἡ ΑΒ· καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ ΑΓ ἴση ἡ ΔΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΓ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐσὶν ἡ ΔΒ τῇ ΑΓ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΓ, δύο δὴ αἱ ΔΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΑΓ, ΓΒ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἐσὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΔΓ βάσει τῇ ΑΒ ἴση ἐσὶν, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΓΒ τριγώνῳ ἴσον ἔσαι, τῷ ἐλάσσονι τὸ μεῖζον, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐσιν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ· ἴση ἄρα.

Ἐὰν ἄρα τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. VI. THEOR.

Si trianguli duo anguli sint inter se æquales, latera æqualibus angulis subtensa inter se æqualia erunt.

Esto triangulum ΑΒΓ, æqualem habens ΑΒΓ angulum angulo ΑΓΒ: ajo latus ΑΓ æquale esse lateri ΑΒ.

Si enim ΑΓ inæquale est lateri ΑΒ, eorum alterum majus erit. sit majus ΑΒ: & ab ΑΒ majore auferatur [per 3. prop.] recta ΔΒ æqualis lateri ΑΓ minori, & ducatur recta ΔΓ.

Quoniam igitur ΔΒ æquatur rectæ ΑΓ, & recta ΒΓ est latus commune, duæ rectæ ΔΒ, ΒΓ æquantur duabus rectis ΑΓ, ΓΒ, altera alteri, & angulus ΔΒΓ angulo ΑΓΒ est æqualis; basis igitur ΔΓ æquabitur basi ΑΒ, & triangulum ΑΒΓ æquabitur triangulo ΔΓΒ, majus minori, quod absurdum est: non est ideo ΑΒ inæqualis rectæ ΑΓ; igitur æqualis.

Idcirco si trianguli duo anguli sint inter se æquales, latera æqualibus angulis subtensa inter se æqualia erunt. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ οὐ συσταθήσονται, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς ΑΒ, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ταῖς ΑΓ, ΓΒ ἄλλαι δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΔ, ΔΒ ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ συνεστάτωσαν, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ τῷ τε Γ καὶ Δ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ Γ, Δ, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι τὰ Α, Β ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις· ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΓΑ τῇ

PROP. VII. THEOR.

Super eandem rectam, duabus iisdem rectis duæ aliæ rectæ æquales altera alteri non constituentur, ad aliud atque aliud punctum in easdem partes, eosdem terminos habentes cum rectis initio ductis.

Nam si fieri potest, super eandem rectam ΑΒ, duabus iisdem rectis ΑΓ, ΓΒ duæ aliæ rectæ ΑΔ, ΔΒ æquales altera alteri constituantur, ad aliud atque aliud punctum Γ & Δ, in easdem partes Γ & Δ, eosdem terminos habentes Α & Β cum rectis initio ductis; ita ut recta ΓΑ sit æqualis rectæ

ΔΑ, habens cum illa eundem terminum, punctum Α, & recta ΓΒ æqualis rectæ ΔΒ, habens cum illa eundem terminum, punctum Β: & ducatur recta ΓΔ.

Quoniam igitur ΑΓ æquatur rectæ ΑΔ, æqualis est [per 5. prop.] angulus ΑΓΔ angulo ΑΔΓ: quare angulus ΑΔΓ major est angulo ΔΓΒ, & angulus ΓΔΒ multo major est angulo ΔΓΒ. rursus quoniam recta ΓΒ æqualis est rectæ ΔΒ, erit angulus ΓΔΒ æqualis angulo ΔΓΒ. ostensum autem est eodem esse multo majorem, quod est impossibile.



Super eandem igitur rectam, duabus iisdem rectis duæ aliæ rectæ æquales altera alteri non constituentur, ad aliud & aliud punctum in easdem partes, habentes eosdem terminos cum rectis initio ductis. quod erat demonstrandum.

ΔΑ, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαι αὐτῇ τὸ Α, ἡ δὲ ΓΒ τῇ ΔΒ, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσα αὐτῇ τὸ Β· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΔ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ τῇ ὑπὸ ΑΔΓ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΓ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ, πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΔΒ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΔΒ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΓΔΒ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΓΒ. ἐδείχθη δὲ αὐτῆς καὶ πολλῷ μείζων, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον.

Οὐκ ἄρα ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ συσταθήσονται, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VIII. Theor.

Si duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; habeant etiam & basim basi æqualem: angulum quoque angulo æqualem habebunt, ab æqualibus rectis comprehensum.

Sint duo triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ, habentia duo latera ΑΒ, ΑΓ duobus lateribus ΔΕ, ΔΖ æqualia, alterum alteri, latus quidem ΑΒ lateri ΔΕ, & latus ΑΓ lateri ΔΖ; habeant etiam & basim ΒΓ æqualem basi ΕΖ: dico etiam angulum ΒΑΓ æqualem esse angulo ΕΔΖ.



Si enim triangulum ΑΒΓ applicetur triangulo ΔΕΖ, & punctum Β ponatur super punctum Ε, & recta ΒΓ super rectam ΕΖ; congruet punctum Γ puncto Ζ, quia recta ΒΓ æquatur rectæ ΕΖ: congruente vero ΒΓ rectæ ΕΖ, congruent etiam ΒΑ, ΑΓ rectis ΕΔ, ΔΖ. si enim basis ΒΓ congruat basi ΕΖ, latera vero ΒΑ, ΑΓ non congruant lateribus ΕΔ, ΔΖ, sed situm mutent, ut ΕΗ, ΗΖ; constituentur, super eandem rectam, duabus iisdem rectis aliæ duæ rectæ æquales, altera alteri, ad aliud & aliud punctum in easdem partes, habentes eosdem terminos. sed [per 7. prop.] non constituuntur: congruente igitur basi ΒΓ basi ΕΖ, non possunt non congruere etiam latera ΒΑ, ΑΓ lateribus ΕΔ, ΔΖ. congruent igitur: adeoque angulus ΒΑΓ congruet angulo ΕΔΖ, eique æqualis erit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, ἔχῃ δὲ καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην· καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ· ἐχέτω δὲ καὶ βάσιν τὴν ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴσην· λέγω ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἐστὶν ἴση.

Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ ΔΕΖ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Β σημείου ἐπὶ τὸ Ε σημεῖον, τῆς δὲ ΒΓ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΕΖ, ἐφαρμόσει καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΒΓ ἐπὶ τὴν ΕΖ, ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΑΓ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. εἰ γὰρ βάσις μὲν ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει, αἱ δὲ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ οὐκ ἐφαρμόζουσιν, ἀλλὰ παραλλάξουσιν, ὡς αἱ ΕΗ, ΗΖ· συσταθήσονται, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι. οὐ συνίστανται δέ· οὐκ ἄρα, * ἐφαρμοζομένης τῆς ΒΓ βάσεως ἐπὶ τὴν ΕΖ βάσιν, οὐκ ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. ἐφαρμόσουσι ἄρα· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ ἐπὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΔΖ ἐφαρμόσει, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται.

* Ισ. ἐφαρμοσάσης.

Ἐὰν

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἔχῃ· καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Si igitur duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; habeant etiam & basim basi æqualem: angulum quoque angulo æqualem habebunt, ab æqualibus rectis comprehensum. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

PROP. IX. PROBL.

Τὴν δοθεῖσαν γωνίαν εὐθύγραμμον δίχα τεμεῖν.

Datum angulum rectilineum bifariam secare.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος, ἡ ὑπὸ ΒΑΓ· δεῖ δὴ αὐτὴν δίχα τεμεῖν.

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΑΒ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς ΑΓ τῇ ΑΔ ἴση ἡ ΑΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΕ, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς ΔΕ τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΔΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ· λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς ΑΖ εὐθείας.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΑΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΑΖ, δύο δὴ αἱ ΔΑ, ΑΖ δυσὶ ταῖς ΕΑ, ΑΖ ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΔΖ βάσει τῇ ΕΖ ἴση ἐστί· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΑΖ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΑΖ ἐστὶν ἴση.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος, ἡ ὑπὸ ΒΑΓ, δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς ΑΖ εὐθείας. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.



SIT datus angulus rectilineus ΒΑΓ: oportet illum bifariam secare.

Sumatur in recta ΑΒ punctum quodlibet Δ, & à recta ΑΓ auferatur [per 3. prop.] recta ΑΕ æqualis rectæ ΑΔ, & ducatur recta ΔΕ; & super rectam ΔΕ fiat [per 1. prop.] triangulum æquilaterum ΔΕΖ, & ducatur recta ΑΖ: dico angulum ΒΑΓ bifariam secari à recta ΑΖ.

Quoniã enim ΑΔ æquatur rectæ ΑΕ, recta autem ΑΖ sit communis; duæ rectæ ΔΑ, ΑΖ duabus rectis ΕΑ, ΑΖ æquales erunt, altera alteri; basis etiam ΔΖ æquatur basi ΕΖ: angulus igitur ΔΑΖ æquatur [per 8. prop.] angulo ΕΑΖ.

Datus igitur angulus rectilineus ΒΑΓ bifariam secatur à recta ΑΖ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

PROP. X. PROBL.

Τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν πεπερασμένην δίχα τεμεῖν.

Datam rectam lineam terminatam bifariam secare.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ τὴν ΑΒ δίχα τεμεῖν.

Συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ὑπὸ ΑΓΒ γωνία δίχα τῇ ΓΔ εὐθείᾳ· λέγω ὅτι ἡ ΑΒ εὐθεῖα δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Δ σημεῖον.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΓΔ, δύο δὴ αἱ ΑΓ, ΓΔ δυσὶ ταῖς ΒΓ, ΓΔ ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΒΔ ἐστὶν ἴση.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ ΑΒ δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Δ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.



SIT data recta terminata ΑΒ: oportet rectam ΑΒ bifariam secare.

Fiat [per 1. prop.] super illam triangulum æquilaterum ΑΒΓ, & secetur [per 9. prop.] angulus ΑΓΒ bifariam à recta ΓΔ: dico rectam ΑΒ bifariam secari in puncto Δ.

Quoniam enim ΑΓ æqualis est rectæ ΓΒ, recta autem ΓΔ est communis; duæ rectæ ΑΓ, ΓΔ æquales sunt duabus rectis ΒΓ, ΓΔ, altera alteri, & angulus ΑΓΔ æqualis est angulo ΒΓΔ: basis igitur ΑΔ æqualis est [per 4. prop.] basi ΒΔ.

Data igitur recta terminata ΑΒ bifariam secatur in puncto Δ. quod erat faciendum.

Prop. XI. Probl.

Datæ rectæ lineæ, à puncto in ipsa dato, ad rectos angulos rectam lineam ducere.

SIT data recta AB, & punctum in ea Γ: oportet à puncto Γ ipsi rectæ AB ad rectos angulos rectam lineam ducere.



Sumatur in recta AΓ punctum quodlibet Δ, & [per 3. prop.] ponatur ΓE æqualis rectæ ΓΔ, & [per 1. prop.] constituatur super rectam ΔE triangulum æquilaterum ZΔE, & ducatur recta ZΓ: dico quod datæ rectæ AB, à dato in ea puncto Γ, ad rectos angulos ducitur recta ZΓ.

Quoniam enim æqualis est ΓΔ rectæ ΓE, & recta ZΓ communis; duæ rectæ ΔΓ, ΓZ æquantur duabus rectis EΓ, ΓZ, altera alteri, & basis ΔZ æquatur basi EZ: angulus igitur ΔΓZ æquatur [per 8. prop.] angulo EΓZ; atque hi anguli sunt deinceps. quando autem recta insistens in rectam fecerit angulos deinceps inter se æquales, rectus est [per 10. def.] uterque æqualium angulorum: rectus igitur est uterque angulorum ΔΓZ, ZΓE.

Datæ igitur rectæ lineæ AB, à dato in illa puncto Γ, ad rectos angulos ducta est recta linea ZΓ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια'.

Τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ AB, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον ἐπ' αὐτῆς τὸ Γ· δεῖ δὴ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου τῇ AB εὐθείᾳ πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς AΓ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ κείσθω τῇ ΓΔ ἴση ἡ ΓE, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς ΔE τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ZΔE, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ZΓ· λέγω ὅτι τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ AB, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ZΓ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΔ τῇ ΓE, κοινὴ δὲ ἡ ZΓ, δύο δὴ αἱ ΔΓ, ΓZ δυσὶ ταῖς EΓ, ΓZ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΔZ βάσει τῇ EZ ἴση ἐστί· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΓZ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ EΓZ ἴση ἐστὶ, καί εἰσιν ἐφεξῆς. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΔΓZ, ZΓE.

Τῇ ἄρα δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ AB, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας γραμμὴ ἦκται εὐθεῖα ἡ ZΓ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XII. Probl.

Super datam rectam lineam infinitam, à dato puncto, quod non est in eadem, perpendicularem lineam rectam ducere.

SIT data recta infinita AB, & datum punctum Γ, quod non est in eadem: oportet super datam rectam infinitam AB, à dato puncto Γ, quod in eadem non est, perpendicularem lineam rectam ducere.



Sumatur enim ex altera parte rectæ AB punctum quodlibet Δ, & centro Γ, intervallo ΓΔ, describatur [per 3. post.] circulus EZH, & secetur recta EH bifariam [per 10. prop.] in puncto Θ, ducanturque rectæ ΓH, ΓΘ, ΓE: dico quod super datam rectam infinitam AB, à dato pun-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἄπειρος ἡ AB, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, τὸ Γ· δεῖ δὴ ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον τὴν AB, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τὰ ἕτερα μέρη τῆς AB εὐθείας τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Γ, διαστήματι δὲ τῷ ΓΔ, κύκλος γεγράφθω ὁ EZH, καὶ τετμήσθω ἡ EH δίχα κατὰ τὸ Θ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΓH, ΓΘ, ΓE· λέγω ὅτι ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον τὴν AB, ἀπὸ τοῦ δοθέν-

τος

τος σημείου τοῦ Γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετος ἦκται ἡ ΓΘ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΗΘ τῇ ΘΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΘΓ, δύο δὴ αἱ ΗΘ, ΘΓ δυσὶ ταῖς ΕΘ, ΘΓ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΓΗ βάσει τῇ ΓΕ ἐστὶν ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΘΗ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΘΓ ἐστὶν ἴση, καί εἰσιν ἐφεξῆς. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

Ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν ἄρα εὐθεῖαν ἄπειρον τὴν ΑΒ, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετος ἦκται ἡ ΓΘ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ὡς ἂν εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα γωνίας ποιῇ· ἤτοι δύο ὀρθὰς, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιήσει.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ ἐπ' εὐθεῖαν τὴν ΓΔ σταθεῖσα γωνίας ποιείτω, τὰς ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΔ· λέγω ὅτι αἱ ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΔ γωνίαι, ἢ δύο ὀρθαί εἰσιν, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι.

Εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΓΒΑ τῇ ὑπὸ ΑΒΔ, δύο ὀρθαί εἰσιν. εἰ δὲ οὔ, ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β σημείου τῇ ΓΔ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΕ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΓΒΕ, ΕΒΔ δύο ὀρθαί εἰσι. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΓΒΕ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΕ ἴση ἐστὶ, κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΕΒΔ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΓΒΕ, ΕΒΔ τρισὶ ταῖς ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΕ, ΕΒΔ εἰσὶν ἴσαι. πάλιν, ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΔΒΑ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΔΒΕ, ΕΒΑ ἴση ἐστὶ, κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΑΒΓ· αἱ ἄρα γωνίαι αἱ ὑπὸ ΔΒΑ, ΑΒΓ τρισὶ ταῖς ὑπὸ ΔΒΕ, ΕΒΑ, ΑΒΓ ἴσαι εἰσίν. ἐδείχθησαν δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΓΒΕ, ΕΒΔ τρισὶ ταῖς αὐταῖς ἴσαι· τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ αἱ ὑπὸ ΓΒΕ, ΕΒΔ ἄρα ταῖς ὑπὸ ΔΒΑ, ΑΒΓ ἴσαι εἰσίν· ἀλλὰ αἱ ὑπὸ ΓΒΕ, ΕΒΔ δύο ὀρθαί εἰσι, καὶ αἱ ὑπὸ ΔΒΑ, ΑΒΓ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Ὡς ἂν ἄρα εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα γωνίας ποιῇ· ἤτοι δύο ὀρθὰς, ἢ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιήσει, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Ἐὰν πρός τινι εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ, δύο εὐθεῖαι, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῶσιν, ἐπ' εὐθείας ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Πρὸς γάρ τινι εὐθείᾳ τῇ ΑΒ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Β, δύο εὐθεῖαι αἱ ΒΓ, ΒΔ, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας

ψcto Γ, quod in eadem non est, ducta est perpendicularis recta linea ΓΘ.

Quoniam enim ΗΘ æqualis est rectæ ΘΕ, recta autem ΘΓ est communis; duæ rectæ ΗΘ, ΘΓ sunt æquales duabus rectis ΕΘ, ΘΓ, altera alteri, & basis ΓΗ æquatur [per 15. def.] basi ΓΕ: angulus igitur ΓΘΗ æquatur [per 8. prop.] angulo ΕΘΓ; atque hi anguli sunt deinceps. quando autem recta insistens in rectam fecerit angulos deinceps inter se æquales, rectus est uterque æqualium angulorum; & recta insistens vocatur perpendicularis ad eam in quam insistit.

Super datam igitur rectam infinitam ΑΒ, à dato puncto Γ, quod non est in eadem, perpendicularis ducitur ΓΘ. quod erat faciendum.

Prop. XIII. Theor.

Si recta insistens in rectam faciat angulos; vel duos rectos faciet, vel duobus rectis æquales.

Recta enim quælibet ΑΒ insistens in rectam ΓΔ faciat angulos ΓΒΑ, ΑΒΔ: dico quod anguli ΓΒΑ, ΑΒΔ vel erunt recti, vel duobus rectis æquales.



Si enim angulus ΓΒΑ æqualis sit angulo ΑΒΔ, duo anguli [per 10. def.] erunt recti. sin minus, ducatur [per 11. prop.] à puncto Β recta ΒΕ ad rectos angulos rectæ ΓΔ: quare anguli ΓΒΕ, ΕΒΔ sunt duo recti. & quoniam angulus ΓΒΕ æquatur duobus angulis ΓΒΑ, ΑΒΕ; si addatur communis angulus ΕΒΔ, anguli ΓΒΕ, ΕΒΔ æquantur tribus angulis ΓΒΑ, ΑΒΕ, ΕΒΔ. rursus, cum angulus ΔΒΑ æquetur angulis duobus ΔΒΕ, ΕΒΑ; si communis angulus ΑΒΓ addatur, anguli ΔΒΑ, ΑΒΓ æquabuntur tribus angulis ΔΒΕ, ΕΒΑ, ΑΒΓ. ostensi autem sunt anguli ΓΒΕ, ΕΒΔ iisdem tribus esse æquales; & quæ eidem æqualia, sunt inter se æqualia; anguli igitur ΓΒΕ, ΕΒΔ æquantur angulis ΔΒΑ, ΑΒΓ: sed anguli ΓΒΕ, ΕΒΔ sunt duo recti; idcirco anguli ΔΒΑ, ΑΒΓ sunt duobus rectis æquales.

Si igitur recta insistens super rectam faciat angulos; faciet vel duos angulos rectos, vel duobus rectis æquales. quod erat demonstrandum.

Prop. XIV. Theor.

Si ad aliquam rectam lineam, & ad punctum in ea, duæ rectæ, non ad easdem partes positæ, faciant angulos deinceps duobus rectis æquales; ipsæ rectæ lineæ in directum sibi invicem erunt.

Ad aliquam enim rectam lineam ΑΒ, & ad punctum in ea Β, duæ rectæ ΒΓ, ΒΔ, non ad easdem partes positæ, faciant angulos deinceps

ΑΒΓ, ΑΒΔ duobus rectis æquales: dico rectam ΒΔ esse in directum rectæ ΓΒ.

Si enim ΒΔ non sit in directum rectæ ΒΓ, sit [per 2. post.] ΒΕ in directum rectæ ΓΒ.



Quoniam igitur recta ΑΒ insistit in rectam ΓΒΕ, anguli ΑΒΓ, ΑΒΕ æquantur [per 13. prop.] duobus rectis; sunt autem [ex hyp.] anguli ΑΒΓ, ΑΒΔ duobus rectis æquales: anguli igitur ΓΒΑ, ΑΒΕ æquantur angulis ΓΒΑ, ΑΒΔ. communis auferatur ΑΒΓ; reliquus igitur ΑΒΕ æquabitur reliquo ΑΒΔ, minor majori, quod fieri non potest: recta igitur ΒΕ non est in directum rectæ ΒΓ. eodem modo ostendemus, nullam aliam esse præter ΒΔ: est ergo recta ΓΒ in directum rectæ ΒΔ.

Si igitur ad aliquam rectam, & ad punctum in ea, duæ rectæ, non ad easdem partes positæ, faciant angulos deinceps duobus rectis æquales; ipsæ rectæ lineæ in directum sibi invicem erunt. quod erat demonstrandum.

τὰς ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΒΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιείτωσαν· λέγω ὅτι ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ ΓΒ ἡ ΒΔ.

Εἰ γὰρ μή ἐστι τῇ ΒΓ ἐπ' εὐθείας ἡ ΒΔ, ἔστω τῇ ΓΒ ἐπ' εὐθείας ἡ ΒΕ.

Ἐπεὶ οὖν εὐθεῖα ἡ ΑΒ ἐπ' εὐθεῖαν τὴν ΓΒΕ ἐφέστηκεν, αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΒΕ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΒΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΕ ταῖς ὑπὸ ΓΒΑ, ΑΒΔ ἴσαι εἰσί. κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ὑπὸ ΑΒΓ, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΕ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΑΒΔ ἐστὶν ἴση, ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΒΓ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς ΒΔ· ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΒΔ.

Ἐὰν ἄρα πρός τινι εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ, δύο εὐθεῖαι, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῶσιν, ἐπ' εὐθείας ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XV. Theor.

Si duæ rectæ sese mutuo secent, angulos ad verticem facient inter se æquales.

DUÆ rectæ ΑΒ, ΓΔ sese mutuo secent in puncto Ε: dico angulum ΑΕΓ æquari angulo ΔΕΒ, & angulum ΓΕΒ æquari angulo ΑΕΔ.



Quoniam enim recta ΑΕ insistit in rectam ΓΔ, faciens angulos ΓΕΑ, ΑΕΔ; idcirco anguli ΓΕΑ, ΑΕΔ æquantur [per 13. prop.] duobus rectis. rursus, quoniam recta ΔΕ insistit in rectam ΑΒ, faciens angulos ΑΕΔ, ΔΕΒ; idcirco anguli ΑΕΔ, ΔΕΒ æquantur [per 13. prop.] duobus rectis. ostensi autem sunt anguli ΓΕΑ, ΑΕΔ æquales duobus rectis: sunt igitur anguli ΓΕΑ, ΑΕΔ æquales angulis ΑΕΔ, ΔΕΒ. auferatur communis angulus ΑΕΔ; reliquus igitur ΓΕΑ æquatur reliquo ΒΕΔ. eodem modo demonstrabitur angulos ΓΕΒ, ΔΕΑ esse æquales.

Si igitur duæ rectæ sese mutuo secent, faciunt angulos ad verticem inter se æquales. quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Hinc manifestum est, quotcunque rectis sese mutuo secantibus, angulos ad punctum sectionis æquari quatuor rectis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὰς κατὰ κορυφὴν γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιοῦσι.

Δύο γὰρ εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΓΔ τεμνέτωσαν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε σημεῖον· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΑΕΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔΕΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΓΕΒ τῇ ὑπὸ ΑΕΔ.

Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ ΑΕ ἐπ' εὐθεῖαν τὴν ΓΔ ἐφέστηκε, γωνίας ποιοῦσα τὰς ὑπὸ ΓΕΑ, ΑΕΔ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΓΕΑ, ΑΕΔ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί. πάλιν, ἐπεὶ εὐθεῖα ἡ ΔΕ ἐπ' εὐθεῖαν τὴν ΑΒ ἐφέστηκε, γωνίας ποιοῦσα τὰς ὑπὸ ΑΕΔ, ΔΕΒ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΕΔ, ΔΕΒ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ἐδείχθησαν δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΓΕΑ, ΑΕΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΓΕΑ, ΑΕΔ ταῖς ὑπὸ ΑΕΔ, ΔΕΒ ἴσαι εἰσί. κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ὑπὸ ΑΕΔ, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΕΑ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΒΕΔ ἴση ἐστίν. ὁμοίως δὴ δειχθήσεται, ὅτι καὶ αἱ ὑπὸ ΓΕΒ, ΔΕΑ ἴσαι εἰσίν.

Ἐὰν ἄρα δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὰς κατὰ κορυφὴν γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιοῦσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι καὶ ἐὰν ὁσαιδήποτ' οὖν εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὰς πρὸς τῇ τομῇ γωνίας τέτρασιν ὀρθαῖς ἴσας ποιήσουσι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Παντὸς τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν ἐκβληθείσης, ἡ ἐκτὸς γωνία ἑκατέρας τῶν ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον μείζων ἐστίν.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ προσεκβεβλήσθω αὐτοῦ μία πλευρὰ ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Δ· λέγω ὅτι ἡ ἐκτὸς γωνία, ἡ ὑπὸ ΑΓΔ, μείζων ἐστὶν ἑκατέρας τῶν ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον, τῶν ὑπὸ ΓΒΑ, ΒΑΓ γωνιῶν.

Τετμήσθω ἡ ΑΓ δίχα κατὰ τὸ Ε, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΕ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ζ, καὶ κείσθω τῇ ΒΕ ἴση ἡ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΓ, καὶ διήχθω ἡ ΑΓ ἐπὶ τὸ Η.



Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΕ τῇ ΕΓ, ἡ δὲ ΒΕ τῇ ΕΖ, δύο δὴ αἱ ΑΕ, ΕΒ δυσὶ ταῖς ΓΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΕΒ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΖΕΓ ἴση ἐστίν, κατὰ κορυφὴν γάρ· βάσις ἄρα ἡ ΑΒ βάσει τῇ ΖΓ ἴση ἐστί, καὶ τὸ ΑΒΕ τρίγωνον τῷ ΖΕΓ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΕ τῇ ὑπὸ ΕΓΖ. μείζων δέ ἐστιν ἡ ὑπὸ ΕΓΔ τῆς ὑπὸ ΕΓΖ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΔ τῆς ὑπὸ ΒΑΕ. ὁμοίως δή, τῆς ΒΓ τετμημένης δίχα, δειχθήσεται καὶ ἡ ὑπὸ ΒΓΗ, τουτέστιν ἡ ὑπὸ ΑΓΔ, μείζων καὶ τῆς ὑπὸ ΑΒΓ.

Παντὸς ἄρα τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης, ἡ ἐκτὸς γωνία ἑκατέρας τῶν ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον μείζων ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XVI. THEOR.

Omnis trianguli uno latere producto, angulus exterior major est utrolibet interiorum & oppositorum.

SIT triangulum ΑΒΓ; & producatur latus ΒΓ usque ad Δ: dico exteriorem angulum ΑΓΔ majorem esse utrolibet interiorum & oppositorum ΓΒΑ, ΒΑΓ.

Secetur [per 10. prop.] ΑΓ bifariam in Ε, & ducta recta ΒΕ producatur ad Ζ, & ponatur [per 3. prop.] ΕΖ æqualis rectæ ΒΕ, & ducatur recta ΖΓ, & producatur ΑΓ ad Η.

Quoniam igitur ΑΕ æquatur rectæ ΕΓ, & ΒΕ rectæ ΕΖ, duæque ΑΕ, ΕΒ æquantur duabus ΓΕ, ΕΖ, altera alteri, angulus etiam ΑΕΒ æquatur [per 15. prop.] angulo ΖΕΓ; est enim ad verticem: basis ΑΒ æquatur [per 4. prop.] basi ΖΓ, & triangulum ΑΒΕ æquatur triangulo ΖΕΓ, & reliqui anguli reliquis angulis æquantur, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: est igitur angulus ΒΑΕ æqualis angulo ΕΓΖ. major autem est [per 9. ax.] angulus ΕΓΔ angulo ΕΓΖ: major est igitur angulus ΑΓΔ angulo ΒΑΕ. eodem modo, si ΒΓ secetur bifariam, demonstrabitur angulum ΒΓΗ, id est [per 15. prop.] angulum ΑΓΔ, majorem esse angulo ΑΒΓ.

Omnis igitur trianguli uno latere producto, angulus exterior major est utrolibet interiorum & oppositorum. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζʹ.

Παντὸς τριγώνου αἱ δύο γωνίαι δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ· λέγω ὅτι τοῦ ΑΒΓ τριγώνου αἱ δύο γωνίαι δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι.

Ἐκβεβλήσθω γὰρ ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Δ.

Καὶ ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΑΒΓ ἐκτός ἐστι γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ, μείζων ἐστὶ τῆς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον, τῆς ὑπὸ ΑΒΓ. κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΑΓΒ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΓΔ, ΑΓΒ τῶν ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ μείζονές εἰσιν. ἀλλ᾽ αἱ ὑπὸ ΑΓΔ, ΑΓΒ δύο ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσι. ὁμοίως δὲ δείξομεν, ὅτι καὶ αἱ ὑπὸ ΒΑΓ, ΑΓΒ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσι, καὶ ἔτι αἱ ὑπὸ ΓΑΒ, ΑΒΓ.

PROP. XVII. THEOR.

Omnis trianguli duo anguli sunt minores duobus rectis, quomodocunque sumpti.

SIT triangulum ΑΒΓ: dico duos angulos trianguli ΑΒΓ, quomodocunque sumptos, minores esse duobus rectis.

Producatur enim [per 2. post.] ΒΓ ad Δ.



Et quoniam ΑΓΔ est exterior angulus trianguli ΑΒΓ, major est [per 16. prop.] interiore & opposito ΑΒΓ. addatur communis angulus ΑΓΒ: anguli igitur ΑΓΔ, ΑΓΒ sunt majores angulis ΑΒΓ, ΒΓΑ. sed anguli ΑΓΔ, ΑΓΒ æquantur [per 13. prop.] duobus rectis: anguli igitur ΑΒΓ, ΒΓΑ sunt minores duobus rectis. eodem modo demonstrabimus angulos ΒΑΓ, ΑΓΒ minores esse duobus rectis; itemque angulos ΓΑΒ, ΑΒΓ.

Omnis igitur trianguli duo anguli ſunt minores duobus rectis, quomodocunque ſumpti. quod erat demonſtrandum.

Παντὸς ἄρα τριγώνου αἱ δύο γωνίαι δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XVIII. Theor.

Omnis trianguli majus latus majorem angulum ſubtendit.

SIT triangulum ΑΒΓ, habens latus ΑΓ majus latere ΑΒ: dico angulum etiam ΑΒΓ majorem eſſe angulo ΒΓΑ.

Quoniam enim latus ΑΓ majus eſt latere ΑΒ, ponatur [per 3. prop.] recta ΑΔ æqualis lateri ΑΒ, & ducatur recta ΒΔ.

Et quoniam ΑΔΒ eſt exterior angulus trianguli ΒΔΓ, major eſt [per 16. prop.] interiore & oppoſito ΔΓΒ. æqualis autem eſt [per 5. prop.] angulus ΑΔΒ angulo ΑΒΔ, quia latus ΑΒ æquatur lateri ΑΔ: ideoque major eſt angulus ΑΒΔ angulo ΑΓΒ; angulus igitur ΑΒΓ multo major eſt angulo ΑΓΒ.



Omnis igitur trianguli majus latus ſubtendit majorem angulum. quod erat demonſtrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Παντὸς τριγώνου ἡ μείζων πλευρὰ τὴν μείζονα γωνίαν ὑποτείνει.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, μείζονα ἔχον τὴν ΑΓ πλευρὰν τῆς ΑΒ· λέγω ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΒΓΑ.

Ἐπεὶ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ ΑΓ τῆς ΑΒ, κείσθω τῇ ΑΒ ἴση ἡ ΑΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ.

Καὶ ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΒΔΓ ἐκτός ἐστι γωνία ἡ ὑπὸ ΑΔΒ, μείζων ἐστὶ τῆς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον, τῆς ὑπὸ ΔΓΒ. ἴση δὲ ἡ ὑπὸ ΑΔΒ τῇ ὑπὸ ΑΒΔ, ἐπεὶ καὶ πλευρὰ ἡ ΑΒ τῇ ΑΔ ἐστὶν ἴση· μείζων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΔ τῆς ὑπὸ ΑΓΒ· πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΓ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΑΓΒ.

Παντὸς ἄρα τριγώνου ἡ μείζων πλευρὰ τὴν μείζονα γωνίαν ὑποτείνει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XIX. Theor.

Omnis trianguli majori angulo majus latus ſubtenditur.

SIT triangulum ΑΒΓ, habens angulum ΑΒΓ majorem angulo ΒΓΑ: dico latus ΑΓ majus eſſe latere ΑΒ.



Si enim non ſit majus: latus ΑΓ, vel eſt æquale lateri ΑΒ, vel ipſo minus. æquale autem non eſt latus ΑΓ lateri ΑΒ: nam tum angulus ΑΒΓ æqualis eſſet [per 5. prop.] angulo ΑΓΒ. non eſt autem æqualis: nec igitur latus ΑΓ lateri ΑΒ æquale erit. neque tamen minus eſt latus ΑΓ latere ΑΒ: tum enim angulus ΑΒΓ minor eſſet [per 18. prop.] angulo ΑΓΒ. at non eſt minor: nec igitur latus ΑΓ minus erit latere ΑΒ. demonſtratum autem eſt non eſſe æquale: majus eſt igitur latus ΑΓ latere ΑΒ.

Omnis igitur trianguli majori angulo majus latus ſubtenditur. quod erat demonſtrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.

Παντὸς τριγώνου ὑπὸ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, μείζονα ἔχον τὴν ὑπὸ ΑΒΓ γωνίαν τῆς ὑπὸ ΒΓΑ· λέγω ὅτι καὶ πλευρὰ ἡ ΑΓ πλευρᾶς τῆς ΑΒ μείζων ἐστίν.

Εἰ γὰρ μή· ἤτοι ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ, ἢ ἐλάσσων. ἴση μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ· ἴση γὰρ ἂν ἦν καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ. οὐκ ἔστι δέ· οὐκ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ. οὐδὲ μὴν ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ· ἐλάσσων γὰρ ἂν ἦν καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ τῆς ὑπὸ ΑΓΒ. οὐκ ἔστι δέ· οὐκ ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΑΓ τῆς ΑΒ. ἐδείχθη δὲ, ὅτι οὐδὲ ἴση ἐστί· μείζων ἄρα ἐστὶ ἡ ΑΓ τῆς ΑΒ.

Παντὸς ἄρα τριγώνου ὑπὸ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XX. Theor.

Omnis trianguli duo latera ſunt majora reliquo, quomodocunque ſumpta.

SIT enim triangulum ΑΒΓ: dico trianguli ΑΒΓ duo latera, quomodocunque ſumpta, majora eſſe reliquo; nempe ΒΑ, ΑΓ latere ΒΓ; & ΑΒ, ΒΓ latere ΑΓ; & ΒΓ, ΓΑ latere ΑΒ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ'.

Παντὸς τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι.

Ἔστω γὰρ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ· λέγω ὅτι τοῦ ΑΒΓ τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι, αἱ μὲν ΒΑ, ΑΓ τῆς ΒΓ, αἱ δὲ ΑΒ, ΒΓ τῆς ΑΓ, αἱ δὲ ΒΓ, ΓΑ τῆς ΑΒ.

Διήχθω

Διήχθω γὰρ ἡ ΒΑ ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον, καὶ κείσθω τῇ ΓΑ ἴση ἡ ΔΑ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΓ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΔΑ τῇ ΑΓ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΔΓ τῇ ὑπὸ ΑΓΔ· ἀλλ' ἡ ὑπὸ ΒΓΔ γωνία τῆς ὑπὸ ΑΓΔ μείζων ἐστί· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΓΔ τῆς ὑπὸ ΑΔΓ. καὶ ἐπεὶ τρίγωνόν ἐστι τὸ ΔΓΒ, μείζονα ἔχον τὴν ὑπὸ ΒΓΔ γωνίαν τῆς ὑπὸ ΒΑΓ, ὑπὸ δὲ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει, ἡ ΔΒ ἄρα τῆς ΒΓ ἐστὶν μείζων. ἴση δὲ ἡ ΔΒ ταῖς ΑΒ, ΑΓ· μείζονες ἄρα αἱ ΒΑ, ΑΓ τῆς ΒΓ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ αἱ μὲν ΑΒ, ΒΓ τῆς ΓΑ μείζονές εἰσιν· αἱ δὲ ΒΓ, ΓΑ τῆς ΑΒ.

Παντὸς ἄρα τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσι, πάντῃ μεταλαμβανόμεναι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Producatur enim latus ΒΑ ad punctum Δ, & [per 3. prop.] ponatur ΔΑ æqualis rectæ ΓΑ, & jungatur ΔΓ.



Quoniam igitur ΔΑ æqualis est rectæ ΑΓ, erit etiam [per 5. prop.] angulus ΑΔΓ æqualis angulo ΑΓΔ: est autem [per 9. ax.] angulus ΒΓΔ major angulo ΑΓΔ; major est igitur angulus ΒΓΔ angulo ΑΔΓ. quoniam etiam triangulum ΔΓΒ habet angulum ΒΓΔ majorem angulo ΒΔΓ, & [per 19. prop.] majorem angulum subtendit majus latus, latus ΔΒ majus erit latere ΒΓ. est autem recta ΔΒ æqualis lateribus ΑΒ, ΑΓ: majora igitur sunt latera ΒΑ, ΑΓ latere ΒΓ. eodem modo ostendemus latera ΑΒ, ΒΓ majora esse latere ΓΑ; & latera ΒΓ, ΓΑ majora latere ΑΒ.

Omnis igitur trianguli duo latera, quomodocunque sumpta, sunt majora reliquo. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα'.

Ἐὰν τριγώνου ἐπὶ μιᾶς τῶν πλευρῶν ἀπὸ τῶν περάτων δύο εὐθεῖαι ἐντὸς συσταθῶσιν· αἱ συσταθεῖσαι τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν ἐλάσσονες μὲν ἔσονται, μείζονα δὲ γωνίαν περιέξουσι.

Τριγώνου γὰρ τοῦ ΑΒΓ ἐπὶ μιᾶς τῶν πλευρῶν τῆς ΒΓ, ἀπὸ τῶν περάτων τῶν Β, Γ, δύο εὐθεῖαι ἐντὸς συνεστάτωσαν αἱ ΒΔ, ΔΓ· λέγω ὅτι αἱ ΒΔ, ΔΓ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν τῶν ΒΑ, ΑΓ ἐλάσσονες μέν εἰσι, μείζονα δὲ γωνίαν περιέχουσι, τὴν ὑπὸ ΒΔΓ τῆς ὑπὸ ΒΑΓ.

Διήχθω γὰρ ἡ ΒΔ ἐπὶ τὸ Ε.

Καὶ ἐπεὶ παντὸς τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσι· τοῦ ΑΒΕ ἄρα τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ αἱ ΑΒ, ΑΕ τῆς ΒΕ μείζονές εἰσι. κοινὴ προσκείσθω ἡ ΕΓ· αἱ ἄρα ΒΑ, ΑΓ τῶν ΒΕ, ΕΓ μείζονές εἰσι. πάλιν, ἐπεὶ τοῦ ΓΕΔ τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ αἱ ΓΕ, ΕΔ τῆς ΓΔ μείζονές εἰσι, κοινὴ προσκείσθω ἡ ΔΒ· αἱ ΓΕ, ΕΒ ἄρα τῶν ΓΔ, ΔΒ μείζονές εἰσιν. ἀλλὰ τῶν ΒΕ, ΕΓ μείζονες ἐδείχθησαν αἱ ΒΑ, ΑΓ· πολλῷ ἄρα αἱ ΒΑ, ΑΓ τῶν ΒΔ, ΔΓ μείζονές εἰσι.

Πάλιν, ἐπεὶ παντὸς τριγώνου ἡ ἐκτὸς γωνία τῆς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον μείζων ἐστί· τοῦ ΓΔΕ ἄρα τριγώνου ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΒΔΓ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΓΕΔ. διὰ τὰ αὐτὰ ἄρα καὶ τοῦ ΑΒΕ τριγώνου ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΓΕΒ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΒΑΓ. ἀλλὰ τῆς ὑπὸ ΓΕΒ μείζων ἐδείχθη ἡ ὑπὸ ΒΔΓ· πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΔΓ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΒΑΓ.

PROP. XXI. THEOR.

Si à terminis unius lateris trianguli duæ rectæ intus constituantur: hæ reliquis duobus trianguli lateribus minores quidem erunt, majorem vero angulum comprehendent.

Trianguli enim ΑΒΓ in uno latere ΒΓ, à terminis Β, Γ, constituantur intus duæ rectæ ΒΔ, ΔΓ: dico rectas ΒΔ, ΔΓ minores esse duobus reliquis trianguli lateribus ΒΑ, ΑΓ, angulum tamen comprehendere ΒΔΓ majorem angulo ΒΑΓ.



Producatur enim recta ΒΔ ad punctum Ε.

Et cum omnis trianguli duo latera [per 20. prop.] sint majora reliquo: trianguli ΑΒΕ duo latera ΑΒ, ΑΕ sunt majora latere ΒΕ. communis addatur recta ΕΓ: sunt igitur latera ΒΑ, ΑΓ majora rectis ΒΕ, ΕΓ. rursus, quoniam trianguli ΓΕΔ duo latera ΓΕ, ΕΔ sunt majora latere ΓΔ, communis addatur ΔΒ: sunt igitur rectæ ΓΕ, ΕΒ majores rectis ΓΔ, ΔΒ. sed latera ΒΑ, ΑΓ ostendebantur esse majora rectis ΒΕ, ΕΓ: sunt igitur ΒΑ, ΑΓ multo majora quam ΒΔ, ΔΓ.

Rursus, quoniam angulus, qui extra est quemvis triangulum, major est [per 16. prop.] interiore & opposito; angulus ΒΔΓ, qui extra est triangulum ΓΔΕ, major est angulo ΓΕΔ. eadem de causa angulus ΓΕΒ, qui extra est triangulum ΑΒΕ, major est angulo ΒΑΓ. ostensum autem est angulum ΒΔΓ majorem esse angulo ΓΕΒ: angulus igitur ΒΔΓ multo major est angulo ΒΑΓ.

Si igitur à terminis unius lateris trianguli duæ rectæ intus constituantur: hæ reliquis duobus trianguli lateribus sunt quidem minores, angulum vero comprehendunt majorem. quod erat demonstrandum.

Ἐὰν ἄρα τριγώνου ἐπὶ μιᾶς τῶν πλευρῶν ἀπὸ τῶν περάτων δύο αἱ εὐθεῖαι ἐντὸς συσταθῶσιν· αἱ συσταθεῖσαι τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν ἐλάσσονες μὲν εἰσι, μείζονα δὲ γωνίαν περιέχουσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XXII. PROBL.

E tribus rectis, quæ tribus rectis datis sunt æquales, triangulum constituere: oportet autem duas, utcunque sumptas, majores esse reliqua.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Ἐκ τριῶν εὐθειῶν, αἵ εἰσιν ἴσαι τρισὶ ταῖς δοθείσαις εὐθείαις, τρίγωνον συστήσασθαι· δεῖ δὴ τὰς δύο τῆς λοιπῆς μείζονας εἶναι, πάντη μεταλαμβανομένας.

Sint tres datæ rectæ A, B, Γ, quarum duæ utcunque sumptæ sint majores reliqua; nempe A & B majores quam Γ, item A & Γ majores quam B, denique B & Γ majores quam A: oportet è rectis lineis, æqualibus ipsis A, B, Γ, triangulum constituere.

Ponatur recta linea ΔE, finita quidem ad Δ, infinita vero versus E; & ponatur [per 3. prop.] ΔZ æqualis rectæ A, & recta ZH æqualis rectæ B, rectæ autem Γ sit æqualis HΘ; & centro Z, intervallo autem ZΔ, describatur [per 3. post.] circulus ΔKΛ; & rursus centro H, intervallo HΘ, describatur circulus KΛΘ, & ducantur rectæ KZ, KH: dico triangulum KZH, fieri è tribus lineis rectis, æqualibus ipsis rectis A, B, Γ.



Quoniam enim punctum Z est centrum circuli ΔKΛ, recta ZΔ æqualis est [per 15. def.] rectæ ZK: at ZΔ æquatur rectæ A; recta igitur KZ æqualis est rectæ A. rursus, quoniam punctum H est centrum circuli ΛKΘ, æqualis est HΘ rectæ HK: est autem HΘ æqualis rectæ Γ; est igitur KH æqualis rectæ Γ. rectæ autem B æqualis est ZH: tres igitur rectæ KZ, ZH, HK æquantur tribus rectis A, B, Γ.

E tribus idcirco rectis KZ, ZH, HK, quæ tribus datis rectis A, B, Γ sunt æquales, constituitur triangulum KZH. quod erat faciendum.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι τρεῖς εὐθεῖαι αἱ Α, Β, Γ, ὧν αἱ δύο τῆς λοιπῆς μείζονες ἔστωσαν, πάντη μεταλαμβανόμεναι, αἱ μὲν ΑΒ τῆς Γ, αἱ δὲ ΑΓ τῆς Β, καὶ ἔτι αἱ ΒΓ τῆς Α· δεῖ δὴ ἐκ τῶν ἴσων τῶν Α, Β, Γ τρίγωνον συστήσασθαι.

Ἐκκείσθω τις εὐθεῖα ἡ ΔΕ, πεπερασμένη μὲν κατὰ τὸ Δ, ἄπειρος δὲ κατὰ τὸ Ε· καὶ κείσθω τῇ μὲν Α ἴση ἡ ΔΖ, τῇ δὲ Β ἴση ἡ ΖΗ, τῇ δὲ Γ ἴση ἡ ΗΘ· καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Ζ, διαστήματι δὲ τῷ ΖΔ, κύκλος γεγράφθω ὁ ΔΚΛ· καὶ πάλιν, κέντρῳ μὲν τῷ Η, διαστήματι δὲ τῷ ΗΘ, κύκλος γεγράφθω ὁ ΚΛΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΚΖ, ΚΗ· λέγω ὅτι ἐκ τριῶν εὐθειῶν, τῶν ἴσων τῶν Α, Β, Γ, τρίγωνον συνέσταται τὸ ΚΖΗ.

Ἐπεὶ γὰρ τὸ Ζ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΔΚΛ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΖΔ τῇ ΖΚ· ἀλλὰ ἡ ΖΔ τῇ Α ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ΚΖ ἄρα τῇ Α ἐστὶν ἴση. πάλιν, ἐπεὶ τὸ Η σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΛΚΘ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΗΘ τῇ ΗΚ· ἀλλὰ ἡ ΗΘ τῇ Γ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ΚΗ ἄρα τῇ Γ ἐστὶν ἴση. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΗ τῇ Β ἴση· αἱ τρεῖς ἄρα εὐθεῖαι αἱ ΚΖ, ΖΗ, ΗΚ τρισὶ ταῖς Α, Β, Γ ἴσαι εἰσίν.

Ἐκ τριῶν ἄρα εὐθειῶν τῶν ΚΖ, ΖΗ, ΗΚ, αἵ εἰσιν ἴσαι τρισὶ ταῖς δοθείσαις εὐθείαις ταῖς Α, Β, Γ, τρίγωνον συνέσταται τὸ ΚΖΗ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

PROP. XXIII. PROBL.

Ad datam rectam, & ad datum in ea punctum, dato angulo rectilineo angulum rectilineum æqualem constituere.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγ'.

Πρὸς τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ, τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ ἴσην γωνίαν εὐθύγραμμον συστήσασθαι.

Sit data recta linea AB, & in ea datum punctum A, datus autem angulus rectilineus sit ΔΓE: oportet ad datam rectam AB, & ad datum in ea punctum A, dato angulo rectilineo ΔΓE æqualem angulum rectilineum constituere.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, τὸ δὲ πρὸς αὐτῇ σημεῖον τὸ Α, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ ὑπὸ ΔΓΕ· δεῖ δὴ πρὸς τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΑΒ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α, τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ τῇ ὑπὸ ΔΓΕ ἴσην γωνίαν εὐθύγραμμον συστήσασθαι.

Εἰλήφθω

Εἰλήφθω ἐφ' ἑκατέρας τῶν ΓΔ, ΓΕ τυχόντα σημεῖα τὰ Δ, Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΕ· καὶ ἐκ τριῶν εὐθειῶν, αἵ εἰσιν ἴσαι τρισὶ τῶν ΓΔ, ΔΕ, ΓΕ, τρίγωνον συνεστάτω τὸ ΑΖΗ, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΓΔ τῇ ΑΖ, τὴν δὲ ΓΕ τῇ ΑΗ, καὶ ἔτι τὴν ΔΕ τῇ ΖΗ.

Ἐπεὶ οὖν αἱ δύο αἱ ΔΓ, ΓΕ δυσὶ τῶν ΖΑ, ΑΗ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΔΕ βάσει τῇ ΖΗ ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΓΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΖΑΗ ἐστὶν ἴση.



Sumantur in utraque recta ΓΔ, ΓΕ puncta quælibet Δ, Ε, & ducatur recta ΔΕ: & è tribus rectis lineis, quæ æquales sint tribus ΓΔ, ΔΕ, ΓΕ, constituatur [per 22. prop.] triangulum ΑΖΗ; ita ut ΓΔ æquetur rectæ ΑΖ, recta autem ΓΕ rectæ ΑΗ, recta denique ΔΕ rectæ ΖΗ.

Quoniam igitur duæ rectæ ΔΓ, ΓΕ æquantur duabus rectis ΖΑ, ΑΗ, altera alteri, & basis ΔΕ æquatur basi ΖΗ; angulus ΔΓΕ [per 8. prop.] æqualis est angulo ΖΑΗ.

Πρὸς ἄρα τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΑΒ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α, τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ τῇ ὑπὸ ΔΓΕ ἴση γωνία εὐθύγραμμος συνίσταται ἡ ὑπὸ ΖΑΗ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Ad datam igitur rectam lineam ΑΒ, & ad datum in ea punctum Α, dato angulo rectilineo ΔΓΕ constituitur æqualis angulus rectilineus ΖΑΗ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδ'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν δὲ γωνίαν τῆς γωνίας μείζονα ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῆς βάσεως μείζονα ἕξει.

Prop. XXIV. Theor.

Si duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; angulum autem angulo majorem, qui ab æqualibus rectis comprehenditur: etiam basim basi majorem habebunt.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ, γωνία δὲ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίας ὑπὸ ΕΔΖ μείζων ἔστω· λέγω ὅτι καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσεως τῆς ΕΖ μείζων ἐστίν.

Ἐπεὶ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΔΖ γωνίας, συνεστάτω πρὸς τῇ ΔΕ εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Δ, τῇ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΕΔΗ· καὶ κείσθω ὁποτέρᾳ τῶν ΑΓ, ΔΖ ἴση ἡ ΔΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΕ, ΖΗ.





Sint duo triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ, quæ duo latera ΑΒ, ΑΓ duobus lateribus ΔΕ, ΔΖ habent æqualia, alterum alteri, latus nempe ΑΒ lateri ΔΕ, atque latus ΑΓ lateri ΔΖ; angulus autem ΒΑΓ sit major angulo ΕΔΖ: dico basim ΒΓ majorem esse basi ΕΖ.

Quoniam enim angulus ΒΑΓ major est angulo ΕΔΖ, constituatur [per 23. prop.] ad rectam ΔΕ, & ad punctum in ea Δ, angulus ΕΔΗ æqualis angulo ΒΑΓ: ponaturque ΔΗ [per 3. prop.] æqualis alterutri rectarum ΑΓ, ΔΖ, & ducantur ΗΕ, ΖΗ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΑΓ τῇ ΔΗ, δύο δὴ αἱ ΒΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΕΔ, ΔΗ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΗ ἴση ἐστί· βάσις ἄρα ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΗ ἐστὶν ἴση. πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΔΗ τῇ ΔΖ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΖΗ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΗΖ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΖΗ τῆς ὑπὸ ΕΗΖ, πολλῷ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΖΗ τῆς ὑπὸ ΕΗΖ. καὶ ἐπεὶ τρίγωνόν ἐστι τὸ ΕΖΗ, μείζονα ἔχον τὴν ὑπὸ ΕΖΗ γωνίαν τῆς ὑπὸ ΕΗΖ· ὑπὸ δὲ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει· μείζων ἄρα πλευρὰ ἡ ΕΗ τῆς ΕΖ. ἴση δὲ ἡ ΕΗ τῇ ΒΓ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΒΓ τῆς ΕΖ.

Itaque quoniam ΑΒ æquatur rectæ ΔΕ, & recta ΑΓ rectæ ΔΗ, duæ rectæ ΒΑ, ΑΓ æquantur duabus ΕΔ, ΔΗ, altera alteri, & angulus ΒΑΓ æquatur [per construct.] angulo ΕΔΗ: basis igitur ΒΓ æqualis erit [per 4. prop.] basi ΕΗ. rursus, quoniam ΔΗ æqualis est rectæ ΔΖ, & angulus ΔΖΗ est [per 5. prop.] æqualis angulo ΔΗΖ; major erit ΔΖΗ angulo ΕΗΖ, multoque igitur major erit angulus ΕΖΗ angulo ΕΗΖ. & quoniam triangulum ΕΖΗ habet angulum ΕΖΗ majorem angulo ΕΗΖ; majorem autem angulum [per 19. prop.] majus latus subtendit: est latus ΕΗ majus latere ΕΖ. verum ΕΗ æquale est [per construct.] lateri ΒΓ; itaque latus ΒΓ majus est latere ΕΖ.

Si igitur duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; angulum autem habeant angulo majorem, qui ab æqualibus rectis comprehenditur: etiam basim basi majorem habebunt. quod erat demonstrandum.

Prop. XXV. Theor.

Si duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; basim autem habeant basi majorem: habebunt etiam angulum majorem angulo, qui ab æqualibus rectis comprehenditur.

Sint duo triangula ABΓ, ΔEZ, quæ habent duo latera AB, AΓ æqualia duobus lateribus ΔE, ΔZ, alterum alteri, latus quidem AB lateri ΔE, & latus AΓ lateri ΔZ; basis autem BΓ sit major basi EZ: dico angulum BAΓ majorem esse angulo EΔZ.



Si enim non sit major, vel est æqualis ei, vel minor. æqualis autem non est angulus BAΓ angulo EΔZ, sic enim esset [per 4. prop.] basis BΓ æqualis basi EZ: non est autem; angulus igitur BAΓ non est æqualis angulo EΔZ. sed neque minor, sic enim esset [per 24. prop.] basis BΓ minor basi EZ: atqui non est; angulus igitur BAΓ non est minor angulo EΔZ. ostensum autem est eum non esse æqualem: major est igitur angulus BAΓ angulo EΔZ.

Si igitur duo triangula habeant duo latera duobus lateribus æqualia, alterum alteri; basim autem habeant basi majorem: habebunt etiam angulum majorem angulo, qui ab æqualibus rectis comprehenditur. quod erat demonstrandum.

Prop. XXVI. Theor.

Si duo triangula duos angulos duobus angulis æquales habeant, alterum alteri, unumque latus uni lateri æquale; vel quod æqualibus adjacet angulis, vel quod uni æqualium angulorum subtenditur: & reliqua latera reliquis lateribus æqualia, alterum alteri, & reliquum angulum reliquo angulo æqualem habebunt.

Sint duo triangula ABΓ, ΔEZ, quæ duos angulos ABΓ, BΓA duobus angulis ΔEZ, EZΔ æquales habent, alterum alteri, angulum scilicet ABΓ æqualem angulo ΔEZ, angulum vero BΓA angulo EZΔ: habeant autem & unum latus uni lateri æquale; & primum, quod æqua-

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν δὲ γωνίαν τῆς γωνίας μείζονα ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῆς βάσεως μείζονα ἕξει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κε'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν βάσιν δὲ τῆς βάσεως μείζονα ἔχῃ· καὶ τὴν γωνίαν τῆς γωνίας μείζονα ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ, βάσις δὲ ἡ ΒΓ βάσεως τῆς ΕΖ μείζων ἔστω· λέγω ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίας τῆς ὑπὸ ΕΔΖ μείζων ἐστίν.



Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴση ἐστὶν αὐτῇ, ἢ ἐλάσσων. ἴση μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΔΖ, ἴση γὰρ ἂν ἦν καὶ ἡ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ· οὐκ ἔστι δέ, οὐκ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΔΖ. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἐλάσσων, ἐλάσσων γὰρ ἂν καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσεως τῆς ΕΖ· οὐκ ἔστι δέ, οὐκ ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΔΖ. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδ' ἴση· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΔΖ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν δὲ βάσιν τῆς βάσεως μείζονα ἔχῃ· καὶ τὴν γωνίαν τῆς γωνίας μείζονα ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛ'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην, ἤτοι τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις, ἢ τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ.

Ἔστωσαν δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΔΕΖ, ΕΖΔ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ, τὴν δὲ ὑπὸ ΒΓΑ τῇ ὑπὸ ΕΖΔ· ἐχέτω δὲ καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην· πρότερον, τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις

τὴν

τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· λέγω ὅτι καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ, τὴν ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ, μία αὐτῶν μείζων ἔσται. ἔστω μείζων ἡ ΑΒ, καὶ κείσθω τῇ ΔΕ ἴση ἡ ΗΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΓ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΒΗ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, δύο δὴ αἱ ΒΗ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΗΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἴση ἐστί· βάσις ἄρα ἡ ΗΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΗΓΒ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΗΓΒ γωνία τῇ ὑπὸ ΔΖΕ. ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΔΖΕ τῇ ὑπὸ ΒΓΑ ὑπόκειται ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΒΓΗ ἄρα τῇ ὑπὸ ΒΓΑ ἴση ἐστὶν, ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ· ἴση ἄρα. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ ἴση, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ λοιπῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν.

ΑΛΛΑ δὴ πάλιν, ἔστωσαν αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας πλευραὶ ὑποτείνουσαι ἴσαι, ὡς ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ· λέγω πάλιν, ὅτι καὶ αἱ λοιπαὶ πλευραὶ ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσαι ἔσονται, ἡ μὲν ΑΓ τῇ ΔΖ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, καὶ ἔτι ἡ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ΒΓ τῇ ΕΖ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. ἔστω εἰ δυνατὸν μείζων ἡ ΒΓ, καὶ κείσθω τῇ ΕΖ ἴση ἡ ΒΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΘ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΒΘ τῇ ΕΖ, ἡ δὲ ΑΒ τῇ ΔΕ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΘ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΑΘ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΒΘ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἐστὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΘΑ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΖΔ. ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΕΖΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΑ γωνίᾳ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΒΘΑ ἄρα τῇ ὑπὸ ΒΓΑ ἐστὶν ἴση, τριγώνου δὴ τοῦ ΑΘΓ ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΒΘΑ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΒΓΑ, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ, ἴση ἄρα. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ ἴση, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΒΓ

*



libus adjacet angulis, latus nempe ΒΓ lateri ΕΖ: dico & reliqua latera reliquis lateribus æqualia habere, alterum alteri, latus scilicet ΑΒ lateri ΔΕ, & latus ΑΓ lateri ΔΖ, & reliquum angulum ΒΑΓ reliquo angulo ΕΔΖ.

Si enim latus ΑΒ sit inæquale lateri ΔΕ, eorum alterum erit majus. sit ΑΒ majus, & ponatur [per 3. prop.] ΗΒ recta æqualis lateri ΔΕ, & ducatur ΗΓ.

Quoniam igitur latus ΒΗ æquale est lateri ΔΕ, latus autem ΒΓ lateri ΕΖ, duo nempe latera ΒΗ, ΒΓ æqualia duobus ΔΕ, ΕΖ, alterum alteri, & angulus ΗΒΓ æqualis est angulo ΔΕΖ: basis igitur ΗΓ æquatur [per 4. prop.] basi ΔΖ, & triangulum ΗΓΒ æquabitur triangulo ΔΕΖ, & reliqui anguli reliquis angulis æquabuntur, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: est igitur angulus ΗΓΒ æqualis angulo ΔΖΕ. angulus autem ΔΖΕ ponitur æqualis angulo ΒΓΑ: est igitur angulus ΒΓΗ æqualis angulo ΒΓΑ, minor majori, quod fieri non potest. non est igitur latus ΑΒ inæquale lateri ΔΕ: ergo est æquale. est autem ΒΓ latus æquale lateri ΕΖ, atque duo latera ΑΒ, ΒΓ æquantur duobus ΔΕ, ΕΖ, alterum alteri, & angulus ΑΒΓ æquatur angulo ΔΕΖ: basis igitur ΑΓ [per 4. prop.] æquatur basi ΔΖ, & reliquus angulus ΒΑΓ æquatur reliquo angulo ΕΔΖ.

QUIN & rursum, sint latera quæ æqualibus angulis subtenduntur æqualia, latus scilicet ΑΒ lateri ΔΕ: dico rursus, quod & reliqua latera reliquis lateribus æquabuntur, nempe ΑΓ lateri ΔΖ, & ΒΓ lateri ΕΖ; & reliquus etiam angulus ΒΑΓ æquabitur reliquo angulo ΕΔΖ.

Si enim inæquale sit latus ΒΓ lateri ΕΖ, eorum alterum majus erit. sit (si fieri potest) ΒΓ majus, ponaturque [per 3. prop.] ΒΘ æquale lateri ΕΖ, & ducatur ΑΘ.

Et quoniam latus ΒΘ æquale est lateri ΕΖ, & latus ΑΒ lateri ΔΕ, duo nempe latera ΑΒ, ΒΘ æqualia duobus ΔΕ, ΕΖ, alterum alteri, & angulos comprehendunt æquales: basis igitur ΑΘ [per 4. prop.] æquatur basi ΔΖ, & triangulum ΑΒΘ æquatur triangulo ΔΕΖ, & reliqui anguli reliquis angulis æquabuntur, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: angulus igitur ΒΘΑ æquatur angulo ΕΖΔ. sed [ex hyp.] angulus ΕΖΔ æqualis est angulo ΒΓΑ: est igitur ΒΘΑ angulus æqualis angulo ΒΓΑ; trianguli nempe ΑΓΘ exterior angulus ΒΘΑ æqualis interiori & opposito ΒΓΑ, quod [per 16. prop.] fieri non potest: latus igitur ΒΓ non est inæquale lateri ΕΖ, igitur æquale. est autem ΑΒ æquale lateri ΔΕ; duo idcirco latera ΑΒ, ΒΓ æquantur duobus lateribus ΔΕ, ΕΖ, alterum alteri, & comprehendunt angulos æquales: basis igitur ΑΓ [per 4. prop.] æquatur basi ΔΖ, & triangulum

lum ABΓ æquatur triangulo ΔEZ, & reliquus angulus BAΓ æquatur reliquo EΔZ.

Si igitur duo triangula duos angulos duobus angulis habeant æquales, alterum alteri, unumque latus uni lateri æquale; vel quod æqualibus adjacet angulis, vel quod uni æqualium angulorum subtenditur: & reliqua latera reliquis lateribus æqualia, alterum alteri, & reliquum angulum reliquo angulo æqualem habebunt. quod erat demonstrandum.

τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἐστί, καὶ ἡ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ λοιπῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην ἔχῃ, ἤτοι τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις, ἢ τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXVII. Theor.

Si in duas rectas lineas recta linea incidens alternos angulos inter se æquales fecerit, parallelæ erunt rectæ lineæ.

In duas enim rectas lineas AB, ΓΔ recta linea EZ incidens alternos angulos AEZ, EZΔ æquales inter se faciat: dico rectam lineam AB rectæ ΓΔ parallelam esse.

Si enim non est parallela, productæ AB, ΓΔ, vel ad partes BΔ convenient, vel ad partes AΓ. producantur, conveniantque ad partes BΔ in puncto H.



Jam, angulus AEZ, qui extra est triangulum EHZ, major est [per 16. prop.] interiore & opposito EZH: sed & [ex hyp.] æqualis, quod fieri non potest: non igitur AB, ΓΔ, productæ ad partes BΔ, convenient. similiter demonstrabitur neque convenire ad partes AΓ: quæ vero in neutras partes conveniunt, sunt [per 35. def.] inter se parallelæ; parallela igitur est AB ipsi ΓΔ.

Quare si in duas rectas lineas recta linea incidens alternos angulos inter se æquales fecerit, rectæ lineæ erunt parallelæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζʹ.

Ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὰς ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, παράλληλοι ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εἰς γὰρ δύο εὐθείας τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΕΖ, τὰς ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΕΖ, ΕΖΔ ἴσας ἀλλήλαις ποιείτω· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ εὐθείᾳ.

Εἰ γὰρ μή, ἐκβαλλόμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ συμπεσοῦνται, ἤτοι ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη, ἢ ἐπὶ τὰ ΑΓ. ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ συμπιπτέτωσαν ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη κατὰ τὸ Η.

Τριγώνου δὴ τοῦ ΕΗΖ ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΑΕΖ μείζων ἐστὶ τῆς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον γωνίας, τῆς ὑπὸ ΕΖΗ· ἀλλὰ καὶ ἴση, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα αἱ ΑΒ, ΓΔ ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ Β, Δ μέρη. ὁμοίως δὴ δειχθήσεται, ὅτι οὐδὲ ἐπὶ τὰ Α, Γ· αἱ δὲ ἐπὶ μηδέτερα τὰ μέρη συμπίπτουσαι, παράλληλοί εἰσι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Ἐὰν ἄρα εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὰς ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, παράλληλοι ἔσονται αἱ εὐθεῖαι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXVIII. Theor.

Si in duas rectas lineas recta linea incidens exteriorem angulum interiori & opposito & ad easdem partes æqualem fecerit; vel interiores & ad easdem partes duobus rectis æquales: rectæ lineæ erunt inter se parallelæ.

In duas enim rectas lineas AB, ΓΔ recta linea EZ incidens exteriorem angulum EHB interiori & opposito & ad easdem partes HΘΔ æqualem faciat; vel interiores & ad easdem partes BHΘ, HΘΔ duobus rectis æquales: dico rectam lineam AB rectæ ΓΔ parallelam esse.

Quoniam enim EHB angulus æqualis est angulo HΘΔ, angulus autem EHB æqualis [per 15. prop.] angulo AHΘ; erit & angulus AHΘ angulo HΘΔ æqualis: & sunt alterni; parallela igitur est [per 27. prop.] AB ipsi ΓΔ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κηʹ.

Ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὴν ἐκτὸς γωνίαν τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην ποιῇ, ἢ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῇ· παράλληλοι ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εἰς γὰρ δύο εὐθείας τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΕΖ τὴν ἐκτὸς γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἴσην ποιείτω, ἢ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ, ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΑΗΘ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΘ ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἐστὶν ἴση· καί εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

ΠΑΛΙΝ

ΠΑΛΙΝ, ἐπεὶ αἱ ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσὶν, εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ ταῖς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ ἴσαι εἰσί. κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ὑπὸ ΒΗΘ, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΗΘ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἐστὶν ἴση· καί εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.



Ἐὰν ἄρα εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὴν ἐκτὸς γωνίαν τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην ποιῇ, ἢ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας· παράλληλοι ἔσονται αἱ εὐθεῖαι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Rursus, quoniam anguli BHΘ, HΘΔ duobus rectis sunt æquales, & sunt [per 13. prop.] AHΘ, BHΘ æquales duobus rectis: erunt anguli AHΘ, BHΘ angulis BHΘ, HΘΔ æquales. communis auferatur BHΘ, reliquus igitur AHΘ est æqualis reliquo HΘΔ; & sunt alterni: ergo AB ipsi ΓΔ [per 27. prop.] est parallela.

Si igitur in duas rectas recta linea incidens exteriorem angulum interiori & opposito & ad easdem partes æqualem fecerit; vel interiores & ad easdem partes duobus rectis æquales: rectæ lineæ erunt inter se parallelæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Ἡ εἰς τὰς παραλλήλους εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τάς τε ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιεῖ, καὶ τὴν ἐκτὸς τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην, καὶ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας.

Prop. XXIX. Theor.

In parallelas rectas lineas recta linea incidens & alternos angulos inter se æquales, & exteriorem interiori & opposito & ad easdem partes æqualem, & interiores & ad easdem partes duobus rectis æquales efficit.

ΕΙΣ γὰρ παραλλήλους εὐθείας τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπιπτέτω ἡ ΕΖ· λέγω ὅτι τάς τε ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΗΘ, ΗΘΔ ἴσας ποιεῖ, καὶ τὴν ἐκτὸς γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἴσην, καὶ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. ἔστω μείζων ἡ ὑπὸ ΑΗΘ. καὶ ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῆς ὑπὸ ΗΘΔ, κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΒΗΘ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ τῶν ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ μείζονές εἰσιν. ἀλλὰ καὶ αἱ ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· καὶ αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσιν. αἱ δὲ ἀπ' ἐλασσόνων ἢ δύο ὀρθῶν ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον συμπίπτουσιν· αἱ ἄρα ΑΒ, ΓΔ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον συμπεσοῦνται. οὐ συμπίπτουσι δὲ, διὰ τὸ παραλλήλους αὐτὰς ὑποκεῖσθαι· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ, ἴση ἄρα.



ΑΛΛΑ ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΕΗΒ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΕΗΒ ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἐστὶν ἴση.

ΚΟΙΝΗ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΒΗΘ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΕΗΒ, ΒΗΘ ταῖς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ ἴσαι εἰσίν. ἀλλὰ αἱ ὑπὸ ΕΗΒ, ΒΗΘ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί· καὶ αἱ ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Ἡ ἄρα εἰς τὰς παραλλήλους εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τάς τε ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιεῖ, καὶ τὴν ἐκτὸς τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην, καὶ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

In parallelas enim rectas lineas AB, ΓΔ recta linea incidat EZ: dico illam alternos angulos AHΘ, HΘΔ inter se æquales efficere, & exteriorem EHB interiori & opposito & ad easdem partes HΘΔ æqualem, & interiores & ad easdem partes BHΘ, HΘΔ duobus rectis æquales.

Si enim inæqualis est AHΘ ipsi HΘΔ, unus ipsorum major est. sit major AHΘ. & quoniam angulus AHΘ major est angulo HΘΔ, communis apponatur BHΘ: anguli igitur AHΘ, BHΘ angulis BHΘ, HΘΔ majores sunt. sed anguli AHΘ, BHΘ sunt [per 13. prop.] æquales duobus rectis: ergo BHΘ, HΘΔ anguli sunt duobus rectis minores. quæ vero à minoribus, quàm sunt duo recti, in infinitum producuntur rectæ lineæ [per 11. ax.] inter se convenient: ergo rectæ lineæ AB, ΓΔ in infinitum productæ convenient inter se. atqui non conveniunt, cum parallelæ ponantur: non igitur inæqualis est AHΘ angulus angulo HΘΔ, ideo æqualis.

Angulus autem AHΘ æqualis est [per 15. prop.] angulo EHB: ergo & EHB ipsi HΘΔ æqualis erit.

Communis apponatur BHΘ: anguli igitur EHB, BHΘ sunt æquales angulis BHΘ, HΘΔ. sed EHB, BHΘ æquales sunt [per 13. prop.] duobus rectis: ergo & BHΘ, HΘΔ duobus rectis æquales erunt.

In parallelas igitur rectas lineas recta linea incidens & alternos angulos inter se æquales, & exteriorem interiori & opposito & ad easdem partes æqualem, & interiores & ad easdem partes duobus rectis æquales efficit. quod erat demonstrandum.

PROP. XXX. THEOR.

Quæ eidem rectæ lineæ sunt parallelæ & inter se sunt parallelæ.

SIT utraque ipsarum AB, ΓΔ ipsi EZ parallela: dico & AB ipsi ΓΔ parallelam esse.

Incidat enim in ipsas recta linea HK.

Et quoniam in parallelas rectas lineas AB, EZ recta linea HK incidit, angulus AHΘ [per 27. prop.] angulo HΘZ est æqualis. rursus, quoniam in parallelas rectas lineas EZ, ΓΔ recta linea incidit HK, æqualis est HΘZ angulus [per 28. prop.] angulo HKΔ. ostensus autem est & angulus AHK angulo HΘZ æqualis: ergo & AHK ipsi HKΔ æqualis erit; & sunt alterni: parallela igitur est AB [per 29. prop.] ipsi ΓΔ.



Ergo quæ eidem rectæ lineæ sunt parallelæ & inter se sunt parallelæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ΄.

Αἱ τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ παράλληλοι καὶ ἀλλήλαις εἰσὶ παράλληλοι.

Ἔστω ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΓΔ τῇ ΕΖ παράλληλος· λέγω ὅτι καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ ἐστὶ παράλληλος.

Ἐμπιπτέτω γὰρ εἰς αὐτὰς εὐθεῖα ἡ ΗΚ.

Καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους εὐθείας τὰς ΑΒ, ΕΖ εὐθεῖα ἐμπέπτωκεν ἡ ΗΚ, ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΖ. πάλιν, ἐπεὶ εἰς τὰς παραλλήλους εὐθείας τὰς ΕΖ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπέπτωκεν ἡ ΗΚ, ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΗΘΖ τῇ ὑπὸ ΗΚΔ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΚ τῇ ὑπὸ ΗΘΖ ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΚ ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΚΔ ἐστὶν ἴση· καὶ εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Αἱ ἄρα τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ παράλληλοι καὶ ἀλλήλαις εἰσὶ παράλληλοι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XXXI. PROBL.

Per datum punctum, datæ rectæ lineæ parallelam rectam lineam ducere.

SIT datum quidem punctum A, data vero recta linea BΓ: oportet, per A punctum, ipsi BΓ rectæ lineæ parallelam rectam lineam ducere.

Sumatur in BΓ quodvis punctum Δ, & jungatur AΔ; constituaturq; [per 23. prop.] ad rectam lineam ΔA, & ad punctum in ipsa A, angulo AΔΓ æqualis angulus ΔAE; & in directum ipsi EA recta linea AZ producatur.



Quoniam igitur in duas rectas lineas BΓ, EZ recta linea AΔ incidens alternos angulos EAΔ, AΔΓ inter se æquales efficit, EZ ipsi BΓ [per 27. prop.] parallela erit.

Per datum igitur punctum A, datæ rectæ lineæ BΓ parallela ducta est recta linea EAZ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λα΄.

Διὰ τοῦ δοθέντος σημείου, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ παράλληλον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ Α, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΒΓ· δεῖ δή, διὰ τοῦ Α σημείου, τῇ ΓΒ εὐθείᾳ παράλληλον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΒΓ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΔ· καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΔΑ εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α, τῇ ὑπὸ ΑΔΓ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΔΑΕ· καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας τῇ ΑΕ εὐθεῖα ἡ ΑΖ.

Καὶ ἐπεὶ εἰς δύο εὐθείας τὰς ΒΓ, ΕΖ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΑΔ τὰς ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΕΑΔ, ΑΔΓ ἴσας ἀλλήλαις πεποίηκε, παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΖ τῇ ΒΓ.

Διὰ τοῦ δοθέντος ἄρα σημείου τοῦ Α, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ παράλληλος εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ΕΑΖ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

PROP. XXXII. THEOR.

Omnis trianguli uno latere producto, exterior angulus duobus interioribus & oppositis est æqualis; & trianguli tres interiores anguli duobus rectis sunt æquales.

SIT triangulum ABΓ, & unum ipsius latus BΓ producatur in Δ: dico angulum exteriorem AΓΔ duobus interioribus & oppositis ΓAB, ABΓ æqualem esse; & trianguli tres in-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ΄.

Παντὸς τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης, ἡ ἐκτὸς γωνία δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ἴση ἐστί· καὶ αἱ ἐντὸς τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ προσεκβεβλήσθω αὐτοῦ μία πλευρὰ ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Δ· λέγω ὅτι ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ ἴση ἐστὶ ταῖς δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ταῖς ὑπὸ ΓΑΒ, ΑΒΓ· καὶ αἱ ἐντὸς

τοῦ

τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι, αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ, ΓΑΒ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Ἤχθω γὰρ, διὰ τοῦ Γ σημείου, τῇ ΑΒ εὐθείᾳ παράλληλος ἡ ΓΕ.

Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΕ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ ΑΓ· αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΒΑΓ, ΑΓΕ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. πάλιν, ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΕ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν εὐθεῖα ἡ ΒΔ· ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΕΓΔ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΑΒΓ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΓΕ τῇ ὑπὸ ΒΑΓ ἴση· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΔ ἐκτὸς γωνία ἴση ἐστὶ δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ταῖς ὑπὸ ΒΑΓ, ΑΒΓ.

ΚΟΙΝΗ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΑΓΒ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΓΔ, ΑΓΒ τρισὶ ταῖς ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ, ΓΑΒ ἴσαι εἰσίν. ἀλλ' αἱ ὑπὸ ΑΓΔ, ΑΓΒ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί· καὶ αἱ ὑπὸ ΑΓΒ, ΓΒΑ, ΓΑΒ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί.

Παντὸς ἄρα τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης, ἡ ἐκτὸς γωνία δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ἴση ἐστί· καὶ αἱ ἐντὸς τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



teriores angulos ΑΒΓ, ΒΓΑ, ΓΑΒ duobus rectis esse æquales.

Ducatur enim, per punctum Γ, [per 31. prop.] ipsi ΑΒ rectæ parallela ΓΕ.

Et quoniam ΑΒ ipsi ΓΕ parallela est, & in ipsas incidit ΑΓ: alterni anguli ΒΑΓ, ΑΓΕ [per 29. prop.] inter se æquales sunt. rursus, quoniam ΑΒ parallela est ipsi ΓΕ, & in ipsas incidit recta linea ΒΔ: exterior angulus ΕΓΔ interiori & opposito ΑΒΓ est æqualis. ostensus autem est angulus ΑΓΕ æqualis angulo ΒΑΓ: quare totus ΑΓΔ exterior angulus æqualis est duobus interioribus & oppositis ΒΑΓ, ΑΒΓ.

Communis addatur ΑΓΒ: anguli igitur ΑΓΔ, ΑΓΒ tribus ΑΒΓ, ΒΓΑ, ΓΑΒ sunt æquales. sed [per 13. prop.] anguli ΑΓΔ, ΑΓΒ sunt æquales duobus rectis: ergo & ΑΓΒ, ΓΒΑ, ΓΑΒ duobus rectis sunt æquales.

Omnis igitur trianguli uno latere producto, exterior angulus duobus interioribus & oppositis est æqualis; & trianguli tres interiores anguli duobus rectis sunt æquales. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγʹ.

Αἱ τὰς ἴσας τε καὶ παραλλήλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπιζευγνύουσαι εὐθεῖαι, καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

Ἔστωσαν ἴσαι τε καὶ παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἐπιζευγνύτωσαν αὐτὰς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη εὐθεῖαι αἱ ΑΓ, ΒΔ· λέγω ὅτι καὶ αἱ ΑΓ, ΒΔ ἴσαι καὶ παράλληλοί εἰσιν.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΒΓ.

Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ ΒΓ· αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΔ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΓ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΓΔ, ΒΓ ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ἴση ἐστίν· βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΒΔ ἐστὶν ἴση, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΒΓΔ τριγώνῳ ἴσον ἐστὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΒ γωνία τῇ ὑπὸ ΓΒΔ. καὶ ἐπεὶ εἰς δύο εὐθείας τὰς ΑΓ, ΒΔ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΒΓ τὰς ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΓΒ, ΓΒΔ ἴσας ἀλλήλαις πεποίηκεν· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΒΔ. ἐδείχθη δὲ αὐτῇ καὶ ἴση.

Αἱ ἄρα τὰς ἴσας τε καὶ παραλλήλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπιζευγνύουσαι εὐθεῖαι, καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXXIII. Theor.

Quæ æquales & parallelas ad easdem partes conjungunt rectæ lineæ, ipsæ etiam sunt æquales & parallelæ.

Sint æquales & parallelæ ΑΒ, ΓΔ, & ipsas conjungant ad easdem partes rectæ lineæ ΑΓ, ΒΔ: dico ΑΓ, ΒΔ æquales & parallelas esse.

Jungatur enim ΒΓ.

Et quoniam ΑΒ parallela est ipsi ΓΔ, & in ipsas incidit ΒΓ: alterni anguli ΑΒΓ, ΒΓΔ [per 29. prop.] æquales sunt. rursus, quoniam ΑΒ est æqualis ΓΔ, communis autem ΒΓ, duæ ΑΒ, ΒΓ duabus ΓΔ, ΒΓ sunt æquales; & angulus ΑΒΓ æqualis angulo ΒΓΔ: basis igitur ΑΓ [per 4. prop] basi ΒΔ est æqualis, triangulumque ΑΒΓ æquale triangulo ΒΓΔ, & reliqui anguli reliquis angulis æquales erunt, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: ergo angulus ΑΓΒ angulo ΓΒΔ est æqualis. & quoniam in duas rectas lineas ΑΓ, ΒΔ recta ΒΓ incidens alternos angulos ΑΓΒ, ΓΒΔ æquales inter se efficit: parallela est [per 27. prop.] ΑΓ ipsi ΒΔ, ostensa autem est & eidem æqualis.

Quæ igitur æquales & parallelas ad easdem partes conjungunt rectæ lineæ, ipsæ etiam sunt æquales & parallelæ. quod erat demonstrandum.

Prop. XXXIV. Theor.

Parallelogrammorum spatiorum tam latera opposita quam anguli oppositi inter se æquantur, & illa diameter bifariam secat.

SIT parallelogrammum ΑΓΔΒ, ejus autem diameter ΒΓ: dico ΑΓΔΒ parallelogrammi latera opposita & angulos oppositos inter se æquari, & diametrum ΒΓ ipsum bifariam secare.

Quoniam enim parallela est ΑΒ ipsi ΓΔ, & in ipsas incidit recta linea ΒΓ; anguli alterni ΑΒΓ, ΒΓΔ [per 29. prop.] inter se sunt æquales. rursus, quoniam ΑΓ ipsi ΒΔ parallela est, & in ipsas incidit ΒΓ, alterni anguli ΑΓΒ, ΓΒΔ sunt inter se æquales: duo igitur triangula sunt ΑΒΓ, ΓΒΔ, quæ duos angulos ΑΒΓ, ΒΓΑ duobus angulis ΒΓΔ, ΓΒΔ æquales habent, alterum alteri; & unum latus uni lateri æquale, quod æqualibus adjacet angulis, utrique commune ΒΓ: ergo & reliqua latera [per 26. prop.] reliquis lateribus æqualia habebunt, alterum alteri, & reliquum angulum reliquo angulo æqualem: æquale igitur est latus quidem ΑΒ lateri ΓΔ, latus vero ΑΓ ipsi ΒΔ, & angulus ΒΑΓ angulo ΒΔΓ. & quoniam angulus ΑΒΓ est æqualis angulo ΒΓΔ, & angulus ΓΒΔ angulo ΑΓΒ: erit totus angulus ΑΒΔ æqualis toti ΑΓΔ. ostensus autem est & angulus ΒΑΓ angulo ΒΔΓ æqualis.



Parallelogrammorum igitur spatiorum latera opposita & anguli oppositi inter se æquantur.

DICO etiam diametrum eas bifariam secare. quoniam enim æqualis est ΑΒ ipsi ΓΔ, communis autem ΒΓ; duæ ΑΒ, ΒΓ duobus ΔΓ, ΓΒ sunt æquales, altera alteri, & angulus ΑΒΓ æqualis est angulo ΒΓΔ: basis igitur ΑΓ [per 4. prop.] basi ΒΔ æqualis est, ideoque triangulum ΑΒΓ triangulo ΒΓΔ æquale erit.

Ergo diameter ΒΓ parallelogrammum ΑΓΔΒ bifariam secat. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδ'.

Τῶν παραλληλογράμμων χωρίων αἱ ἀπεναντίον πλευραί τε καὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί, καὶ ἡ διάμετρος αὐτὰ δίχα τέμνει.

Ἔστω παραλληλόγραμμον τὸ ΑΓΔΒ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΒΓ· λέγω ὅτι τοῦ ΑΓΔΒ παραλληλογράμμου αἱ ἀπεναντίον πλευραί τε καὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί, καὶ ἡ ΒΓ διάμετρος αὐτὸ δίχα τέμνει.

Ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν εὐθεῖα ἡ ΒΓ· αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΔ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. πάλιν, ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΓ τῇ ΒΔ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ ΒΓ, αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΑΓΒ, ΓΒΔ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί· δύο δὴ τρίγωνά ἐστι τὰ ΑΒΓ, ΓΒΔ τὰς δύο γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΒΓΔ, ΓΒΔ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ μίαν πλευρὰν τῇ μιᾷ πλευρᾷ ἴσην, τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις, κοινὴν αὐτῶν τὴν ΒΓ· καὶ τὰς λοιπὰς ἄρα πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ· ἴση ἄρα ἡ μὲν ΑΒ πλευρὰ τῇ ΓΔ, ἡ δὲ ΑΓ τῇ ΒΔ, καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΔΓ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΓΔ, ἡ δὲ ὑπὸ ΓΒΔ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΔ ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΑΓΔ ἴση ἐστίν. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΒΔΓ ἴση.

Τῶν ἄρα παραλληλογράμμων χωρίων αἱ ἀπεναντίον πλευραί τε καὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

ΛΕΓΩ δὲ ὅτι καὶ ἡ διάμετρος αὐτὰ δίχα τέμνει. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΓ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΓ, ΓΒ ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ἴση ἐστί· καὶ βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΒΔ ἴση ἐστί, καὶ τὸ ΑΒΓ ἄρα τρίγωνον τῷ ΒΓΔ τριγώνῳ ἴσον ἐστίν.

Ἡ ἄρα ΒΓ διάμετρος δίχα τέμνει τὸ ΑΓΔΒ παραλληλόγραμμον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXXV. Theor.

Parallelogramma, super eadem basi & in eisdem parallelis constituta, inter se sunt æqualia.

SInt parallelogramma ΑΒΓΔ, ΕΒΓΖ super eadem basi ΒΓ & in eisdem parallelis ΑΖ, ΒΓ constituta: dico ΑΒΓΔ parallelogrammum ΕΒΓΖ parallelogrammo esse æquale.

Quoniam enim parallelogrammum est ΑΒΓΔ, ΑΔ [per 34. prop.] æqualis est ΒΓ. eadem quoque ratione & ΕΖ est æqualis ΒΓ: quare & ΑΔ æqualis erit ΕΖ. & communis ΔΕ: tota igitur ΑΕ toti ΔΖ [per 2. ax.] est æqualis. est autem

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λε'.

Τὰ παραλληλόγραμμα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω παραλληλόγραμμα τὰ ΑΒΓΔ, ΕΒΓΖ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα τῆς ΒΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΑΖ, ΒΓ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔ τῷ ΕΒΓΖ.

Ἐπεὶ γὰρ παραλληλόγραμμόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔ, τῇ ΒΓ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΕΖ τῇ ΒΓ ἴση ἐστίν· ὥστε καὶ ἡ ΑΔ τῇ ΕΖ ἴση ἐστί. καὶ κοινὴ ἡ ΔΕ· ὅλη ἄρα ἡ ΑΕ ὅλῃ τῇ ΔΖ ἐστὶν ἴση. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΒ

τῇ

τῇ ΔΓ ἴση· δύο δὴ αἱ ΕΑ, ΑΒ δυσὶ ταῖς ΖΔ, ΔΓ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΖΔΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΑΒ ἴση ἐστὶν, ἡ ἐκτὸς τῇ ἐντός· βάσις ἄρα ἡ ΕΒ βάσει τῇ ΖΓ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΕΑΒ τρίγωνον τῷ ΖΔΓ τριγώνῳ ἴσον ἐστί, κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΔΗΕ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΑΒΗΔ τραπέζιον λοιπῷ τῷ ΕΗΓΖ τραπεζίῳ ἴσον ἐστί. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΗΒΓ τρίγωνον· ὅλον ἄρα τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον ὅλῳ τῷ ΕΒΓΖ παραλληλογράμμῳ ἴσον ἐστί.

Τὰ ἄρα παραλληλόγραμμα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



& AB [per 34. prop.] æqualis ΔΓ; ergo duæ EA, AB duabus ZΔ, ΔΓ sunt æquales, altera alteri, & angulus ZΔΓ [per 29. prop.] æqualis angulo EAB, exterior interiori: basis igitur EB [per 4. prop.] basi ZΓ est æqualis, & triangulum EAB æquale triangulo ZΔΓ. commune auferatur ΔHE: reliquum igitur trapezium ABHΔ [per 3. ax.] reliquo trapezio EHΓZ est æquale. commune addatur HBΓ triangulum: ergo totum parallelogrammum ABΓΔ toti parallelogrammo EBΓZ æquale erit.

Parallelogramma igitur, super eadem basi & in eisdem parallelis constituta, sunt inter se æqualia. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λϛ'.

Τὰ παραλληλόγραμμα, τὰ ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω παραλληλόγραμμα τὰ ΑΒΓΔ, ΕΖΗΘ ἐπὶ ἴσων βάσεων τῶν ΒΓ, ΖΗ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΑΘ, ΒΗ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον τῷ ΕΖΗΘ.

Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΒΕ, ΓΘ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΖΗ, ἀλλὰ καὶ ἡ ΖΗ τῇ ΕΘ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ΒΓ ἄρα τῇ ΕΘ ἐστὶν ἴση. εἰσὶ δὲ καὶ παράλληλοι καὶ ἐπιζευγνύουσιν αὐτὰς αἱ ΒΕ, ΓΘ, αἱ δὲ τὰς ἴσας τε καὶ παραλλήλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπιζευγνύουσαι ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσι· καὶ αἱ ΕΒ, ΓΘ ἄρα ἴσαι τέ εἰσι καὶ παράλληλοι· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΕΒΓΘ, καὶ ἐστιν ἴσον τῷ ΑΒΓΔ· βάσιν τε γὰρ αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἔχει τὴν ΒΓ, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστὶν αὐτῷ, ταῖς ΒΓ, ΑΘ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΕΖΗΘ τῷ αὐτῷ τῷ ΕΒΓΘ ἐστὶν ἴσον· ὥστε καὶ τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον τῷ ΕΖΗΘ ἴσον ἐστί.

Τὰ ἄρα παραλληλόγραμμα, τὰ ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XXXVI. THEOR.

Parallelogramma, super æqualibus basibus & in eisdem parallelis constituta, inter se sunt æqualia.

SInt parallelogramma ABΓΔ, EZHΘ super æqualibus basibus BΓ, ZH & in eisdem parallelis AΘ, BH constituta: dico parallelogrammum ABΓΔ parallelogrammo EZHΘ esse æquale.

Conjungantur enim BE, ΓΘ.



Et quoniam æqualis est BΓ ipsi ZH, & ZH ipsi EΘ; erit & BΓ ipsi EΘ æqualis. sunt autem & parallelæ & ipsas conjungunt BE, ΓΘ; quæ autem æquales & parallelas ad easdem partes conjungunt [per 33. prop.] sunt æquales & parallelæ: ergo EB, ΓΘ & æquales sunt & parallelæ: quare EBΓΘ parallelogrammum est, & [per 35. prop.] æquale parallelogrammo ABΓΔ; basim enim eandem habet BΓ & in eisdem parallelis BΓ, AΘ constituitur. simili ratione & EZHΘ eidem EBΓΘ est æquale: ergo & parallelogrammum ABΓΔ est æquale parallelogrammo EZHΘ.

Parallelogramma igitur, super æqualibus basibus & in eisdem parallelis constituta, inter se sunt æqualia. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λζ'.

Τὰ τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΒΓ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα τῆς ΒΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΑΔ, ΒΓ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΒΓ τριγώνῳ.

PROP. XXXVII. THEOR.

Triangula, super eadem basi & in eisdem parallelis constituta, sunt inter se æqualia.

SInt triangula ABΓ, ΔBΓ super eadem basi BΓ & in eisdem parallelis AΔ, BΓ constituta: dico triangulum ABΓ triangulo ΔBΓ esse æquale.

Producatur ΑΔ ex utraque parte in Ε, Ζ puncta, & per Β quidem ipsi ΓΑ [per 31. prop.] parallela ducatur ΒΕ, per Γ vero ipsi ΒΔ parallela ducatur ΓΖ.

Parallelogrammum igitur est utrumq; ipsorum ΕΒΓΑ, ΔΒΓΖ: & parallelogrammum ΕΒΓΑ [per 35. prop.] est æquale parallelogrammo ΔΒΓΖ; etenim super eadem sunt basi ΒΓ & in eisdem parallelis ΒΓ, ΕΖ: estque parallelogrammi quidem ΕΒΓΑ dimidium ΑΒΓ triangulum; diameter enim ΑΒ ipsum bifariam secat: parallelogrammi vero ΔΒΓΖ dimidium triangulum ΔΒΓ; diameter enim ΔΓ [per 34. prop.] ipsum bifariam secat. æqualium autem dimidia inter se sunt æqualia: ergo triangulum ΑΒΓ triangulo ΔΒΓ est æquale.

Triangula igitur, super eadem basi & in eisdem parallelis constituta, sunt inter se æqualia. quod erat demonstrandum.

Ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΔ ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ τὰ Ε, Ζ σημεῖα, καὶ διὰ μὲν τοῦ Β τῇ ΓΑ παράλληλος ἤχθω ἡ ΒΕ, διὰ δὲ τοῦ Γ τῇ ΒΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΓΖ.



Παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΕΒΓΑ, ΔΒΓΖ· καὶ ἴσον τὸ ΕΒΓΑ τῷ ΔΒΓΖ, ἐπί τε γὰρ τῆς αὐτῆς βάσεώς ἐστι τῆς ΒΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΓ, ΕΖ· καί ἐστι τοῦ μὲν ΕΒΓΑ παραλληλογράμμου ἥμισυ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, ἡ γὰρ ΑΒ διάμετρος αὐτὸ δίχα τέμνει· τοῦ δὲ ΔΒΓΖ παραλληλογράμμου ἥμισυ τὸ ΔΒΓ τρίγωνον, ἡ γὰρ ΔΓ διάμετρος αὐτὸ δίχα τέμνει. τὰ δὲ τῶν ἴσων ἡμίση ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΒΓ τριγώνῳ.

Τὰ ἄρα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XXXVIII. THEOR.

Triangula, super basibus æqualibus & in eisdem parallelis constituta, sunt inter se æqualia.

Sint triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ super æqualibus basibus ΒΓ, ΕΖ & in eisdem parallelis ΒΖ, ΑΔ constituta: dico ΑΒΓ triangulum esse æquale triangulo ΔΕΖ.

Producatur enim ΑΔ ex utraque parte in Η, Θ puncta, & per Β quidem ipsi ΓΑ [per 31. prop.] parallela ducatur ΒΗ, per Ζ vero ducatur ΖΘ parallela ipsi ΔΕ.

Parallelogrammum igitur est utrumque ipsorum ΗΒΓΑ, ΔΕΖΘ: atque est ΗΒΓΑ [per 36. prop.] æquale ΔΕΖΘ; super æqualibus enim sunt basibus ΒΓ, ΕΖ & in eisdem parallelis ΒΖ, ΗΘ: parallelogrammi vero ΗΒΓΑ dimidium est ΑΒΓ triangulum, nam [per 34. prop.] diameter ΑΒ ipsum bifariam secat: & parallelogrammi ΔΕΖΘ dimidium est triangulum ΖΕΔ; diameter enim ΔΖ ipsum secat bifariam. æqualium autem dimidia sunt inter se æqualia: ergo ΑΒΓ triangulum triangulo ΔΕΖ est æquale.

Triangula igitur, super æqualibus basibus & in eisdem parallelis constituta, sunt inter se æqualia. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λη'.

Τὰ τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω τρίγωνα ΑΒΓ, ΔΕΖ ἐπὶ ἴσων βάσεων ὄντα τῶν ΒΓ, ΕΖ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΖ, ΑΔ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ.



Ἐκβεβλήσθω γὰρ ἡ ΑΔ ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ τὰ Η, Θ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Β τῇ ΓΑ παράλληλος ἤχθω ἡ ΒΗ, διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΘ.

Παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΗΒΓΑ, ΔΕΖΘ· καὶ ἴσον τὸ ΗΒΓΑ τῷ ΔΕΖΘ, ἐπί τε γὰρ ἴσων βάσεών εἰσι τῶν ΒΓ, ΕΖ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΖ, ΗΘ· καί ἐστι τοῦ μὲν ΗΒΓΑ παραλληλογράμμου ἥμισυ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, ἡ γὰρ ΑΒ διάμετρος δίχα αὐτὸ τέμνει· τοῦ δὲ ΔΕΖΘ παραλληλογράμμου ἥμισυ τὸ ΖΕΔ τρίγωνον, ἡ γὰρ ΖΔ διάμετρος δίχα αὐτὸ τέμνει. τὰ δὲ τῶν ἴσων ἡμίση ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ.

Τὰ ἄρα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λθʹ.

Τὰ ἴσα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω τρίγωνα ἴσα τὰ ΑΒΓ, ΔΒΓ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα τῆς ΒΓ καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη· λέγω ὅτι ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστίν. ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΔ τῇ ΒΓ.

Εἰ γὰρ μή, ἤχθω διὰ τοῦ Α σημείου τῇ ΒΓ εὐθείᾳ παράλληλος ἡ ΑΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΓ.

Ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΕΒΓ τριγώνῳ· ἐπί τε γὰρ τῆς αὐτῆς βάσεώς ἐστιν αὐτῷ τῆς ΒΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΓ, ΑΕ. ἀλλὰ τὸ ΑΒΓ τῷ ΔΒΓ ἐστὶν ἴσον· καὶ τὸ ΔΒΓ ἄρα τρίγωνον τῷ ΕΒΓ ἴσον ἐστίν, τὸ μεῖζον τῷ ἐλάττονι, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΕ τῇ ΒΓ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς ΑΔ· ἡ ΑΔ ἄρα τῇ ΒΓ ἐστὶ παράλληλος.



Τὰ ἄρα ἴσα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως ὄντα καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXXIX. Theor.

Triangula æqualia, super eadem basi & ad easdem partes constituta, sunt in eisdem parallelis.

Sint æqualia triangula ΑΒΓ, ΔΒΓ, super eadem basi ΒΓ constituta & ad easdem partes: dico in eisdem esse parallelis. ducatur enim ΑΔ: dico ΑΔ parallelam esse ΒΓ.

Si enim non, ducatur per Α punctum [per 31. prop.] rectæ ΒΓ parallela recta ΑΕ, & ducatur ΕΓ.

Æquale igitur est [per 37. prop.] ΑΒΓ triangulum triangulo ΕΒΓ; super eadem enim est basi ΒΓ & in eisdem parallelis ΒΓ, ΑΕ. sed [ex hyp.] ΑΒΓ triangulum triangulo ΔΒΓ est æquale: ergo & triangulum ΔΒΓ æquale est ipsi ΕΒΓ triangulo, majus minori, quod fieri non potest: non est igitur ΑΕ ipsi ΒΓ parallela. similiter ostendemus neque ullam aliam parallelam esse præter ipsam ΑΔ: ergo ΑΔ ipsi ΒΓ est parallela.

Triangula igitur æqualia, super eadem basi & ad easdem partes constituta, sunt in eisdem parallelis. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μʹ.

Τὰ ἴσα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων ὄντα καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω τρίγωνα ἴσα τὰ ΑΒΓ, ΓΔΕ, ἐπὶ ἴσων βάσεων ὄντα τῶν ΒΓ, ΓΕ καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη· λέγω ὅτι καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ἐστίν. ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΔ τῇ ΒΕ.

Εἰ γὰρ μή, ἤχθω διὰ τοῦ Α τῇ ΒΕ παράλληλος ἡ ΖΑ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΕ.

Ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΖΓΕ τριγώνῳ· ἐπί τε γὰρ ἴσων βάσεών εἰσι τῶν ΒΓ, ΓΕ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΕ, ΑΖ. ἀλλὰ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ΔΓΕ τριγώνῳ· καὶ τὸ ΔΓΕ τρίγωνον ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ΖΓΕ τριγώνῳ, τὸ μεῖζον τῷ ἐλάσσονι, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΖ τῇ ΒΕ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς ΑΔ· ἡ ΑΔ ἄρα τῇ ΒΕ παράλληλός ἐστι.



Τὰ ἄρα ἴσα τρίγωνα, τὰ ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων ὄντα καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, ἐν ταῖς αὐταῖς ἐστὶ παραλλήλοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XL. Theor.

Triangula æqualia, super basibus æqualibus & ad easdem partes constituta, sunt in eisdem parallelis.

Sint triangula æqualia ΑΒΓ, ΓΔΕ, super æqualibus basibus ΒΓ, ΓΕ & ad easdem partes constituta: dico etiam in eisdem esse parallelis. ducatur enim ΑΔ: dico ΑΔ ipsi ΒΕ parallelam esse.

Nam si non est, ducatur per Α ipsi ΒΕ parallela ΖΑ, & ΖΕ ducatur.

Triangulum igitur ΑΒΓ [per 38. prop.] triangulo ΖΓΕ est æquale; nam & super æqualibus basibus ΒΓ, ΓΕ & in eisdem parallelis ΒΕ, ΑΖ constituuntur. sed triangulum ΑΒΓ æquale est triangulo ΔΓΕ: ergo & triangulum ΔΓΕ triangulo ΖΓΕ æquale erit, majus minori, quod fieri non potest: non est igitur ΑΖ ipsi ΒΕ parallela. similiter demonstrabimus neque ullam aliam parallelam esse præter ΑΔ: ergo ΑΔ ipsi ΒΕ parallela erit.

Æqualia igitur triangula, super basibus æqualibus & ad easdem partes constituta, sunt in eisdem parallelis. quod erat demonstrandum.

Prop. XLI. Theor.

Si parallelogrammum & triangulum eandem habeant basim, sintque in eisdem parallelis: parallelogrammum ipsius trianguli duplum erit.

Parallelogrammum enim ΑΒΓΔ & triangulum ΕΒΓ basim habeant eandem ΒΓ, & sint in eisdem parallelis ΒΓ, ΑΕ: dico parallelogrammum ΑΒΓΔ trianguli ΒΕΓ duplum esse.

Ducatur enim ΑΓ.

Triangulum igitur ΑΒΓ triangulo ΕΒΓ [per 37. prop.] est æquale; namque super eadem basi ΒΓ, & in eisdem parallelis ΒΓ, ΑΕ constituitur. sed ΑΒΓΔ parallelogrammum duplum est trianguli ΑΒΓ, diameter enim ΑΓ [per 34. prop.] ipsum bifariam secat: quare & ΑΒΓΔ parallelogrammum ipsius ΕΒΓ trianguli duplum erit.



Si igitur parallelogrammum & triangulum eandem habeant basim, & sint in eisdem parallelis: parallelogrammum ipsius trianguli duplum erit. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μα΄.

Ἐὰν παραλληλόγραμμον τριγώνῳ βάσιν τε ἔχῃ τὴν αὐτὴν, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ᾖ· διπλάσιον ἔσται τὸ παραλληλόγραμμον τοῦ τριγώνου.

Παραλληλόγραμμον γὰρ τὸ ΑΒΓΔ τριγώνῳ τῷ ΕΒΓ βάσιν τε ἐχέτω τὴν αὐτὴν τὴν ΒΓ, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς ἔστω παραλλήλοις ταῖς ΒΓ, ΑΕ· λέγω ὅτι διπλάσιόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον τοῦ ΒΕΓ τριγώνου.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΑΓ.

Ἴσον δή ἐστι τὸ ΑΒΓ τῷ ΕΒΓ τριγώνῳ· ἐπί τε γὰρ τῆς αὐτῆς βάσεώς ἐστιν αὐτῷ τῆς ΒΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΓ, ΑΕ. ἀλλὰ τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, ἡ γὰρ ΑΓ διάμετρος αὐτὸ δίχα τέμνει· ὥστε τὸ ΑΒΓΔ παραλληλόγραμμον καὶ τοῦ ΕΒΓ τριγώνου ἐστὶ διπλάσιον.

Ἐὰν ἄρα παραλληλόγραμμον τριγώνῳ βάσιν τε ἔχῃ τὴν αὐτὴν, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ᾖ· διπλάσιόν ἐστι τὸ παραλληλόγραμμον τοῦ τριγώνου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XLII. Probl.

Dato triangulo æquale parallelogrammum constituere in dato angulo rectilineo.

Sit datum triangulum ΑΒΓ, datus autem rectilineus angulus Δ: oportet itaque dato triangulo ΑΒΓ æquale parallelogrammum constituere in angulo rectilineo ipsi Δ æquali.

Secetur ΒΓ [per 10. prop.] bifariam in Ε, & ducatur ΑΕ, & ad rectam lineam ΕΓ atque ad punctum in ea Ε constituatur [per 23. prop.] angulus ΓΕΖ æqualis ipsi Δ, & per Α quidem ipsi ΕΓ [per 31. prop.] parallela ducatur ΑΗ, per Γ vero ipsi ΖΕ ducatur parallela ΓΗ: parallelogrammum igitur est ΖΕΓΗ.



Et quoniam ΒΕ est æqualis ΕΓ, erit & ΑΒΕ triangulum [per 38. prop.] triangulo ΑΕΓ æquale; super æqualibus enim sunt basibus ΒΕ, ΕΓ, & in eisdem parallelis ΒΓ, ΑΗ: ergo triangulum ΑΒΓ trianguli ΑΕΓ est duplum. est autem [per 41. prop.] parallelogrammum ΖΕΓΗ duplum

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μβ΄.

Τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον συστήσασθαι *ἐν τῇ δοθείσῃ εὐθυγράμμῳ γωνίᾳ.

Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθύγραμμος γωνία Δ· δεῖ δὴ τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον συστήσασθαι ἐν ἴσῃ τῇ Δ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

Τετμήσθω ἡ ΒΓ δίχα κατὰ τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΕ, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΕΓ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Ε τῇ Δ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΓΕΖ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Α τῇ ΕΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΗ, διὰ δὲ τοῦ Γ τῇ ΖΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΓΗ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΕΓΗ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΕΓ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ΑΒΕ τρίγωνον τῷ ΑΕΓ τριγώνῳ· ἐπί τε γὰρ ἴσων βάσεών εἰσι τῶν ΒΕ, ΕΓ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΒΓ, ΑΗ· διπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τοῦ ΑΕΓ τριγώνου. ἔστι δὲ καὶ τὸ ΖΕΓΗ παραλληλόγραμ-

* Legendum videtur, ἐν ἴσῃ τῇ δοθείσῃ. sic Proclus in 44. prop.

μον

μον διπλάσιον τοῦ ΑΕΓ τριγώνου· βάσιν τε γὰρ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς ἐστὶν αὐτῷ παραλλήλοις· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΕΓΗ παραλληλόγραμμον τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, καὶ ἔχει τὴν ὑπὸ ΓΕΖ γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ τῇ Δ.

Τῷ ἄρα δοθέντι τριγώνῳ τῷ ΑΒΓ ἴσον παραλληλόγραμμον συνέσταται τὸ ΖΕΓΗ, ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΓΕΖ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ Δ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

trianguli ΑΕΓ; basim enim eandem habet, & in eisdem est parallelis: æquale igitur est [per 6. ax.] ΖΕΓΗ parallelogrammum triangulo ΑΒΓ, habetque ΓΕΖ angulum æqualem angulo dato Δ.

Dato igitur triangulo ΑΒΓ æquale parallelogrammum ΖΕΓΗ constitutum est, in angulo ΓΕΖ, qui angulo Δ est æqualis. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μγ'.

Παντὸς παραλληλογράμμου τῶν περὶ τὴν διάμετρον παραλληλογράμμων τὰ παραπληρώματα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἔστω παραλληλόγραμμον τὸ ΑΒΓΔ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΑΓ, περὶ δὲ τὴν ΑΓ παραλληλόγραμμα μὲν ἔστω τὰ ΕΘ, ΖΗ, τὰ δὲ λεγόμενα παραπληρώματα τὰ ΒΚ, ΚΔ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΒΚ παραπλήρωμα τῷ ΚΔ παραπληρώματι.

Ἐπεὶ γὰρ παραλληλόγραμμόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΑΓ, ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ. πάλιν, ἐπεὶ τὸ ΕΚΘΑ παραλληλόγραμμόν ἐστι, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΑΚ, ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΕΚ τρίγωνον τῷ ΑΘΚ τριγώνῳ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΚΖΓ τρίγωνον τῷ ΚΗΓ ἐστὶν ἴσον. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ΑΕΚ τρίγωνον τῷ ΑΘΚ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον, τὸ δὲ ΚΖΓ τῷ ΚΗΓ, τὸ ΑΕΚ τρίγωνον μετὰ τοῦ ΚΗΓ ἐστὶν ἴσον τῷ ΑΘΚ τριγώνῳ μετὰ τοῦ ΚΖΓ τριγώνου· ἔστι δὲ καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὅλῳ τῷ ΑΔΓ ἴσον· λοιπῷ ἄρα τῷ ΚΔ παραπληρώματι ἴσον ἐστὶ τὸ ΒΚ παραπλήρωμα.

Παντὸς ἄρα παραλληλογράμμου τῶν περὶ τὴν διάμετρον παραλληλογράμμων τὰ παραπληρώματα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



PROP. XLIII. THEOR.

In omni parallelogrammo complementa eorum quæ circa diametrum sunt parallelogrammorum inter se sunt æqualia.

SIT parallelogrammum ΑΒΓΔ, cujus diameter ΑΓ, & circa ipsam ΑΓ parallelogramma quidem sint ΕΘ, ΖΗ, quæ vero dicuntur complementa ΒΚ, ΚΔ: dico ΒΚ complementum complemento ΚΔ esse æquale.

Quoniam enim parallelogrammum est ΑΒΓΔ, & ejus diameter ΑΓ, æquale est [per 34. prop.] triangulum ΑΒΓ triangulo ΑΔΓ. rursus, quoniam ΕΚΘΑ parallelogrammum est, cujus diameter ΑΚ, triangulum ΑΕΚ triangulo ΑΘΚ æquale erit. eadem etiam ratione & triangulum ΚΖΓ triangulo ΚΗΓ est æquale. cum igitur triangulum quidem ΑΕΚ æquale sit triangulo ΑΘΚ, triangulum vero ΚΖΓ ipsi ΚΗΓ, triangulum ΑΕΚ una cum triangulo ΚΗΓ æquale est triangulo ΑΘΚ una cum ΚΖΓ triangulo: est autem & totum triangulum ΑΒΓ æquale toti ΑΔΓ: reliquum igitur ΒΚ complementum [per 3. ax.] reliquo complemento ΚΔ est æquale.

In omni igitur parallelogrammo complementa eorum quæ circa diametrum sunt parallelogrammorum inter se sunt æqualia. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μδ'.

Παρὰ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν, τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον παραβαλεῖν, * ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, τὸ δὲ δοθὲν τρίγωνον τὸ Γ, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ Δ· δεῖ δὴ παρὰ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν τὴν ΑΒ, τῷ δοθέντι τριγώνῳ τῷ Γ ἴσον παραλληλόγραμμον παραβαλεῖν, ἐν ἴσῃ τῇ Δ γωνίᾳ.

Συνεστάτω τῷ Γ τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον τὸ ΒΕΖΗ, ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΒΗ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ Δ· καὶ κείσθω ὥστε ἐπ' εὐθείας εἶναι τὴν ΒΕ τῇ

* ἐν γωνίᾳ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ δοθείσῃ. *Proclus.*

PROP. XLIV. PROBL.

Ad datam rectam lineam, dato triangulo æquale parallelogrammum applicare, in dato angulo rectilineo.

SIT data quidem recta linea ΑΒ, datum vero triangulum Γ, & datus angulus rectilineus Δ: oportet quidem ad datam rectam lineam ΑΒ, dato triangulo Γ æquale parallelogrammum applicare, in angulo ipsi Δ æquali.

Constituatur [per 42. prop.] triangulo Γ æquale parallelogrammum ΒΕΖΗ, in angulo ΕΒΗ, qui est æqualis angulo Δ; & ponatur ΒΕ in directum ipsi AB, producaturque ZH ad Θ, & per A alterutri ipsarum BH, EZ [per 31. prop.] parallela ducatur AΘ, & jungatur ΘB. & quoniam in parallelas AΘ, EZ recta linea ΘZ incidit, anguli AΘZ, ΘZE [per 29. prop.] duobus rectis sunt æquales; quare BΘH, HZE duobus rectis sunt minores: quæ vero à minoribus, quàm sunt duo recti, in infinitum producuntur [per 11. ax.] conveniunt inter se: ergo ΘB, ZE productæ convenient. producantur [per 2. post.] & conveniant in K; perque K alterutri ipsarum EA, ZΘ [per 31. prop.] parallela ducatur KΛ; & AΘ, HB ad Λ, M puncta producantur.

ΑΒ. καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΖΗ ἐπὶ τὸ Θ, καὶ διὰ τοῦ Α ὁποτέρᾳ τῶν ΒΗ, ΕΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΘΒ. καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους τὰς ΑΘ, ΕΖ εὐθεῖα ἐμπέπτωκεν ἡ ΘΖ, αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΘΖ, ΘΖΕ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΘΗ, ΗΖΕ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσιν· αἱ δὲ ἀπὸ ἐλασσόνων, ἢ δύο ὀρθῶν, εἰς ἄπειρον ἐκβαλλόμεναι συμπίπτουσιν· αἱ ΘΒ, ΖΕ ἄρα ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται. ἐκβεβλήσθωσαν καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Κ, καὶ διὰ τοῦ Κ σημείου ὁποτέρᾳ τῶν ΕΑ, ΖΘ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΛ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΘΑ, ΗΒ ἐπὶ τὰ Λ, Μ σημεῖα.



Parallelogrammum igitur est ΘΛKZ, cujus diameter ΘK, & circa ΘK parallelogramma quidem sunt AH, ME; ea vero quæ dicuntur complementa AB, BZ: ergo [per 43. prop.] AB ipsi BZ est æquale. est autem BZ æquale triangulo Γ: quare & AB triangulo Γ æquale erit. & quoniam HBE angulus æqualis est [per 15. prop.] angulo ABM, & æqualis est etiam HBE angulo Δ: erit & angulus ABM angulo Δ æqualis.

Παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΘΛΚΖ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΘΚ, περὶ δὲ ΘΚ παραλληλόγραμμα μὲν τὰ ΑΗ, ΜΕ, τὰ δὲ λεγόμενα παραπληρώματα ΑΒ, ΒΖ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒ τῷ ΒΖ. ἀλλὰ καὶ τὸ ΒΖ τῷ Γ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον· καὶ τὸ ΑΒ ἄρα τῷ Γ ἐστὶν ἴσον. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΗΒΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΒΜ, ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΗΒΕ τῇ Δ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΜ τῇ Δ γωνίᾳ ἐστὶν ἴση.

Ad datam igitur rectam lineam AB, dato triangulo Γ æquale parallelogrammum constituitur AB, in angulo ABM, qui est æqualis angulo Δ. quod erat faciendum.

Παρὰ τὴν δοθεῖσαν ἄρα εὐθεῖαν τὴν ΑΒ, τῷ δοθέντι τριγώνῳ τῷ Γ ἴσον παραλληλόγραμμον παραβέβληται τὸ ΑΒ, ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΒΜ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ Δ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XLV. Probl.

Rectilineo dato æquale parallelogrammum constituere, in dato angulo rectilineo.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ με'.

Τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ ἴσον παραλληλόγραμμον συστήσασθαι, ἐν τῇ δοθείσῃ εὐθυγράμμῳ γωνίᾳ.

SIT datum rectilineum ABΓΔ, datus vero angulus rectilineus E: oportet rectilineo ABΓΔ æquale parallelogrammum constituere, in angulo ipsi E æquali.

Ἔστω τὸ δοθὲν εὐθύγραμμον τὸ ΑΒΓΔ, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ Ε· δεῖ δὴ τῷ ΑΒΓΔ εὐθυγράμμῳ ἴσον παραλληλόγραμμον συστήσασθαι, ἐν ἴσῃ γωνίᾳ τῇ Ε.

Ducatur enim ΔB, & constituatur [per 42. prop.] triangulo AΔB æquale parallelogrammum ZΘ, in angulo ΘKZ, qui est æqualis angulo E: deinde ad rectam lineam HΘ applicetur triangulo ΔBΓ æquale parallelogrammum HM, in angulo HΘM, qui angulo E est æqualis.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΔΒ, καὶ συνεστάτω τῷ ΑΒΔ τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον τὸ ΖΘ, ἐν τῇ ὑπὸ ΘΚΖ γωνίᾳ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ Ε· καὶ παραβεβλήσθω παρὰ τὴν ΗΘ εὐθεῖαν τῷ ΔΒΓ τριγώνῳ ἴσον παραλληλόγραμμον τὸ ΗΜ, ἐν τῇ ὑπὸ ΗΘΜ γωνίᾳ, ἥ ἐστιν ἴση τῇ Ε.



Et quoniam angulus E æqualis est utrique ipsorum ΘKZ, HΘM: erit & ΘKZ angulo HΘM æqualis. communis addatur KΘH: angu-

Καὶ ἐπεὶ ἡ Ε γωνία ἑκατέρᾳ τῶν ὑπὸ ΘΚΖ, ΗΘΜ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ἄρα ὑπὸ ΘΚΖ τῇ ὑπὸ ΗΘΜ ἴση ἐστίν. κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΚΘΗ· αἱ ἄρα ὑπὸ

ὑπὸ ΖΚΘ, ΚΘΗ τῇ ὑπὸ ΚΘΗ, ΗΘΜ ἴσαι εἰσίν. ἀλλ' αἱ ὑπὸ ΖΚΘ, ΚΘΗ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· καὶ αἱ ὑπὸ ΚΘΗ, ΗΘΜ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. πρὸς δή τινι εὐθείᾳ τῇ ΗΘ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Θ, δύο εὐθεῖαι αἱ ΚΘ, ΘΜ, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιοῦσιν, ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ ΚΘ τῇ ΘΜ. καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους τὰς ΚΜ, ΖΗ εὐθεῖα ἐνέπεσεν ἡ ΘΗ, αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΜΘΗ, ΘΗΖ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΘΗΛ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΜΘΗ, ΘΗΛ ταῖς ὑπὸ ΘΗΖ, ΘΗΛ ἴσαι εἰσίν. ἀλλ' αἱ ὑπὸ ΜΘΗ, ΘΗΛ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν, καὶ αἱ ὑπὸ ΘΗΖ, ΘΗΛ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΗ τῇ ΗΛ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΚΖ τῇ ΘΗ ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ ΘΗ τῇ ΜΛ, καὶ ἡ ΚΖ ἄρα τῇ ΜΛ ἴση τε, καὶ παράλληλός ἐστιν· καὶ ἐπιζευγνύουσιν αὐτὰς εὐθεῖαι αἱ ΚΜ, ΖΛ, καὶ αἱ ΚΜ, ΖΛ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσι· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΖΛΜ. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν ΑΒΔ τρίγωνον τῷ ΘΖ παραλληλογράμμῳ, τὸ δὲ ΑΒΓ τῷ ΗΜ· ὅλον ἄρα τὸ ΑΒΓΔ εὐθύγραμμον ὅλῳ τῷ ΚΖΛΜ παραλληλογράμμῳ ἴσον ἐστί.

Τῷ ἄρα δοθέντι εὐθυγράμμῳ τῷ ΑΒΓΔ ἴσον παραλληλόγραμμον συνίσταται τὸ ΚΖΛΜ, ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΖΚΜ, ἥ ἐστιν ἴση δοθείσῃ τῇ Ε. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

li igitur ΖΚΘ, ΚΘΗ [angulis ΚΘΗ, ΗΘΜ sunt æquales. sed ΖΚΘ, ΚΘΗ [per 29. prop.] sunt æquales duobus rectis: ergo & ΚΘΗ, ΗΘΜ duobus rectis æquales erunt. itaque quoniam ad rectam lineam ΗΘ, & ad punctum in ea Θ, duæ rectæ lineæ ΚΘ, ΘΜ, non ad easdem partes positæ, angulos deinceps duobus rectis æquales efficiunt, [per 14. prop.] in directum est ΚΘ ipsi ΘΜ. & quoniam in parallelas ΚΜ, ΖΗ recta linea ΘΗ incidit, alterni anguli ΜΘΗ, ΘΗΖ [per 29. prop.] æquales sunt. communis addatur ΘΗΛ: anguli igitur ΜΘΗ, ΘΗΛ angulis ΘΗΖ, ΘΗΛ sunt æquales. at anguli ΜΘΗ, ΘΗΛ [per 29. prop.] sunt æquales duobus rectis: quare & anguli ΘΗΖ, ΘΗΛ duobus rectis æquales erunt: in directum igitur est ΖΗ ipsi ΗΛ. & quoniam ΚΖ ipsi ΘΗ & æqualis est & parallela, & ΘΗ etiam ipsi ΜΛ, erit [per 1. ax. & 30. prop.] ΚΖ ipsi ΜΛ & æqualis & parallela; ipsasque conjungunt rectæ lineæ ΚΜ, ΖΛ: ergo & ΚΜ, ΖΛ [per 33. prop.] sunt æquales & parallelæ: parallelogrammum igitur est ΚΖΛΜ. cum autem triangulum quidem ΑΒΔ æquale sit parallelogrammo ΘΖ, triangulum vero ΑΒΓ parallelogrammo ΗΜ; erit totum ΑΒΓΔ rectilineum toti parallelogrammo ΚΖΛΜ æquale.

Dato igitur rectilineo ΑΒΓΔ æquale parallelogrammum constitutum est ΚΖΛΜ, in angulo ΖΚΜ, qui est æqualis angulo Ε dato. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μϛ'.

Ἀπὸ τῆς δοθείσης εὐθείας τετράγωνον ἀναγράψαι.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς ΑΒ εὐθείας τετράγωνον ἀναγράψαι.

Ἤχθω τῇ ΑΒ εὐθείᾳ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ σημείου τοῦ Α, πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΓ· καὶ κείσθω τῇ ΑΒ ἴση ἡ ΑΔ· καὶ διὰ μὲν τοῦ Δ σημείου τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΕ· διὰ δὲ τοῦ Β σημείου τῇ ΑΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΒΕ.



Παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔΕΒ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΑΔ τῇ ΒΕ. ἀλλὰ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΑΔ ἐστὶν ἴση, αἱ τέσσαρες ἄρα αἱ ΒΑ, ΑΔ, ΔΕ, ΒΕ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔΕΒ παραλληλόγραμμον. λέγω δὴ ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. ἐπεὶ γὰρ εἰς παραλλήλους τὰς ΑΒ, ΔΕ εὐθεῖα ἐνέπεσεν ἡ ΑΔ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΑΔ, ΑΔΕ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΑΔΕ. τῶν δὲ παραλληλογράμμων χωρίων αἱ ἀπεναντίον πλευραί τε καὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἑκατέρα τῶν ἀπεναντίον τῶν ὑπὸ ΑΒΕ, ΒΕΔ γωνιῶν· ὀρθογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔΕΒ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον.

Τετράγωνον ἄρα ἐστί, καί ἐστιν ἀπὸ τῆς ΑΒ εὐθείας ἀναγεγραμμένον. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XLVI. Probl.

A data recta linea quadratum describere.

SIT data recta linea ΑΒ: oportet ab ipsa ΑΒ quadratum describere.

Ducatur [per 11. prop.] rectæ lineæ ΑΒ, à puncto in ea dato Α, ad rectos angulos ΑΓ; & ipsi ΑΒ æqualis [per 3. prop.] ponatur ΑΔ; perque punctum Δ ducatur [per 31. prop.] ΔΕ ipsi ΑΒ parallela; & per Β ipsi ΑΔ parallela ducatur ΒΕ.

Parallelogrammum igitur est ΑΔΕΒ. ideo & ΑΒ quidem est æqualis ΔΕ, ΑΔ vero ipsi ΒΕ. sed & ΑΒ ipsi ΑΔ est æqualis: quatuor igitur ΒΑ, ΑΔ, ΔΕ, ΕΒ inter se sunt æquales: ideoque æquilaterum est ΑΔΕΒ parallelogrammum. dico etiam rectangulum esse. quoniam enim in parallelas ΑΒ, ΔΕ recta linea incidit ΑΔ: anguli ΒΑΔ, ΑΔΕ [per 29. prop.] duobus rectis sunt æquales. rectus autem est [per construct.] ΒΑΔ: ergo & ΑΔΕ rectus erit. parallelogrammorum autem tam latera quam anguli oppositi [per 34. prop.] æquantur: rectus igitur est uterque oppositorum ΑΒΕ, ΒΕΔ angulorum; & ob id rectangulum est ΑΔΕΒ. ostensum autem est & æquilaterum esse.

Quadratum igitur sit necesse est; atque à recta linea ΑΒ describitur. quod erat faciendum.

Prop. XLVII. Theor.

In rectangulis triangulis, quadratum, quod à latere rectum angulum subtendente describitur, æquale est quadratis, quæ à lateribus rectum angulum comprehendentibus describuntur.

SIT triangulum rectangulum ABΓ, rectum habens BAΓ angulum: dico quadratum, descriptum à recta BΓ, æquale esse quadratis, quæ ab ipsis BA, AΓ describuntur.

Describatur enim à BΓ quidem quadratum BΔEΓ; ab ipsis vero BA, AΓ quadrata HB, ΘΓ; perque A alterutri ipsarum BΔ, ΓE parallela ducatur AΛ; & ducantur AΔ, ZΓ.



Quoniam igitur uterque angulorum BAΓ, BAH rectus est; & ad eandem rectam lineam BA, & ad punctum in ea A, duæ rectæ lineæ AΓ, AH, non ad easdem partes positæ, faciunt angulos deinceps duobus rectis æquales: ΓA recta est in directum ipsi AH. eadem ratione, & AB est in directum ipsi AΘ. & quoniam angulus ΔBΓ [per 10. ax.] est æqualis angulo ZBA, rectus enim est uterque, communis addatur ABΓ: totus igitur ΔBA angulus toti ZBΓ est æqualis. cum autem duæ ΔB, BA duabus ΓB, BZ sint æquales, altera alteri, & angulus ΔBA æqualis angulo ZBΓ: erit [per 4. prop.] & basis AΔ basi ZΓ æqualis, & ABΔ triangulum triangulo ZBΓ æquale. estque trianguli quidem ABΔ [per 41. prop.] duplum BΛ parallelogrammum; basim enim eandem habent BΔ, & sunt in eisdem parallelis BΔ, AΛ: trianguli vero ZBΓ duplum est HB quadratum; rursus enim basim habent eandem ZB, & sunt in eisdem parallelis ZB, HΓ; æqualium autem dupla sunt inter se æqualia: æquale est igitur parallelogrammum BΛ ipsi HB quadrato. similiter, ductis AE, BK, ostendetur etiam ΓΛ parallelogrammum æquale quadrato ΘΓ: totum igitur BΔEΓ quadratum duobus quadratis HB, ΘΓ est æquale. & est quidem BΔEΓ quadratum à recta linea BΓ descriptum; quadrata vero HB, ΘΓ ab ipsis BA, AΓ: quadratum igitur BE, à latere BΓ descriptum, æquale est quadratis, quæ describuntur à lateribus BA, AΓ.

Ergo in rectangulis triangulis, quadratum, quod à latere rectum angulum subtendente describitur, æquale est quadratis, quæ à lateribus rectum angulum comprehendentibus describuntur. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μζʹ.

Ἐν τοῖς ὀρθογωνίοις τριγώνοις, τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τὴν ὀρθὴν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνοις.

Ἔστω τρίγωνον ὀρθογώνιον τὸ ΑΒΓ, ὀρθὴν ἔχον τὴν ὑπὸ ΒΑΓ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ τετραγώνοις.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς ΒΓ τετράγωνον τὸ ΒΔΕΓ· ἀπὸ δὲ τῶν ΒΑ, ΑΓ τὰ ΗΒ, ΘΓ· καὶ διὰ τοῦ Α ὁποτέρᾳ τῶν ΒΔ, ΓΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΛ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΖΓ.

Καὶ ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΒΑΓ, ΒΑΗ γωνιῶν· πρὸς δή τινι τῇ ΒΑ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α, δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΓ, ΑΗ, μὴ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη κείμεναι, τὰς ἐφεξῆς γωνίας δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιοῦσιν· ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΑ τῇ ΑΗ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΑΘ ἐστὶν ἐπ' εὐθείας. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΔΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΒΑ, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα, κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΑΒΓ· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΒΑ ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΖΒΓ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ δύο αἱ ΔΒ, ΒΑ δυσὶ ταῖς ΓΒ, ΒΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΒΑ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΖΒΓ ἴση ἐστί· βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΖΓ ἐστὶν ἴση, καὶ τὸ ΑΒΔ τρίγωνον τῷ ΖΒΓ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον. καὶ ἔστι τοῦ μὲν ΑΒΔ τριγώνου διπλάσιον τὸ ΒΛ παραλληλόγραμμον, βάσιν τε γὰρ τὴν αὐτὴν ἔχουσι τὴν ΒΔ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς εἰσι παραλλήλοις ταῖς ΒΔ, ΑΛ· τοῦ δὲ ΖΒΓ τριγώνου διπλάσιον τὸ ΗΒ τετράγωνον, βάσιν τε γὰρ πάλιν τὴν αὐτὴν ἔχουσι τὴν ΖΒ καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις εἰσὶ ταῖς ΖΒ, ΗΓ· τὰ δὲ τῶν ἴσων διπλάσια ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν· ἴσον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ΒΛ παραλληλόγραμμον τῷ ΗΒ τετραγώνῳ. ὁμοίως δὴ, ἐπιζευγνυμένων τῶν ΑΕ, ΒΚ, δειχθήσεται καὶ τὸ ΓΛ παραλληλόγραμμον ἴσον τῷ ΘΓ τετραγώνῳ· ὅλον ἄρα τὸ ΔΒΓΕ τετράγωνον δυσὶ τοῖς ΗΒ, ΘΓ τετραγώνοις ἴσον ἐστί. καὶ ἔστι τὸ μὲν ΒΔΕΓ τετράγωνον ἀπὸ τῆς ΒΓ ἀναγραφὲν, τὰ δὲ ΗΒ, ΘΓ ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΒΓ πλευρᾶς τετράγωνον ΒΕ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ πλευρῶν τετραγώνοις.

Ἐν ἄρα τοῖς ὀρθογωνίοις τριγώνοις, τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τὴν ὀρθὴν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μη'.

Ἐὰν τριγώνου τὸ ἀπὸ μιᾶς τῶν πλευρῶν τετράγωνον ἴσον ᾖ τοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν τετραγώνοις· ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν ὀρθή ἐστι.

Τριγώνου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τὸ ἀπὸ μιᾶς τῆς ΒΓ πλευρᾶς τετράγωνον ἴσον ἔστω τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ πλευρῶν τετραγώνοις· λέγω ὅτι ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Α σημείου τῇ ΑΓ πρὸς ὀρθὰς εὐθεῖα ἡ ΑΔ, καὶ κείσθω τῇ ΒΑ ἴση ἡ ΑΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΓ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΔΑ τῇ ΑΒ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΔΑ τετράγωνον τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετραγώνῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετράγωνον· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΔΑ, ΑΓ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ τετραγώνοις. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν ΔΑ, ΑΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΔΓ, ὀρθὴ γάρ ἐστιν ἡ ὑπὸ ΔΑΓ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ, ὑπόκειται γάρ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΔΓ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετραγώνῳ· ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΔΓ τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση· καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΑΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΑΓ, δύο δὴ αἱ ΑΔ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΒΑ, ΑΓ ἴσαι εἰσί, καὶ βάσις ἡ ΔΓ βάσει τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΑΓ ἐστὶν ἴση. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΔΑΓ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ.

Ἐὰν ἄρα τριγώνου τὸ ἀπὸ μιᾶς τῶν πλευρῶν τετράγωνον ἴσον ᾖ τοῖς ἀπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν τετραγώνοις· ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν ὀρθή ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



PROP. XLVIII. THEOR.

Si quadratum, quod describitur ab uno laterum trianguli, æquale sit quadratis, quæ à reliquis trianguli lateribus describuntur: angulus à reliquis duobus trianguli lateribus comprehensus rectus erit.

Trianguli enim ABΓ quod ab uno latere BΓ describitur quadratum æquale sit quadratis quæ à reliquis trianguli lateribus BA, AΓ describuntur: dico angulum BAΓ rectum esse.

Ducatur enim [per 11. prop.] à puncto A ipsi AΓ ad rectos angulos AΔ, ponaturque AΔ ipsi BA æqualis, & ducatur ΔΓ.

Quoniam igitur ΔA est æqualis AB; erit & quadratum, quod describitur ex ΔA, æquale quadrato rectæ AB. commune addatur quadratum. quod ex AΓ: ergo quadrata quæ ex ΔA, AΓ æqualia sunt quadratis quæ ex BA, AΓ describuntur. sed quadratis quidem quæ ex ΔA, AΓ æquale est [per 47. prop.] quod ex ΔΓ quadratum, rectus enim angulus est ΔAΓ; quadratis vero quæ ex BA, AΓ æquale ponitur quadratum quod ex BΓ: quadratum igitur quod ex ΔΓ æquale est ei quod ex BΓ quadrato: ergo & latus ΔΓ lateri ΓB est æquale. & quoniam AΔ est æqualis AB, communis autem AΓ; duæ AΔ, AΓ duabus BA, AΓ æquales sunt; & basis ΔΓ est æqualis basi ΓB: angulus igitur ΔAΓ [per 8. prop.] angulo BAΓ est æqualis. rectus autem est ΔAΓ: ergo & BAΓ rectus erit.

Si igitur quadratum, quod describitur ab uno laterum trianguli, æquale sit quadratis, quæ à reliquis trianguli lateribus describuntur: angulus à reliquis duobus trianguli lateribus comprehensus rectus erit. quod erat demonstrandum.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

EUCLIDIS ELEMENTORUM

LIBER SECUNDUS.

DEFINITIONES.

1. OMNE parallelogrammum rectangulum contineri dicitur sub duabus rectis lineis, quæ rectum angulum comprehendunt.

2. Omnis parallelogrammi unumquodque eorum quæ circa diametrum ipsius sunt parallelogrammorum cum duobus complementis Gnomon vocetur.

ΟΡΟΙ.

α΄. ΠΑΝ παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον περιέχεσθαι λέγεται ὑπὸ δύο τῶν τὴν ὀρθὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν.

β΄. Παντὸς δὲ παραλληλογράμμου χωρίου τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ ἓν παραλληλόγραμμον ὁποιονοῦν σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι Γνώμων καλείσθω.

POPOSITIO I. THEOREMA.

Si sint duæ rectæ lineæ, altera autem ipsarum secta fuerit in quotcunque partes: rectangulum sub duabus rectis comprehensum æquale est eis rectangulis, quæ sub recta linea non secta & singulis alterius segmentis comprehenduntur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι, τμηθῇ δὲ ἡ ἑτέρα αὐτῶν εἰς ὅσα δηποτοῦν τμήματα· τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν δύο εὐθειῶν ἴσον ἐστὶ τοῖς ὑπό τε τῆς ἀτμήτου καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχομένοις ὀρθογωνίοις.

SInt duæ rectæ lineæ A, BΓ, & secta sit BΓ utcunque in punctis Δ, E: dico rectangulum comprehensum sub rectis lineis A, BΓ æquale esse rectangulo quod continetur sub A, BΔ, & rectangulo quod sub A, ΔE, & ei quod sub A, EΓ continetur.



Ducatur enim [per 11. prop. lib. 1.] à puncto B ipsi BΓ ad rectos angulos BZ, atque ipsi A ponatur æqualis BH, & per H quidem ipsi BΓ [per 31. 1.] parallela ducatur HΘ; per puncta vero Δ, E, Γ ducantur ΔK, EΛ, ΓΘ parallelæ ipsi BH.

Rectangulum igitur BΘ est æquale rectangulis BK, ΔΛ, EΘ. atque est quidem BΘ rectangulum, quod sub A, BΓ continetur; etenim con-

ΕΣτωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ Α, ΒΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ΒΓ ὡς ἔτυχε κατὰ τὰ Δ, Ε σημεῖα· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπό τε τῶν Α, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ὑπὸ τῶν Α, ΔΕ, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ τῶν Α, ΕΓ.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΖ, καὶ κείσθω τῇ Α ἴση ἡ ΒΗ, καὶ διὰ τοῦ Η τῇ ΒΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΘ, διὰ δὲ τῶν Δ, Ε, Γ τῇ ΒΗ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΔΚ, ΕΛ, ΓΘ.

Ἴσον δή ἐστι τὸ ΒΘ τοῖς ΒΚ, ΔΛ, ΕΘ. καὶ ἔστι τὸ μὲν ΒΘ τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΒΓ, περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ ΗΒ, ΗΒ, ΒΓ, ἴση δὲ ἡ ΒΗ τῇ Α· τὸ δὲ ΒΚ τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΒΔ· περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ΗΒ, ΒΔ, ἴση δὲ ἡ ΗΒ τῇ Α· τὸ δὲ ΔΛ τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΔΕ, ἴση γὰρ ἡ ΔΚ, τουτέστιν ἡ ΒΗ, τῇ Α· καὶ ἔτι ὁμοίως τὸ ΕΘ τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΕΓ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, ΒΓ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ Α, ΒΔ, καὶ τῷ ὑπὸ Α, ΔΕ, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ Α, ΕΓ.

Ἐὰν ἄρα ὦσι δύο εὐθεῖαι, τμηθῇ δὲ ἡ ἑτέρα αὐτῶν εἰς ὅσα δηποτοῦν τμήματα· τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ δύο εὐθειῶν ἴσον ἐστὶ τοῖς ὑπό τε τῆς ἀτμήτου καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχομένοις ὀρθογωνίοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

tinetur sub HB, BΓ, & BH ipsi A est æqualis: rectangulum autem BK est quod continetur sub ipsis A, BΔ; continetur enim sub HB, BΔ, quarum HB est æqualis A: & rectangulum ΔΛ est quod continetur sub rectis A, ΔE, quoniam ΔK, hoc est BH, ipsi A est æqualis: & similiter rectangulum EΘ est quod sub rectis A, EΓ continetur: ergo rectangulum contentum sub rectis A, BΓ est æquale rectangulo contento sub rectis A, BΔ, & contento sub rectis A, ΔE, & adhuc contento sub A, EΓ.

Si igitur sint duæ rectæ lineæ, quarum altera secta fuerit in quotcunque partes: rectangulum sub duabus rectis lineis comprehensum est æquale eis rectangulis, quæ sub recta linea non secta, & singulis alterius segmentis comprehenduntur. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὰ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑκατέρου τῶν τμημάτων περιεχόμενα ὀρθογώνια ἴσα ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ὅλης τετραγώνῳ.

Εὐθεῖα γὰρ ἡ ΑΒ τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Γ σημεῖον· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μετὰ τοῦ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ περιεχομένου ὀρθογωνίου, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετραγώνῳ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔΕΒ, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Γ ὁποτέρᾳ τῶν ΑΔ, ΒΕ παράλληλος ἡ ΓΖ.



Ἴσον δὴ τὸ ΑΕ τοῖς ΑΖ, ΓΕ· καὶ ἔστι τὸ μὲν ΑΕ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον, τὸ δὲ ΑΖ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον· περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ΔΑ, ΑΓ, ἴση δὲ ἡ ΑΔ τῇ ΑΒ· τὸ δὲ ΓΕ τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΒΓ, ἴση γὰρ ἡ ΒΕ τῇ ΑΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ, μετὰ τοῦ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετραγώνῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ, τὰ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑκατέρου τῶν τμημάτων περιεχόμενα ὀρθογώνια ἴσα ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ὅλης τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. II. Theor.

Si recta linea secetur utcunque, rectangula sub tota & utroque segmento comprehensa æquantur quadrato totius.

Recta enim linea AB secetur utcunque in puncto Γ: dico rectangulum quod sub rectis AB, BΓ comprehenditur, una cum rectangulo comprehenso sub BA, AΓ, æquari quadrato rectæ AB.

Describatur enim [per 46. 1.] ex AB quadratum AΔEB, & per Γ ducatur [per 31. 1.] alterutri ipsarum AΔ, BE parallela ΓZ.

Est igitur AE æquale rectangulis AZ, ΓE: est autem AE quadratum rectæ AB; AZ vero rectangulum comprehenditur sub rectis BA, AΓ, comprehenditur enim sub rectis ΔA, AΓ, quarum AΔ æquatur ipsi AB: & rectangulum ΓE comprehenditur sub rectis AB, BΓ, cum recta BE sit æqualis rectæ AB: rectangulum igitur comprehensum sub rectis BA, AΓ, una cum rectangulo sub AB, BΓ, æquatur quadrato rectæ AB.

Si igitur recta linea secetur utcunque, rectangula sub tota & utroque segmento comprehensa æquantur quadrato totius. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ ὡς ἔτυχε τμηθῇ, τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τμήματος τετραγώνῳ.

Εὐθεῖα γὰρ ἡ ΑΒ τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Γ σημεῖον· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, μετὰ τοῦ ἀπὸ ΒΓ τετραγώνου.

Prop. III. Theor.

Si recta linea secetur utcunque, rectangulum sub tota & uno segmento comprehensum æquatur rectangulo sub segmentis comprehenso, & prædicti segmenti quadrato.

Recta enim linea AB secta sit utcunque in puncto Γ: dico rectangulum sub AB, BΓ æquale esse rectangulo sub AΓ, ΓB, una cum quadrato rectæ BΓ.

Describa-

Describatur enim [per 46. 1.] ex ΒΓ quadratum ΓΔΕΒ, producaturque ΕΔ in Ζ, & per Α alterutri ipsarum ΓΔ, ΒΕ [per 31. 1.] parallela ducatur ΑΖ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον τὸ ΓΔΕΒ, καὶ ἤχθω ἡ ΕΔ ἐπὶ τὸ Ζ, καὶ διὰ τοῦ Α ὁποτέρᾳ τῶν ΓΔ, ΒΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΖ.



Æquale utique erit rectangulum ΑΕ ipsis ΑΔ, ΓΕ: & est ΑΕ [quidem rectangulum contentum sub rectis ΑΒ, ΒΓ; continetur etenim sub rectis ΑΒ, ΒΕ, quarum ΒΕ est æqualis ΒΓ: rectangulum vero ΑΔ est quod continetur sub rectis ΑΓ, ΓΒ, cum ΔΓ ipsi ΓΒ sit æqualis: & ΔΒ est quadratum quod fit ex ex ΒΓ: ergo rectangulum sub ΑΒ, ΒΓ, est æquale rectangulo sub ΑΓ, ΓΒ, una cum quadrato quod ex ΒΓ.

Ἴσον δή ἐστι τὸ ΑΕ τοῖς ΑΔ, ΓΕ· καὶ ἔστι τὸ μὲν ΑΕ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον, περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΕ, ἴση δὲ ἡ ΒΕ τῇ ΒΓ· τὸ δὲ ΑΔ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ, ἴση γὰρ ἡ ΔΓ τῇ ΓΒ· τὸ δὲ ΔΒ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΓΒ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετραγώνου.

Si igitur recta linea secetur utcunque, rectangulum sub tota & uno segmento comprehensum æquatur rectangulo sub segmentis comprehenso, & prædicti segmenti quadrato. quod erat demonstrandum.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τμήματος τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. IV. Theor.

Si recta linea secetur utcunque, quadratum totius æquatur quadratis segmentorum & rectangulo bis comprehenso sub segmentis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δʹ.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν τμημάτων τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Recta enim linea ΑΒ secta sit utcunque in Γ: dico quadratum quod fit ex ΑΒ æquale esse & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei rectangulo quod bis comprehenditur sub segmentis ΑΓ, ΓΒ.

Εὐθεῖα γὰρ γραμμὴ ἡ ΑΒ τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Γ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.



Describatur enim [per 46. 1.] ex ΑΒ quadratum ΑΔΕΒ, jungaturque ΒΔ, & per Γ quidem alterutri ipsarum ΑΔ, ΒΕ [per 31. 1.] parallela ducatur ΓΗΖ, per Η vero alterutri ipsarum ΑΒ, ΔΕ ducatur parallela ΘΚ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔΕΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Γ ὁποτέρᾳ τῶν ΑΔ, ΒΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΓΗΖ,* διὰ δὲ τοῦ Η ὁποτέρᾳ τῶν ΑΒ, ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΘΚ.

Et quoniam ΓΖ est parallela ipsi ΑΔ, & in ipsas incidit ΒΔ, erit exterior angulus ΒΗΓ [per 29. 1.] interiori & opposito ΑΔΒ æqualis. angulus autem ΑΔΒ [per 5. 1.] est æqualis angulo ΑΒΔ, quod & latus ΒΑ æquale est lateri ΑΔ: quare ΓΗΒ angulus angulo ΗΒΓ est æqualis: ac propterea latus ΒΓ [per 6. 1.] lateri ΓΗ æquale. sed & latus ΓΒ æquale est [per 34. 1.] lateri ΗΚ, & ΓΗ ipsi ΒΚ: ergo & ΗΚ est æquale ΚΒ: & ΓΗΚΒ est æquilaterum. dico insuper etiam rectangulum esse. quoniam enim ΓΗ est parallela ipsi ΒΚ, & in ipsas incidit ΓΒ; anguli ΚΒΓ, ΗΓΒ [per 29. 1.] duobus rectis sunt æquales. rectus autem est [per 30. def. 1.] ΚΒΓ angulus: ergo & rectus ΗΓΒ: quare & anguli oppositi ΓΗΚ, ΗΚΒ [per 34. 1.] recti erunt: rectangulum igitur est ΓΗΚΒ. sed ostensum fuit & æquilaterum esse: quadratum

Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΓΖ τῇ ΑΔ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ ΒΔ, ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΒΗΓ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΑΔΒ. ἀλλ' ἡ ὑπὸ ΑΔΒ τῇ ὑπὸ ΑΒΔ ἐστὶν ἴση, ἐπεὶ καὶ πλευρὰ ἡ ΒΑ τῇ ΑΔ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΓΗΒ ἄρα γωνία τῇ ὑπὸ ΗΒΓ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΒΓ πλευρᾷ τῇ ΓΗ ἐστὶν ἴση. ἀλλὰ καὶ ἡ ΓΒ τῇ ΗΚ ἐστὶν ἴση, ἡ δὲ ΓΗ τῇ ΒΚ, καὶ ἡ ΗΚ ἄρα τῇ ΚΒ ἐστὶν ἴση· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΓΗΚΒ. λέγω δὴ ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ ΓΗ τῇ ΒΚ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐνέπεσεν ἡ ΓΒ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΚΒΓ, ΗΓΒ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΚΒΓ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΗΓΒ. ὥστε καὶ αἱ ἀπεναντίον, αἱ ὑπὸ ΓΗΚ, ΗΚΒ ὀρθαί εἰσιν· ὀρθογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΓΗΚΒ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον· τε-

* Videtur deesse ad sensum explendum, τέμνουσα τὴν ΒΔ κατὰ τὸ Η σημεῖον. & sic non raro in sequentibus, quod semel admonuisse sat esto.

τράγωνον

τετράγωνον ἄρα ἐστὶ, καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ΒΓ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΘΖ τετράγωνόν ἐστι, καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ΘΗ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ΑΓ· τὰ ἄρα ΘΖ, ΓΚ τετράγωνα ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ εἰσί. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΗ τῷ ΗΕ, καὶ ἔστι τὸ ΑΗ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ, ἴση γὰρ ἡ ΗΓ τῇ ΓΒ· καὶ τὸ ΗΕ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ· τὰ ἄρα ΑΗ, ΗΕ ἴσα ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ. ἔστι δὲ καὶ τὰ ΘΖ, ΓΚ τετράγωνα ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ· τὰ ἄρα τέσσαρα τὰ ΘΖ, ΓΚ, ΑΗ, ΗΕ ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ἀλλὰ τὰ ΘΖ, ΓΚ, ΑΗ, ΗΕ ὅλον ἐστὶ τὸ ΑΔΕΒ, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν τμημάτων τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΕΤΕΡΑ ΔΕΙΞΙΣ.

Λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐπὶ γὰρ τῆς αὐτῆς καταγραφῆς ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΑ τῇ ΑΔ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΔ τῇ ὑπὸ ΑΔΒ· καὶ ἐπεὶ παντὸς τριγώνου αἱ τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· τοῦ ΑΒΔ ἄρα τριγώνου αἱ τρεῖς γωνίαι, αἱ ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΔΒ, ΒΑΔ, δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ, λοιπαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΔΒ μιᾷ ὀρθῇ ἴσαι εἰσί· καί εἰσιν ἴσαι, ἑκατέρα ἄρα τῶν ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΔΒ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΒΓΗ, ἴση γάρ ἐστι τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ πρὸς τὸ Α, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΗΒ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΗΒ γωνία τῇ ὑπὸ ΓΒΗ, ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΒΓ τῇ ΓΗ ἐστὶν ἴση. ἀλλ' ἡ μὲν ΓΒ τῇ ΚΗ ἐστὶν ἴση, ἡ δὲ ΓΗ τῇ ΒΚ· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΓΚ. ἔχει δὲ ὀρθὴν τὴν ὑπὸ ΓΒΚ γωνίαν· τετράγωνον ἄρα ἐστὶ τὸ ΓΚ, καὶ ἔστιν ἀπὸ τῆς ΓΒ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΘΖ τετράγωνόν ἐστι, καὶ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ· τὰ ἄρα ΓΚ, ΘΖ τετράγωνά ἐστι, καὶ ἔστιν ἴσα τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΗ τῷ ΕΗ, καὶ ἔστι τὸ ΑΗ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ, ἴση γὰρ ἡ ΓΗ τῇ ΓΒ, καὶ τὸ ΕΗ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ· τὰ ἄρα ΑΗ, ΗΕ ἴσα ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ. ἔστι δὲ καὶ τὰ ΓΚ, ΘΖ ἴσα τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ· τὰ ἄρα ΓΚ, ΘΖ, ΑΗ, ΗΕ ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ. ἀλλὰ τὰ ΓΚ, ΘΖ καὶ τὰ ΑΗ, ΗΕ ὅλον ἐστὶ τὸ ΑΕ, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον·

Τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτων φανερόν ἐστιν, ὅτι ἐν τοῖς τετραγώνοις χωρίοις τὰ περὶ τὴν διάμετρον παραλληλόγραμμα τετράγωνά ἐστιν.

igitur eſt, & eſt ex ΒΓ. eadem ratione & ΘΖ eſt quadratum, & eſt ex ΘΗ, hoc eſt ex ΑΓ: ergo ΘΖ, ΓΚ ex ipſis ΑΓ, ΓΒ quadrata ſunt. & quoniam rectangulum ΑΗ [per 43. 1.] eſt æquale rectangulo ΗΕ, atque eſt ΑΗ quod ſub rectis ΑΓ, ΓΒ continetur, eſt enim ΗΓ ipſi ΓΒ æqualis: erit & ΗΕ æquale ei quod continetur ſub ΑΓ, ΓΒ: quare rectangula ΑΗ, ΗΕ æqualia ſunt ei quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ. ſunt autem & ΘΖ, ΓΚ quadrata ex ΑΓ, ΓΒ: quatuor igitur ΘΖ, ΓΚ, ΑΗ, ΗΕ ſunt æqualia & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei rectangulo quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ. ſed ΘΖ, ΓΚ, ΑΗ, ΗΕ ſunt totum ΑΔΕΒ, quod eſt quadratum ex ΑΒ: quadratum igitur ex ΑΒ æquale eſt & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei rectangulo quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ.

Quare ſi recta linea ſecetur utcunque, quadratum totius æquatur quadratis ſegmentorum & rectangulo bis comprehenſo ſub ſegmentis. quod erat demonſtrandum.

ALITER.

Dico quadratum ex ΑΒ æquale eſſe & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei rectangulo quod bis ſub ΑΓ, ΓΒ continetur.

Quoniam enim, in eadem figura, æqualis eſt ΒΑ ipſi ΑΔ, & angulus ΑΒΔ [per 5. 1.] angulo ΑΔΒ æqualis erit: & cum [per 32. 1.] omnis trianguli tres anguli duobus rectis ſint æquales, erunt trianguli ΑΒΔ tres anguli ΑΒΔ, ΑΔΒ, ΒΑΔ æquales duobus rectis. rectus autem eſt angulus ΒΑΔ; ergo reliqui ΑΒΔ, ΑΔΒ ſunt uni recto æquales: & ſunt æquales inter ſe; uterque igitur ipſorum ΑΒΔ, ΑΔΒ eſt recti dimidius. ſed rectus eſt ΒΓΗ, æqualis namque eſt angulo interiori & oppoſito qui ad Α, reliquus igitur ΓΗΒ dimidius eſt recti: ac propterea ΓΗΒ angulus angulo ΓΒΗ eſt æqualis, & latus ΒΓ [per 6. 1.] æquale lateri ΓΗ. ſed ΓΒ [per 34. 1.] eſt æqualis ΚΗ, & ΓΗ ipſi ΒΚ; æquilaterum igitur eſt ΓΚ. habet autem rectum angulum ΓΒΚ: igitur eſt quadratum, & fit ex ΓΒ. eadem ratione & ΘΖ quadratum eſt, & æquale quadrato quod ex ΑΓ: quadrata igitur ſunt ΓΚ, ΘΖ, & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ æqualia. rurſus quoniam [per 43. 1.] rectangulum ΑΗ eſt æquale ipſi ΕΗ, atque eſt ΑΗ id quod ſub rectis ΑΓ, ΓΒ continetur, eſt enim ΓΗ ipſi ΓΒ æqualis: erit & ΕΗ æquale contento ſub rectis ΑΓ, ΓΒ: quare ΑΗ, ΗΕ æqualia ſunt ei quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ. ſunt autem & ΓΚ, ΘΖ æqualia quadratis ex ΑΓ, ΓΒ: ergo ΓΚ, ΘΖ, ΑΗ, ΗΕ æqualia ſunt & quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ. ſed ΓΚ, ΘΖ & ΑΗ, ΗΕ ſunt totum ΑΕ, quod eſt quadratum ex ΑΒ:

Quadratum igitur ex ΑΒ eſt æquale quadratis ex ΑΓ, ΓΒ & ei rectangulo quod bis continetur ſub rectis ΑΓ, ΓΒ. quod erat demonſtrandum.

Corollarium.

Ex his manifeſtum eſt, in quadratis parallelogramma quæ ſunt circa diametrum eſſe quadrata.

PROP. V. THEOR.

Si recta linea secetur in æqualia & inæqualia, rectangulum sub inæqualibus totius segmentis comprehensum una cum quadrato rectæ inter puncta sectionum æquatur quadrato dimidiæ.

Recta enim linea quæcunque AB secta sit in partes æquales ad punctum Γ, & in partes inæquales ad Δ: dico rectangulum comprehensum sub rectis AΔ, ΔB una cum quadrato quod fit ex ΓΔ æquale esse ei quod fit ex ΓB quadrato.

Describatur enim [per 46. 1.] ex BΓ quadratum ΓEZB, jungaturque BE; & per Δ quidem alterutri ipsarum ΓE, BZ [per 31. 1.] parallela ducatur ΔΘH, per Θ vero ducatur KΛM parallela alterutri ipsarum ΓB, EZ: & rursus per A ducatur alterutri ΓΛ, BM parallela AK.



Et quoniam [per 43. 1.] ΓΘ complementum æquale est complemento ΘZ, commune addatur ΔM: totum igitur ΓM toti ΔZ est æquale. sed ΓM [per 36. 1.] est æquale AΛ, quoniam AΓ æquatur ipsi ΓB: ergo & AΛ æquale est ΔZ. commune addatur ΓΘ: totum igitur AΘ ipsis ΔZ, ΔΛ æquale erit. sed AΘ quidem est quod sub rectis AΔ, ΔB continetur, est enim ΔΘ ipsi ΔB æqualis; ZΔ, ΔΛ vero est gnomon NΞO: gnomon igitur NΞO æqualis est ei quod sub rectis AΔ, ΔB continetur. commune addatur ΛH, quod æquale est [per cor. 4. 2.] quadrato ex ΓΔ: ergo NΞO gnomon & ΛH æqualia sunt rectangulo quod continetur sub rectis AΔ, ΔB & ei quod fit ex ΓΔ quadrato. sed NΞO gnomon & ΛH sunt totum quadratum ΓEZB, quod quidem fit ex ΓB: ergo rectangulum sub AΔ, ΔB una cum quadrato quod ex ΓΔ æquale est ei quod ex ΓB quadrato.

Si igitur recta linea secetur in æqualia & inæqualia, rectangulum sub inæqualibus totius segmentis comprehensum una cum quadrato rectæ inter puncta sectionum æquatur quadrato dimidiæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ έ.

Εὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα, τὸ ὑπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλης τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνῳ.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ AB τετμήσθω εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Γ, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Δ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν AΔ, ΔB περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓB τετραγώνῳ.

Αναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς BΓ τετράγωνον τὸ ΓEZB, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ BE· καὶ διὰ μὲν τοῦ Δ ὁποτέρᾳ τῶν ΓE, BZ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΘH, διὰ δὲ τοῦ Θ ὁποτέρᾳ τῶν ΓB, EZ παράλληλος ἤχθω πάλιν ἡ KΛM· καὶ πάλιν διὰ τοῦ A ὁποτέρᾳ τῶν ΓΛ, BM παράλληλος ἤχθω ἡ AK.

Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ ΓΘ παραπλήρωμα τῷ ΘZ παραπληρώματι, κοινὸν προσκείσθω τὸ ΔM· ὅλον ἄρα τὸ ΓM ὅλῳ τῷ ΔZ ἴσον ἐστίν. ἀλλὰ τὸ ΓM τῷ AΛ ἴσον ἐστὶν, ἐπεὶ καὶ ἡ AΓ τῇ ΓB ἴση ἐστί· καὶ τὸ AΛ ἄρα τῷ ΔZ ἴσον ἐστί. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΓΘ· ὅλον ἄρα τὸ AΘ τῷ ΔZ καὶ ΔΛ ἴσον ἐστί. ἀλλὰ τὸ μὲν AΘ τὸ ὑπὸ τῶν AΔ, ΔB ἐστὶν, ἴση γὰρ ἡ ΔΘ τῇ ΔB· τὸ δὲ ZΔ, ΔΛ ἐστὶν ὁ NΞO γνώμων· καὶ ὁ NΞO ἄρα γνώμων ἴσος ἐστὶ τῷ ὑπὸ AΔ, ΔB. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΛH, ὅ ἐστιν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ· ὁ ἄρα NΞO γνώμων καὶ τὸ ΛH ἴσα ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν AΔ, ΔB περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνῳ. ἀλλὰ ὁ NΞO γνώμων καὶ τὸ ΛH ὅλον ἐστὶ τὸ ΓEZB τετράγωνον, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς ΓB· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν AΔ, ΔB περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓB τετραγώνῳ.

Εὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα, τὸ ὑπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλης τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. VI. THEOR.

Si recta linea secetur bifariam & illi recta quæcunque linea in directum adjiciatur, rectangulum comprehensum sub composita ex tota cum adjecta

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ς′.

Εὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα, προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ καὶ τῆς προσκειμένης περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἡμισείας σίας τετραγώνῳ ἴσον ἐςὶ τῷ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας καὶ τῆς προσκειμένης ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

& adjecta una cum quadrato dimidiæ æquatur quadrato compositæ ex dimidia & adjecta tanquam una linea.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Γ σημεῖον, προσκείσθω δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας ἡ ΒΔ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΒ τετραγώνου ἴσον ἐςὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνῳ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετράγωνον τὸ ΓΕΖΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΕ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Β σημείου ὁποτέρᾳ τῶν ΓΕ, ΔΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΒΘΗ· διὰ δὲ τοῦ Θ σημείου ὁποτέρᾳ τῶν ΑΔ, ΕΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΛΜ· καὶ ἔτι διὰ τοῦ Α ὁποτέρᾳ τῶν ΓΛ, ΔΜ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΚ.



Ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ, ἴσον ἐςὶ καὶ τὸ ΑΛ τῷ ΓΘ. ἀλλὰ καὶ τὸ ΓΘ τῷ ΘΖ ἴσον ἐςί· καὶ τὸ ΑΛ ἄρα τῷ ΘΖ ἴσον ἐςί. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΓΜ· ὅλον ἄρα τὸ ΑΜ τῷ ΝΞΟ γνώμονί ἐςιν ἴσον. ἀλλὰ τὸ ΑΜ ἐςὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ, ἴση γάρ ἐςιν ἡ ΔΜ τῇ ΔΒ· καὶ ὁ ΝΞΟ ἄρα γνώμων ἴσος ἐςὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΛΗ, ὅ ἐςιν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΓΒ τετραγώνῳ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετραγώνου ἴσον ἐςὶ τῷ ΝΞΟ γνώμονι καὶ τῷ ΛΗ. ἀλλὰ ὁ ΝΞΟ γνώμων καὶ τὸ ΛΗ ὅλον ἐςὶ τὸ ΓΕΖΔ τετράγωνον, ὅ ἐςιν ἀπὸ τῆς ΓΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετραγώνου ἴσον ἐςὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα, προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ καὶ τῆς προσκειμένης περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τετραγώνου ἴσον ἐςὶ τῷ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας καὶ τῆς προσκειμένης τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Recta enim linea quæcunque AB secetur bifariam in puncto Γ, adjiciaturque ipsi in directum recta quæcunque BΔ: dico rectangulum sub AΔ, ΔB una cum quadrato à ΓB æquale esse ei quod fit ex ΓΔ quadrato.

Describatur enim [per 46. 1.] ex ΓΔ quadratum ΓEZΔ, & jungatur ΔE; perque B [per 31. 1.] alterutri ipsarum ΓE, ΔZ parallela ducatur BΘH: & per Θ ducatur KΛM parallela alterutri ipsarum AΔ, EZ: & adhuc per A alterutri ΓΛ, ΔM parallela AK.

Itaque quoniam AΓ est æqualis ΓB, erit & rectangulum AΛ [per 36. 1.] rectangulo ΓΘ æquale. sed ΓΘ [per 43. 1.] æquale est ΘZ: ergo & AΛ ipsi ΘZ æquale erit. commune addatur ΓM: totum igitur AM gnomoni NΞO est æquale. atqui est AM, quod continetur sub rectis AΔ, ΔB, etenim ΔM [per cor. 4. 2.] est æqualis ΔB: ergo & gnomon NΞO æqualis est rectangulo comprehenso sub rectis AΔ, ΔB. rursus commune addatur ΛH, æquale scilicet quadrato quod ex ΓB: rectangulum igitur comprehensum sub rectis AΔ, ΔB una cum quadrato quod ex BΓ æquale est gnomoni NΞO & ipsi ΛH. sed gnomon NΞO & ΛH totum sunt ΓEZΔ quadratum; quod quidem fit ex ΓΔ: ergo rectangulum sub AΔ, ΔB una cum quadrato ex BΓ æquale est ei quod fit ex ΓΔ quadrato.

Si igitur recta linea secetur bifariam, & illi recta quæcunque linea in directum adjiciatur; rectangulum comprehensum sub composita ex tota cum adjecta & adjecta una cum quadrato dimidiæ æquatur quadrato compositæ ex dimidia & adjecta tanquam una linea. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀφ' ἑνὸς τῶν τμημάτων, τὰ συναμφότερα τετράγωνα, ἴσα ἐςὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Γ σημεῖον· λέγω ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνα ἴσα ἐςὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνῳ.

Prop. VII. Theor.

Si recta linea secetur utcunque, quadrata totius & unius è segmentis simul sumpta æquantur rectangulo bis comprehenso sub tota & dicto segmento una cum quadrato reliqui segmenti.

Recta enim linea quæcunque AB secta sit utcunque in puncto Γ: dico quadrata ex AB, BΓ æqualia esse & rectangulo quod bis sub rectis AB, BΓ continetur & ei quod fit ex AΓ quadrato.

 Describatur

Describatur enim [per 46. 1.] ex AB quadratum ΑΔΕΒ, & figura construatur.

Itaque quoniam ΑΗ rectangulum æquale est [per 43. 1.] rectangulo ΗΒ, commune addatur ΓΖ: quare totum ΑΖ toti ΓΕ est æquale: rectangula igitur ΑΖ, ΓΕ dupla sunt rectanguli ΑΖ. sed ΑΖ, ΓΕ sunt ΚΛΜ gnomon & quadratum ΓΖ: ergo ΚΛΜ gnomon & quadratum ΓΖ dupla erunt rectanguli ΑΖ. est autem id quod bis continetur sub rectis ΑΒ, ΒΓ duplum ipsius ΑΖ; etenim [per cor. 4. 2.] ΒΖ est æqualis ΒΓ: gnomon igitur ΚΛΜ & quadratum ΓΖ æqualia sunt ei quod bis sub rectis ΑΒ, ΒΓ continetur. commune addatur ΘΝ, quod est ex ΑΓ quadratum: ergo gnomon ΚΛΜ & quadrata ΓΖ, ΘΝ æqualia sunt ei quod bis sub rectis ΑΒ, ΒΓ continetur & quadrato ex ΑΓ. at gnomon ΚΛΜ & quadrata ΓΖ, ΘΝ totum sunt ΑΔΕΒ, & ΓΖ; quæ sunt ex ΑΒ, ΒΓ quadrata: quadrata igitur ex ΑΒ, ΒΓ æqualia sunt rectangulo quod bis sub rectis ΑΒ, ΒΓ continetur una cum eo quod fit ex ΑΓ quadrato.



Si igitur recta linea secetur utcunque, quadrata totius & unius è segmentis simul sumpta æquantur rectangulo bis comprehenso sub tota & dicto segmento una cum quadrato reliqui segmenti. quod erat demonstrandum.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔΕΒ· καὶ καταγεγράφθω τὸ σχῆμα.

Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΗ τῷ ΗΕ, κοινὸν προσκείσθω τὸ ΓΖ· ὅλον ἄρα τὸ ΑΖ ὅλῳ τῷ ΓΕ ἐστὶν ἴσον· τὰ ἄρα ΑΖ, ΓΕ διπλάσιά ἐστι τοῦ ΑΖ. ἀλλὰ τὰ ΑΖ, ΓΕ ὁ ΚΛΜ ἐστὶ γνώμων καὶ τὸ ΓΖ τετράγωνον· ὁ ΚΛΜ ἄρα γνώμων καὶ τὸ ΓΖ διπλάσιά ἐστι τοῦ ΑΖ. ἔστι δὲ τοῦ ΑΖ διπλάσιον καὶ τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ἴση γὰρ ἡ ΒΖ τῇ ΒΓ· ὁ ἄρα ΚΛΜ γνώμων καὶ τὸ ΓΖ τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΘΝ, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς ΑΓ τετράγωνον· ὁ ἄρα ΚΛΜ γνώμων καὶ τὰ ΓΖ, ΘΝ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνῳ. ἀλλ᾽ ὁ ΚΛΜ γνώμων καὶ τὰ ΓΖ, ΘΝ τετράγωνα ὅλον ἐστὶ τὸ ΑΔΕΒ καὶ τὸ ΓΖ, ἅ ἐστιν ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνα· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀφ᾽ ἑνὸς τῶν τμημάτων, τὰ συναμφότερα τετράγωνα, ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VIII. Theor.

Si recta linea secetur utcunque, rectangulum quater comprehensum sub tota & uno è segmentis una cum quadrato reliqui segmenti æquatur quadrato compositæ ex tota & prædicto segmento tanquam ex una linea.

Recta enim linea ΑΒ secta sit utcunque in Γ: dico rectangulum quater sub rectis ΑΒ, ΒΓ contentum una cum quadrato quod ex ΑΓ æquale esse quadrato quod ex ΑΒ, ΒΓ tanquam ex una linea describitur.

Producatur enim in directum rectæ ΑΒ recta ΒΔ, & ipsi ΓΒ ponatur æqualis ΒΔ, describaturque [per 46. 1.] ex ΑΔ quadratum ΑΕΖΔ, & dupla figura construatur.

Quoniam igitur ΓΒ est æqualis ΒΔ, atque est ΓΒ [per 34. 1.] ipsi ΗΚ æqualis, ΒΔ vero ipsi ΚΝ, erit & ΗΚ æqualis ΚΝ. eadem ratione & ΠΡ ipsi ΡΟ est æqualis. & quoniam ΓΒ est æqualis ΒΔ, & ΗΚ ipsi ΚΝ; erit [per 36. 1.] rectangulum quidem ΓΚ æquale rectangulo ΒΝ, rectangulum vero ΗΡ ipsi ΡΝ. sed ΓΚ est [per 43. 1.] æquale ΡΝ, complementa enim sunt parallelogrammi ΓΟ: ergo & ΒΝ æquale est ΗΡ, & quatuor rectangula ΒΝ, ΚΓ,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ τετράκις ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ τετμήσθω ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Γ σημεῖον· λέγω ὅτι τὸ τετράκις ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ, ΒΓ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

Ἐκβεβλήσθω γὰρ ἐπ᾽ εὐθείας τῇ ΑΒ εὐθεῖα ἡ ΒΔ, καὶ κείσθω τῇ ΓΒ ἴση ἡ ΒΔ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς ΑΔ τετράγωνον τὸ ΑΕΖΔ, καὶ καταγεγράφθω διπλοῦν τὸ σχῆμα.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΒΔ, ἀλλὰ ἡ μὲν ΓΒ τῇ ΗΚ ἐστὶν ἴση, ἡ δὲ ΒΔ τῇ ΚΝ, καὶ ἡ ΗΚ τῇ ΚΝ ἐστὶν ἴση. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΠΡ τῇ ΡΟ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΓΒ τῇ ΒΔ, ἡ δὲ ΗΚ τῇ ΚΝ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ΓΚ τῷ ΒΝ, τὸ δὲ ΗΡ τῷ ΡΝ. ἀλλὰ τὸ ΓΚ τῷ ΡΝ ἐστὶν ἴσον, παραπληρώματα γὰρ τοῦ ΓΟ παραλληλογράμμου· καὶ τὸ ΒΝ ἄρα τῷ ΗΡ ἐστὶν ἴσον· τὰ τέσσαρα ἄρα τὰ ΒΝ, ΚΓ,

ΗΡ,

ΗΡ, ΡΝ ἴσα ἀλλήλοις ἐστί· τὰ τέσσαρα ἄρα τετραπλάσιά ἐστι τοῦ ΓΚ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΒΔ, ἀλλὰ ἡ μὲν ΒΔ τῇ ΒΚ, τουτέστι τῇ ΓΗ ἐστὶν ἴση, ἡ δὲ ΓΒ τῇ ΗΚ, τουτέστι τῇ ΗΠ ἴση ἐστί· καὶ ἡ ΓΗ ἄρα τῇ ΗΠ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΓΗ τῇ ΗΠ, ἡ δὲ ΠΡ τῇ ΡΟ· ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ μὲν ΑΗ τῷ ΜΠ, τὸ δὲ ΠΛ τῷ ΡΖ. ἀλλὰ τὸ ΜΠ τῷ ΠΛ ἐστὶν ἴσον, παραπληρώματα γὰρ τοῦ ΜΛ παραλληλογράμμου· καὶ τὸ ΑΗ ἄρα τῷ ΡΖ ἴσον ἐστί· τὰ τέσσαρα ἄρα τὰ ΑΗ, ΜΠ, ΠΛ, ΡΖ ἴσα ἀλλήλοις ἐστί· τὰ τέσσαρα ἄρα τοῦ ΑΗ ἐστὶ τετραπλάσια. ἐδείχθη δὲ καὶ τὰ τέσσαρα τὰ ΓΚ, ΒΝ, ΗΡ, ΡΝ τοῦ ΓΚ τετραπλάσια· τὰ ἄρα ὀκτὼ ἃ περιέχει τὸν ΣΤΥ γνώμονα τετραπλάσια τοῦ ΑΚ ἐστί. καὶ ἐπεὶ τὸ ΑΚ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΔ ἐστίν, ἴση γὰρ ἐστὶν ἡ ΒΚ τῇ ΒΔ· τὸ ἄρα τετράκις ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΔ τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ ΑΚ. ἐδείχθη δὲ τοῦ ΑΚ τετραπλάσιος ἐστὶν ὁ ΣΤΥ γνώμων· τὸ ἄρα τετράκις ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ΣΤΥ γνώμονι. κοινὸν προσκείσθω τὸ ΞΘ, ὅ ἐστιν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνῳ· τὸ ἄρα τετράκις ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΔ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ΣΤΥ γνώμονι καὶ τῷ ΞΘ. ἀλλὰ ὁ ΣΤΥ γνώμων καὶ τὸ ΞΘ ὅλον ἐστὶ τὸ ΑΕΖΔ τετράγωνον, ὅ ἐστιν ἀπὸ τῆς ΑΔ· τὸ ἄρα τετράκις ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΔ, τουτέστι τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ καὶ ΒΓ ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ ὡς ἔτυχε, τὸ τετράκις ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ ἑνὸς τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ εἰρημένου τμήματος ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντι τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΗΡ, ΡΝ sunt inter se æqualia, ideoque quadrupla sunt rectanguli ΓΚ. rursus quoniam ΓΒ est æqualis ΒΔ, & ΒΔ quidem ipsi ΒΚ, hoc est [per 34. 1.] ipsi ΓΗ æqualis; ΓΒ vero ipsi ΗΚ, hoc est ΗΠ: est igitur ΓΗ æqualis ΗΠ. est autem & ΠΡ ipsi ΡΟ æqualis: rectangulum igitur ΑΗ [per 36. 1.] rectangulo ΜΠ, & rectangulum ΠΛ ipsi ΡΖ æquale erit. sed ΜΠ est [per 43. 1.] æquale ΠΛ; complementa enim sunt ΜΛ parallelogrammi; quare & ΑΗ ipsi ΡΖ est æquale: quatuor igitur ΑΗ, ΜΠ, ΠΛ, ΡΖ inter se sunt æqualia, ac propterea ipsius ΑΗ quadrupla. ostensum autem est & quatuor ΓΚ, ΒΝ, ΗΡ, ΡΝ quadrupla esse ΓΚ: quare octo quæ gnomonem ΣΤΥ constituunt ΑΚ quadrupla sunt. & quoniam ΑΚ est quod sub rectis ΑΒ, ΒΔ continetur; etenim ΒΚ est [per cor. 4. 2.] æqualis ΒΔ: erit contentum quater sub rectis ΑΒ, ΒΔ ipsius ΑΚ quadruplum. at demonstratus est gnomon ΣΤΥ quadruplus ipsius ΑΚ: quod igitur quater continetur sub rectis ΑΒ, ΒΔ æquale est gnomoni ΣΤΥ. commune addatur ΞΘ, quod quidem [per cor. 4. 2.] quadrato ex ΑΓ est æquale: ergo quod quater continetur sub rectis ΑΒ, ΒΔ una cum quadrato ex ΑΓ æquale est ipsi ΣΤΥ gnomoni & quadrato ΞΘ. sed ΣΤΥ gnomon & ΞΘ constituunt totum ΑΕΖΔ quadratum, quod describitur à recta ΑΔ: rectangulum igitur quater sub rectis ΑΒ, ΒΓ comprehensum una cum quadrato ex ΑΓ æquale est ei quod ex ΑΔ, hoc est ex ΑΒ, ΒΓ tanquam ex una linea, describitur quadrato.



Si igitur recta linea secetur utcunque, rectangulum quater comprehensum sub tota & uno è segmentis una cum quadrato reliqui segmenti æquatur quadrato compositæ ex tota & prædicto segmento tanquam ex una linea. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θʹ.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα, τὰ ἀπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλης τμημάτων τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τοῦ τε ἀπὸ τῆς ἡμισείας καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ τετμήσθω εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Γ, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Δ· λέγω ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Γ τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΓΕ, καὶ κείσθω ἴση ἑκατέρᾳ τῶν ΑΓ, ΓΒ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΑ, ΕΒ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Δ τῇ ΕΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΖ, διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΗ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ.

PROP. IX. THEOR.

Si recta linea secetur in æqualia & inæqualia, quadrata inæqualium segmentorum sunt dupla quadratorum à dimidia & à recta inter puncta sectionum.

Recta enim linea quæcunque ΑΒ secta sit in partes æquales ad Γ & in partes inæquales ad Δ: dico quadrata ex ΑΔ, ΔΒ quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ dupla esse.

Ducatur enim [per 11. 1.] à puncto Γ ipsi ΑΒ ad rectos angulos ΓΕ, & ponatur æqualis alterutri ipsarum ΑΓ, ΓΒ, junganturque ΕΑ, ΕΒ; ac per Δ quidem [per 31. 1.] ipsi ΕΓ parallela ducatur ΔΖ, per Ζ vero ipsi ΑΒ parallela ΖΗ, & ΑΖ jungatur.

Itaque

Itaque quoniam ΑΓ est æqualis ΓΕ, erit & angulus ΕΑΓ [per 5. 1.] angulo ΑΕΓ æqualis. & cum rectus sit angulus ad Γ, reliqui ΑΕΓ, ΕΑΓ [per 32. 1.] uni recto æquales erunt, & sunt æquales inter se: uterque igitur ipsorum ΑΕΓ, ΕΑΓ est recti dimidius. eadem ratione & recti dimidius est uterque ipsorum ΓΕΒ, ΕΒΓ: ergo totus angulus ΑΕΒ rectus est. & quoniam angulus ΗΕΖ dimidius est recti, rectus autem ΕΗΖ; æqualis enim est [per 29. 1.] interiori & opposito ΕΓΒ: erit & reliquus ΕΖΗ recti dimidius: æqualis igitur est ΗΕΖ angulus ipsi ΕΖΗ: quare & latus ΕΗ [per 6. 1.] lateri ΗΖ est æquale. rursus quoniam angulus ad Β dimidius est recti, rectus autem ΖΔΒ quod sit [per 29. 1.] æqualis interiori & opposito ΕΓΒ, reliquus ΒΖΔ recti erit dimidius: angulus igitur ad Β æqualis est angulo ΔΖΒ: ideoque latus ΔΖ [per 6. 1.] lateri ΔΒ æquale. & quoniam ΑΓ est æqualis ΓΕ, erit & ex ΑΓ quadratum æquale quadrato ex ΓΕ: quadrata igitur ex ΑΓ, ΓΕ dupla sunt quadrati ex ΑΓ. quadratis autem ex ΑΓ, ΓΕ, æquale est [per 47. 1.] quadratum ex ΕΑ, siquidem rectus est angulus ΑΓΕ: ergo quadratum ex ΕΑ quadrati ex ΑΓ est duplum. rursus quoniam ΕΗ æqualis est ΗΖ, & quadratum ex ΕΗ quadrato ex ΗΖ est æquale: quadrata igitur ex ΕΗ, ΗΖ dupla sunt quadrati ex ΗΖ. at quadratis ex ΕΗ ΗΖ æquale est [per 47. 1.] quod ex ΕΖ quadratum: ergo quadratum ex ΕΖ quadrati ex ΗΖ duplum erit. æqualis autem est ΗΖ [per 34. 1.] ipsi ΓΔ: quadratum igitur ex ΕΖ duplum est quadrati ex ΓΔ. sed & quadratum ex ΑΕ quadrati ex ΑΓ est duplum: ergo quadrata ex ΑΕ, ΕΖ dupla sunt quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ. quadratis vero ex ΑΕ, ΕΖ æquale est [per 47. 1.] ex ΑΖ quadratum; quoniam angulus ΑΕΖ rectus est: quadratum igitur ex ΑΖ quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ est duplum. sed quadrato ex ΑΖ [per 47. 1.] æqualia sunt ex ΑΔ, ΔΖ quadrata; rectus enim est angulus qui ad Δ: ergo ex ΑΔ, ΔΖ quadrata dupla sunt quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ. est autem ΔΖ ipsi ΔΒ æqualis: quadrata igitur ex ΑΔ, ΔΒ quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ dupla erunt.

Si igitur recta linea secetur in æqualia & inæqualia, quadrata inæqualium segmentorum sunt dupla quadratorum à dimidia & à recta inter puncta sectionum. quod erat demonstrandum.



Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΕ, ἴση ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΕΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΕΓ. καὶ ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἡ πρὸς τῷ Γ, λοιπαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ ΑΕΓ, ΕΑΓ μιᾷ ὀρθῇ ἴσαι εἰσίν· ἡμίσεια ἄρα ὀρθῆς ἐστιν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΑΕΓ, ΕΑΓ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΓΕΒ, ΕΒΓ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΕΒ ὀρθή ἐστι. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΗΕΖ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς, ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΕΗΖ, ἴση γάρ ἐστι τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΕΓΒ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΕΖΗ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΗΕΖ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΖΗ· ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΕΗ πλευρᾷ τῇ ΗΖ ἐστὶν ἴση. πάλιν ἐπεὶ ἡ πρὸς τῷ Β γωνία ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς, ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΖΔΒ, ἴση γὰρ πάλιν ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΕΓΒ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΖΔ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ἴση ἄρα ἡ πρὸς τῷ Β γωνία τῇ ὑπὸ ΔΖΒ· ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΔΖ πλευρᾷ τῇ ΔΒ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΕ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΕ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΕ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΕ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΑ τετράγωνον, ὀρθὴ γὰρ ἡ ὑπὸ ΑΓΕ γωνία· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΑ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΕΗ τῇ ΗΖ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ τῷ ἀπὸ τῆς ΗΖ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΖ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΖ τετραγώνου. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΖ τετραγώνοις ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΖ τετράγωνον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΖ. ἴση δὲ ἡ ΗΖ τῇ ΓΔ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΖ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΔ. ἔστι δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΕ διπλάσιον τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΕ, ΕΖ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΕ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΖ τετράγωνον, ὀρθὴ γὰρ ἡ ὑπὸ ΑΕΖ γωνία· τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς ΑΖ τετράγωνον διπλάσιόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ. τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ΑΖ ἴσα τὰ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΖ, ὀρθὴ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΖ διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων. ἴση δὲ ἡ ΔΖ τῇ ΔΒ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ εἰς ἴσα καὶ ἄνισα, τὰ ἀπὸ τῶν ἀνίσων τῆς ὅλης τμημάτων τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τοῦ τε ἀπὸ τῆς ἡμισείας καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν τετραγώνου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. X. Theor.

Si recta linea secetur bifariam & illi recta quæcunque linea in directum adjiciatur, quadratum compositæ ex tota

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

Ἐὰν εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα, προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς προσκειμένης

κειμένης, τὰ συναμφότερα τετράγωνα, διπλάσιά ἐστι τοῦ τε ἀπὸ τῆς ἡμισείας καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας καὶ τῆς προσκειμένης ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντος τετραγώνου.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΑΒ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Γ, προσκείσθω δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας ἡ ΒΔ· λέγω ὅτι τὰ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΓΕ, καὶ κείσθω ἴση ἑκατέρᾳ τῶν ΑΓ, ΓΒ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΕ, ΕΒ· καὶ διὰ μὲν τοῦ Ε τῇ ΑΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΖ, διὰ δὲ τοῦ Δ τῇ ΓΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΖ. καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους εὐθείας τὰς ΕΓ, ΖΔ εὐθεῖά τις ἐνέπεσεν ἡ ΕΖ, αἱ ὑπὸ ΓΕΖ, ΕΖΔ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΖΕΒ, ΕΖΔ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσιν. αἱ δὲ ἀπὸ ἐλασσόνων ἢ δύο ὀρθῶν ἐκβαλλόμεναι συμπίπτουσιν· αἱ ἄρα ΕΒ, ΖΔ ἐκβαλλόμεναι ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη συμπεσοῦνται. ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΗ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΕ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΕΓ τῇ ὑπὸ ΕΑΓ, καὶ ὀρθὴ ἡ πρὸς τὸ Γ· ἡμίσεια ἄρα ὀρθῆς ἐστιν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΕΑΓ, ΑΕΓ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΓΕΒ, ΕΒΓ ἡμίσειά ὀρθῆς ἐστιν· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΕΒ. καὶ ἐπεὶ ἡμίσειά ὀρθῆς ἐστιν ἡ ὑπὸ ΕΒΓ, ἡμίσεια ἄρα ὀρθῆς καὶ ἡ ὑπὸ ΔΒΗ. ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΔΗ ὀρθή, ἴση γάρ ἐστι τῇ ὑπὸ ΔΓΕ, ἐναλλὰξ γάρ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΗΒ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ἡ ἄρα ὑπὸ ΔΗΒ τῇ ὑπὸ ΔΒΗ ἐστὶν ἴση, ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΒΔ πλευρᾷ τῇ ΗΔ ἐστὶν ἴση. πάλιν, ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΕΗΖ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς, ὀρθὴ δὲ ἡ πρὸς τῷ Ζ, ἴση γάρ ἐστι τῇ ἀπεναντίον τῇ πρὸς τῷ Γ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΕΗ ἡμίσειά ἐστιν ὀρθῆς· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΕΗΖ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΕΗ· ὥστε καὶ πλευρὰ ἡ ΗΖ πλευρᾷ τῇ ΕΖ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΕΓ τῇ ΓΑ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΓ τετράγωνον τῷ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνῳ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΓ, ΓΑ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΑ τετραγώνου. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΕΓ, ΓΑ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΑ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΑ τετράγωνον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου. πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΗΖ τῇ ΕΖ, ἴσον ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΗ τετράγωνον τῷ ἀπὸ τῆς ΖΕ τετραγώνῳ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΖΗ, ΖΕ διπλάσιά ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΖ. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΗΖ, ΖΕ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ τετράγωνον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΗ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΖ. ἴση δὲ ἡ ΕΖ τῇ ΓΔ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΗ τετράγωνον διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΔ. ἐδείχθη δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΑ διπλάσιον τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΕ, ΕΗ τετράγωνα



& adjecta & quadratum adjectæ simul sumpta sunt dupla & quadrati ex dimidia & quadrati compositæ ex dimidia & adjecta tanquam una linea.

Recta enim AB secetur bifariam in Γ, & ipsi in directum adjiciatur quæcunque recta linea BΔ: dico quadrata ex AΔ, ΔB quadratorum ex AΓ, ΓΔ dupla esse.

Ducatur enim à puncto Γ [per 11.1.] ipsi AB ad rectos angulos ΓE, & ponatur æqualis alterutri ipsarum AΓ, ΓB; junganturque AE, EB, & per E quidem ipsi AΔ [per 31.1.] parallela ducatur EZ, per Δ vero ducatur ΔZ parallela ipsi ΓE. & quoniam in parallelas EΓ, ZΔ recta quædam linea EZ incidit, anguli ΓEZ, EZΔ [per 29.1.] æquales sunt duobus rectis: anguli igitur ZEB, EZΔ duobus rectis sunt minores. quæ autem rectæ à minoribus angulis, quam sunt duo recti, in infinitum producuntur [per ax.11.] conveniunt inter se: ergo EB, ZΔ productæ ad partes BΔ convenient. producantur, & conveniant in puncto H, & AH jungatur.

Itaque quoniam AΓ est æqualis ΓE, angulus AEΓ [per 5.1.] angulo EAΓ æqualis erit, atque est rectus qui ad Γ: uterque igitur ipsorum EAΓ, AEΓ [per 32.1.] est recti dimidius. eadem ratione & recti dimidius est uterque ΓEB, EBΓ: ergo AEB est rectus. & quoniam EBΓ est dimidius recti: erit & recti dimidius ΔBH [per 15.1.] sed & BΔH [per 29.1.] rectus est, etenim est æqualis ipsi ΔΓE alterno: reliquus ideo ΔHB dimidius est recti, igitur & angulus ΔHB ipsi ΔBH æqualis: ergo & latus BΔ [per 6.1.] æquale lateri HΔ. rursus, quoniam EHZ dimidius recti, rectus autem qui ad Z, est enim [per 34.1.] angulo opposito qui ad Γ æqualis; erit & reliquus ZEH recti dimidius: igitur EHZ angulus æqualis ipsi ZEH; quare & latus HZ [per 6.1.] lateri EZ est æquale. & cum EΓ sit æqualis ΓA, & quadratum ex EΓ æquale est ei quod ex AΓ quadrato: ergo quadrata ex EΓ, ΓA dupla sunt quadrati ex ΓA. quadratis autem ex EΓ, ΓA æquale est [per 47.1.] quadratum ex EA: quadratum igitur ex EA duplum est quadrati ex AΓ. rursus, quoniam HZ est æqualis EZ, æquale est & ex ZH quadratum quadrato ex ZE: quadrata igitur ex ZH, ZE quadrati ex EZ sunt dupla. at quadratis ex HZ, ZE æquale est [per 47.1.] quod ex EH quadratum: ergo quadratum ex EH duplum est quadrati ex EZ. æqualis autem est EZ ipsi ΓΔ: quadratum igitur ex EH quadrati ex ΓΔ duplum erit. sed ostensum est quadratum ex EA duplum esse quadrati ex AΓ: ergo quadrata ex AE, EH sunt

sunt dupla quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ. quadratis vero ex ΑΕ, ΕΗ æquale est [per 47. 1.] quod ex ΑΗ quadratum: quadratum igitur ex ΑΗ duplum est quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ. at quadrato ex ΑΗ æqualia sunt [per 47. 1.] ex ΑΔ, ΔΗ quadrata: ergo quadrata ex ΑΔ, ΔΗ sunt dupla quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ. sed ΔΗ est æqualis ΔΒ: quadrata igitur ex ΑΔ, ΔΒ sunt dupla quadratorum ex ΑΓ, ΓΔ.

Si igitur recta linea secetur bifariam & illi recta quæcunque linea in directum adjiciatur, quadratum compositæ ex tota & adjecta & quadratum adjectæ simul sumpta sunt dupla & quadrati ex dimidia & quadrati compositæ ex dimidia & adjecta tanquam una linea. quod erat demonstrandum.

διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων. τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΕ, ΕΗ τετραγώνοις ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΗ τετράγωνον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΑΗ διπλάσιόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ. τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ΑΗ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΗ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΗ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων. ἴση δὲ ἡ ΔΗ τῇ ΔΒ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ τετράγωνα διπλάσιά ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΑΓ, ΓΔ τετραγώνων.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα γραμμὴ τμηθῇ δίχα, προστεθῇ δέ τις αὐτῇ εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας· τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης σὺν τῇ προσκειμένῃ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς προσκειμένης, τὰ συναμφότερα τετράγωνα, διπλάσιά ἐστι τοῦ τε ἀπὸ τῆς ἡμισείας καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς συγκειμένης ἔκ τε τῆς ἡμισείας καὶ τῆς προσκειμένης ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀναγραφέντος τετραγώνου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XI. Probl.

Datam rectam lineam ita secare, ut rectangulum sub tota & altero segmento æquetur quadrato reliqui segmenti.

SIT data recta linea ΑΒ: oportet ipsam ΑΒ ita secare, ut quod sub tota & altera parte continetur rectangulum æquale sit ei quod à reliqua parte fit quadrato.

Describatur enim [per 46. 1.] ex ΑΒ quadratum ΑΒΔΓ, seceturque [per 10. 1.] ΑΓ bifariam in Ε, & ΒΕ jungatur; deinde, producta ΓΑ in Ζ [per 3. 1.] ponatur ipsi ΒΕ æqualis ΕΖ, describaturque ex ΑΖ quadratum ΖΘ, & ΗΘ ad Κ producatur: dico ΑΒ ita sectam esse in Θ, ut rectangulum sub ΑΒ, ΒΘ æquale sit quadrato ex ΑΘ.



Quoniam enim recta linea ΑΓ bifariam secatur in Ε, adjiciturque ipsi in directum ΑΖ; rectangulum sub ΓΖ, ΖΑ una cum quadrato ex ΑΕ æquale erit [per 6. 2.] quadrato ex ΕΖ. sed ΕΖ est æqualis ΕΒ: rectangulum igitur sub ΓΖ, ΖΑ una cum quadrato ex ΑΕ æquale est ei quod fit ex ΕΒ quadrato. quadrato autem ex ΕΒ æqualia sunt [per 47. 1.] quadrata ex ΒΑ, ΑΕ, etenim angulus ad Α rectus est: ergo rectangulum sub ΓΖ, ΖΑ una cum quadrato ex ΑΕ æquale est quadratis ex ΒΑ, ΑΕ. commune auferatur quod ex ΑΕ quadratum: reliquum igitur rectangulum sub ΓΖ, ΖΑ æquale est quadrato ex ΑΒ. est autem sub ΓΖ, ΖΑ quidem rectangulum ΖΚ, siquidem ΑΖ est æqualis ΖΗ; quadratum autem ex ΑΒ est ipsum ΑΔ: rectangulum igitur ΖΚ æquale est quadrato ΑΔ. commune auferatur ΑΚ: ergo reliquum ΖΘ reliquo ΘΔ est æquale. atque est ΘΔ rectangulum sub ΑΒ, ΒΘ, cum ΑΒ

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιαʹ.

Τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν τεμεῖν, ὥστε τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον εἶναι τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ τὴν ΑΒ τεμεῖν, ὥστε τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον εἶναι τῷ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ τμήματος τετραγώνῳ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΒΔΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΓ δίχα κατὰ τὸ Ε σημεῖον, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΕ, καὶ διήχθω ἡ ΓΑ ἐπὶ τὸ Ζ, καὶ κείσθω τῇ ΒΕ ἴση ἡ ΕΖ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς ΑΖ τετράγωνον τὸ ΖΘ, καὶ διήχθω ἡ ΗΘ ἐπὶ τὸ Κ· λέγω ὅτι ἡ ΑΒ τέτμηται κατὰ τὸ Θ, ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΘ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον εἶναι τῷ ἀπὸ τῆς ΑΘ τετραγώνῳ.

Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ ΑΓ τέτμηται δίχα κατὰ τὸ Ε, πρόσκειται δὲ αὐτῇ ἡ ΑΖ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΑ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΕ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΖ τετραγώνῳ. ἴση δὲ ἡ ΕΖ τῇ ΕΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΑ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΕ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΒ τετραγώνῳ. ἀλλὰ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΒ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΕ, ὀρθὴ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Α γωνία· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΑ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΕ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΕ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΑΕ· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΑ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετραγώνῳ. καὶ ἔστι τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΑ τὸ ΖΚ, ἴση γὰρ ἡ ΑΖ τῇ ΖΗ· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΑΒ τὸ ΑΔ· τὸ ἄρα ΖΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ΑΔ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΑΚ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΖΘ τῷ ΘΔ ἴσον ἐστί. καί ἐστι τὸ μὲν ΘΔ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΘ, ἴση γὰρ ἡ ΑΒ

τῇ

τῇ ΒΔ· τὸ δὲ ΖΘ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΘ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΘ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΘ τετραγώνῳ.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ τέτμηται κατὰ τὸ Θ, ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΘ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον εἶναι τῷ ἀπὸ τῆς ΘΑ τετραγώνῳ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

sit æqualis ΒΔ; & ΖΘ est quadratum ex ΑΘ: rectangulum igitur sub ΑΒ, ΒΘ quadrato ex ΑΘ æquale erit.

Quare data recta linea ΑΒ ita secatur in puncto Θ, ut rectangulum sub ΑΒ, ΒΘ æquale sit quadrato ex ΑΘ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐν τοῖς ἀμβλυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον μεῖζόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ἐφ' ἣν ἐκβληθεῖσαν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐκτὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ἀμβλείᾳ γωνίᾳ.

Prop. XII. Theor.

In triangulis amblygoniis quadratum lateris subtendentis angulum obtusum majus est quam quadrata laterum angulum obtusum comprehendentium, rectangulo bis comprehenso sub uno laterum circa angulum obtusum in quod productum perpendicularis cadit, & recta extra intercepta à perpendiculari ad angulum obtusum.

Ἔστω ἀμβλυγώνιον τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ἀμβλεῖαν ἔχον τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β σημείου ἐπὶ τὴν ΓΑ ἐκβληθεῖσαν κάθετος ἡ ΒΔ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον μεῖζόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ ΓΔ τέτμηται ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Α σημεῖον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΓΔ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΔΒ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΔ, ΔΒ ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ, ΔΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν ΓΔ, ΔΒ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΓΒ, ὀρθὴ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΓΒ ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΓΑ, ΑΒ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· ὥστε τὸ ἀπὸ τῆς ΓΒ τετράγωνον τῶν ἀπὸ τῶν ΓΑ, ΑΒ τετραγώνων μεῖζόν ἐστι, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐν ἄρα τοῖς ἀμβλυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον μεῖζόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ἐφ' ἣν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐκτὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ἀμβλείᾳ γωνίᾳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

SIT amblygonium triangulum ΑΒΓ obtusum angulum habens ΒΑΓ, & ducatur à puncto Β ad ΓΑ productam perpendicularis ΒΔ: dico quadratum ex ΒΓ majus esse quam quadrata ex ΒΑ, ΑΓ, rectangulo quod bis sub rectis ΓΑ, ΑΔ continetur.



Quoniam enim recta linea ΓΔ secta est utcunque in puncto Α: erit [per 4. 2.] quadratum ex ΓΔ æquale & quadratis ex ΓΑ, ΑΔ & ei rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΑ, ΑΔ. commune addatur ex ΔΒ quadratum: quadrata igitur ex ΓΔ, ΔΒ æqualia sunt & quadratis ex ΓΑ, ΑΔ, ΔΒ & rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΑ, ΑΔ. sed quadratis ex ΓΔ, ΔΒ æquale est [per 47. 1.] quadratum ex ΓΒ; rectus enim est angulus ad Δ: quadratis vero ex ΑΔ, ΔΒ æquale est quadratum ex ΑΒ: quadratum igitur ex ΓΒ æquale est & quadratis ex ΓΑ, ΑΒ & rectangulo bis contento sub rectis ΓΑ, ΑΔ: ergo quadratum ex ΓΒ majus est quam quadrata ex ΓΑ, ΑΒ, rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΑ, ΑΔ.

In triangulis igitur amblygoniis quadratum lateris subtendentis angulum obtusum majus est quam quadrata laterum angulum obtusum comprehendentium, rectangulo bis comprehenso sub uno laterum circa angulum obtusum in quod productum perpendicularis cadit, & recta extra intercepta à perpendiculari ad angulum obtusum. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ἐν τοῖς ὀξυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον

Prop. XIII. Theor.

In triangulis oxygoniis quadratum lateris subtendentis angulum acutum

minus est quam quadrata laterum comprehendentium angulum acutum, rectangulo bis comprehenso sub uno laterum circa angulum acutum in quod perpendicularis cadit, & recta intus intercepta à perpendiculari ad angulum acutum.

SIT oxygonium triangulum ΑΒΓ acutum habens angulum ad Β, & ducatur à puncto Α ad ΒΓ perpendicularis ΑΔ: dico quadratum quod fit ex ΑΓ minus esse quam quadrata quæ fiunt ex ΓΒ, ΒΑ, rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΒ, ΒΔ.



Quoniam enim recta linea ΓΒ secta est utcunque in Δ: erunt [per 7. 2.] quadrata ex ΓΒ, ΒΔ æqualia & rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΒ, ΒΔ & quadrato ex ΔΓ. commune addatur ex ΑΔ quadratum: quadrata igitur ex ΓΒ, ΒΔ, ΔΑ æqualia sunt & rectangulo bis contento sub rectis ΓΒ, ΒΔ & quadratis ex ΑΔ, ΔΓ. sed quadratis ex ΒΔ, ΔΑ æquale est [per 47. 1.] ex ΑΒ quadratum, rectus enim est angulus qui ad Δ; quadratis vero ex ΑΔ, ΔΓ æquale est quadratum ex ΑΓ: quadrata igitur ex ΓΒ, ΒΑ sunt æqualia quadrato ex ΑΓ & ei rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΒ, ΒΔ: quare solum quadratum ex ΑΓ minus est quam quadrata ex ΓΒ, ΒΑ, rectangulo quod bis continetur sub rectis ΓΒ, ΒΔ.

In triangulis igitur oxygoniis, quadratum lateris subtendentis angulum acutum minus est quam quadrata laterum comprehendentium angulum acutum, rectangulo bis comprehenso sub uno laterum circa angulum acutum in quod perpendicularis cadit, & recta intus intercepta à perpendiculari ad angulum acutum. quod erat demonstrandum.

ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ὀξεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ἐφ᾽ ἣν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐντὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ.

Ἔστω ὀξυγώνιον τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀξεῖαν ἔχον τὴν πρὸς τῷ Β γωνίαν, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Α σημείου ἐπὶ τὴν ΒΓ κάθετος ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετράγωνον ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΑ τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ ΓΒ τέτμηται ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Δ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΓ τετραγώνῳ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΑΔ τετράγωνον· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ, ΔΑ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ τετραγώνοις. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν ΒΔ, ΔΑ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ, ὀρθὴ γάρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΑ ἴσα ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς ΑΓ καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ· ὥστε μόνον ἀπὸ τῆς ΑΓ ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΑ τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐν ἄρα τοῖς ὀξυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ὀξεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ἐφ᾽ ἣν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐντὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XIV. Probl.

Dato rectilineo æquale quadratum constituere.

SIT datum rectilineum Α: oportet ipsi Α rectilineo æquale quadratum constituere.

Constituatur rectilineo Α [per 45. 1.] æquale parallelogrammum rectangulum ΒΔ. si igitur ΒΕ est æqualis ΕΔ, factum jam erit quod proponebatur: etenim rectilineo Α æquale quadratum constitutum est ΒΔ. sin minus, una ipsarum ΒΕ, ΕΔ major est. sit ΒΕ major; & producatur ad Ζ, ponaturque ipsi ΕΔ [per 3. 1.] æqualis ΕΖ: deinde secta ΖΒ bifariam in Η, centro quidem Η, intervallo autem æquali uni ipsarum ΗΒ, ΗΖ [per 3. post.] semicirculus describatur ΒΘΖ, producaturque ΔΕ in Θ, & ΗΘ jungatur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ΄.

Τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον συστήσασθαι.

Ἔστω τὸ δοθὲν εὐθύγραμμον τὸ Α· δεῖ δὴ τῷ Α εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον συστήσασθαι.

Συνεστάτω τῷ Α εὐθυγράμμῳ ἴσον παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον τὸ ΒΔ· εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΕΔ, γεγονὸς ἂν εἴη τὸ ἐπιταχθέν· συνέσταται γὰρ τῷ Α εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον τὸ ΒΔ· εἰ δὲ οὔ, μία τῶν ΒΕ, ΕΔ μείζων ἐστίν. ἔστω μείζων ἡ ΒΕ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ζ, καὶ κείσθω τῇ ΕΔ ἴση ἡ ΕΖ, καὶ τετμήσθω ἡ ΖΒ δίχα κατὰ τὸ Η, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Η, διαστήματι δὲ ἑνὶ τῶν ΗΒ, ΗΖ ἡμικύκλιον γεγράφθω τὸ ΒΘΖ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔΕ ἐπὶ τὸ Θ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΘ.

Ἐπεὶ

Ἐπεὶ οὖν εὐθεῖα ἡ ΒΖ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Η, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Ε· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΕ,ΕΖ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΗ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΗΖ τετραγώνῳ. ἴση δὲ ἡ ΗΖ τῇ ΗΘ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΕ,ΕΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΗΘ. τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ΗΘ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΘΕ,ΗΕ τετράγωνα· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΕ ἴσα ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΘΕ, ΗΕ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΗΕ τετράγωνον· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΖ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΘ τετραγώνῳ. ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ,ΕΖ τὸ ΒΔ ἐστὶν, ἴση γὰρ ἡ ΕΖ τῇ ΕΔ· τὸ ἄρα ΒΔ παραλληλόγραμμον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΘΕ τετραγώνῳ. ἴσον δὲ τὸ ΒΔ τῷ Α εὐθυγράμμῳ· τὸ Α ἄρα εὐθύγραμμον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΘ ἀναγραφομένῳ τετραγώνῳ.

Τῷ ἄρα δοθέντι εὐθυγράμμῳ τῷ Α ἴσον τετράγωνον συνίσταται, τὸ ἀπὸ τῆς ΕΘ ἀναγραφησόμενον. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.



Quoniam igitur recta linea BZ secta est in partes æquales ad H & inæquales ad E, erit [per 5. 2.] rectangulum sub BE, EZ una cum quadrato quod fit ex EH æquale quadrato ex HZ. est autem HZ æqualis HΘ: rectangulum igitur sub BE, EZ una cum quadrato ex HE æquale est quadrato ex HΘ. sed quadrato ex HΘ æqualia sunt [per 47. 1.] ex ΘE, HE quadrata: ergo rectangulum sub BE, EZ una cum quadrato ex HE æquale est quadratis ex ΘE, HE. commune auferatur ex HE quadratum: reliquum igitur rectangulum sub BE, EZ est æquale quadrato ex EΘ. sed rectangulum sub BE, EZ est ipsum BΔ parallelogrammum, quoniam EZ est æqualis EΔ: ergo BΔ parallelogrammum quadrato ex ΘE est æquale. parallelogrammum autem BΔ, est [per constr.] æquale rectilineo A: rectilineum igitur A quadrato ex EΘ descripto æquale erit.

Dato igitur rectilineo A æquale quadratum à recta EΘ descriptum constituitur. quod erat faciendum.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBER TERTIUS.

DEFINITIONES.

1. ÆQUALES circuli ſunt, quorum diametri ſunt æquales: vel quorum quæ ex centris ſunt æquales.

2. Recta linea circulum contingere dicitur, quæ contingens circulum & producta ipſum non ſecat.

3. Circuli contingere ſeſe dicuntur, qui contingentes ſe mutuo non ſecant.

4. In circulo æqualiter diſtare à centro rectæ lineæ dicuntur, quando à centro ad ipſas perpendiculares ductæ ſunt æquales.

5. Magis autem diſtare à centro dicitur ea in quam major perpendicularis cadit.

6. Segmentum circuli eſt figura, quæ recta linea & circuli circumferentia comprehenditur.

7. Angulus ſegmenti eſt, qui recta linea & circuli circumferentia comprehenditur.

8. Angulus in ſegmento eſt, quando in circumferentia ſegmenti ſumitur aliquod punctum atque ab ipſo ad terminos lineæ ejus quæ baſis eſt ſegmenti rectæ lineæ ducuntur, angulus à ductis lineis comprehenſus.

9. Quando autem comprehendentes angulum rectæ lineæ aſſumunt circumferentiam, illi inſiſtere angulus dicitur.

10. Sector circuli eſt, quando angu-

ΟΡΟΙ.

α'. ΙΣΟΙ κύκλοι εἰσὶν, ὧν αἱ διάμετροι ἴσαι εἰσίν· ἢ ὧν αἱ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσίν.

β'. Εὐθεῖα κύκλου ἐφάπτεσθαι λέγεται, ἥτις ἁπτομένη τοῦ κύκλου καὶ ἐκβαλλομένη οὐ τέμνει τὸν κύκλον.

γ'. Κύκλοι ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων λέγονται, οἵτινες ἁπτόμενοι ἀλλήλων οὐ τέμνουσιν ἀλλήλους.

δ'. Ἐν κύκλῳ ἴσον ἀπέχειν τοῦ κέντρου εὐθεῖαι λέγονται, ὅταν αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπ' αὐτὰς κάθετοι ἀγόμεναι ἴσαι ὦσι.

ε'. Μεῖζον δὲ ἀπέχειν λέγεται, ἐφ' ἣν ἡ μείζων κάθετος πίπτει.

ϛ'. Τμῆμα κύκλου ἐστὶ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

ζ'. Τμήματος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ περιεχομένη ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

η'. Ἐν τμήματι δὲ γωνία ἐστὶν, ὅταν ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ τμήματος ληφθῇ τι σημεῖον καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς εὐθείας ἥτις ἐστὶ βάσις τοῦ τμήματος ἐπιζευχθῶσιν εὐθεῖαι, ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν.

θ'. Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν εὐθεῖαι ἀπολαμβάνωσί τινα περιφέρειαν, ἐπ' ἐκείνης λέγεται βεβηκέναι ἡ γωνία.

ι'. Τομεὺς δὲ κύκλου ἐστὶν, ὅταν πρὸς τῷ κέν-

τρῳ

περὶ αὐτῇ τοῦ κύκλου σταθῇ ἡ γωνία, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῶν τὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν περιφερείας.

ια. Ὅμοια τμήματα κύκλου ἐστὶ τὰ δεχόμενα γωνίας ἴσας· ἢ ἐν οἷς αἱ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

lus ad centrum constiterit, figura contenta rectis lineis angulum comprehendentibus & circumferentia ab ipsis assumpta.

11. Similia circulorum segmenta sunt, quæ angulos capiunt æquales: vel in quibus anguli sunt inter se æquales.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Τοῦ δοθέντος κύκλου τὸ κέντρον εὑρεῖν.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓ· δεῖ δὴ τοῦ ΑΒΓ κύκλου τὸ κέντρον εὑρεῖν.

Διήχθω τις εἰς αὐτὸν ὡς ἔτυχεν εὐθεῖα ἡ ΑΒ, καὶ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Δ σημεῖον, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΔΓ, καὶ διήχθω ἐπὶ τὸ Ε, καὶ τετμήσθω ἡ ΓΕ δίχα κατὰ τὸ Ζ· λέγω ὅτι τὸ Ζ κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου.

Μὴ γάρ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν ἔστω τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΑ, ΗΔ, ΗΒ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΔΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΔΗ, δύο δὴ αἱ ΑΔ, ΔΗ δυσὶ ταῖς ΗΔ, ΔΒ ἴσαι εἰσίν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΗΑ βάσει τῇ ΗΒ ἴση ἐστίν, ἐκ κέντρου γὰρ τοῦ Η· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΗ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΗΔΒ ἐστὶν ἴση. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστιν· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΗΔΒ. ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΔΒ ὀρθή· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΔΒ τῇ ὑπὸ ΗΔΒ, ἡ μείζων τῇ ἐλάττονι, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. οὐκ ἄρα τὸ Η κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλο τι πλὴν τοῦ Ζ.

Τὸ Ζ ἄρα σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτου φανερόν, ὅτι ἐὰν ἐν κύκλῳ τις εὐθεῖα εὐθεῖάν τινα δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνῃ, ἐπὶ τῆς τεμνούσης ἐστὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου.

PROPOSITIO I. PROBLEMA.

Dati circuli centrum invenire.

SIT datus circulus ABΓ: oportet circuli ABΓ centrum invenire.

Ducatur in ipso quædam recta linea AB utcunque, & in puncto Δ [per 10. 1.] bifariam secetur, à puncto autem Δ ipsi AB ad rectos angulos [per 11. 1.] ducta ΔΓ producatur in E, & secetur ΓE bifariam in Z: dico punctum Z centrum esse circuli ABΓ.



Non sit enim Z, sed, si fieri potest, sit H, & ducantur HA, HΔ, HB. itaque quoniam AΔ est æqualis ΔB, communis autem ΔH, erunt duæ AΔ, ΔH duabus HΔ, ΔB æquales, altera alteri, & basis HA [per 15. def. 1.] æqualis est basi HB, sunt enim ex centro H: angulus igitur AΔH [per 8. 1.] angulo HΔB est æqualis. cum autem recta linea super rectam lineam insistens angulos qui sunt deinceps æquales inter se fecerit, [per 10. def. 1.] rectus est uterque æqualium angulorum: ergo angulus HΔB est rectus. sed & rectus ZΔB: æqualis igitur est angulus ZΔB angulo HΔB, major minori, quod fieri non potest. quare H non est circuli ABΓ centrum. similiter ostendemus, neque aliud esse præter ipsum Z.

Ergo punctum Z centrum est circuli ABΓ. quod erat faciendum.

Corollarium.

Ex hoc perspicuum est, si in circulo recta linea rectam bifariam & ad angulos rectos secet, circuli centrum esse in secante.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Ἐὰν κύκλου ἐπὶ τῆς περιφερείας ληφθῇ δύο τυχόντα σημεῖα, ἡ ἐπὶ τὰ αὐτὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου.

Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ ἐπὶ τῆς περιφερείας αὐτοῦ εἰλήφθω τυχόντα δύο σημεῖα τὰ ΑΒ· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου.

Μὴ γάρ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν πιπτέτω ἐκτὸς ὡς ἡ ΑΕΒ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ ΑΒΓ κύκλου, καὶ ἔστω τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΑ, ΔΒ, καὶ διήχθω ἡ ΔΖ ἐπὶ τὸ Ε.

PROP. II. THEOR.

Si in circumferentia circuli duo quælibet puncta sumantur, quæ ipsa conjungit recta linea intra circulum cadet.

SIT circulus ABΓ, & in circumferentia ipsius sumantur duo quælibet puncta AB; dico rectam lineam, quæ à puncto A ad B ducitur, intra circulum cadere.

Si enim non, fieri si potest, cadat extra, ut AEB; & sumatur [per 1. 3.] circuli ABΓ centrum, & sit Δ, junganturque AΔ, ΔB, & producatur ΔZ in E.

 Quoniam

Quoniam igitur ΔA est æqualis ΔB, erit & angulus ΔAE [per 5. 1.] angulo ΔBE æqualis: & quoniam trianguli ΔAE unum latus AEB producitur, angulus ΔEB [per 16. 1.] angulo ΔAE major erit. angulus autem ΔAE æqualis est angulo ΔBE: ergo ΔEB angulus angulo ΔBE est major. sed majori angulo [per 18. 1.] majus latus subtenditur: major igitur est ΔB ipsa ΔE. est autem rectæ ΔB æqualis ΔZ: ergo ΔZ est major ΔE, minor majore, quod fieri non potest. recta igitur linea à puncto A ad B ducta non cadet extra circulum. similiter ostendemus, neque in ipsam cadere circumferentiam: ergo intus cadat necesse est.



Si igitur in circumferentia circuli duo quælibet puncta sumantur, quæ ipsa conjungit recta linea intra circulum cadet. quod erat demonstrandum.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΔΑ τῇ ΔΒ, ἴση ἄρα καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΑΕ τῇ ὑπὸ ΔΒΕ· καὶ ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΔΑΕ μία πλευρὰ προσεκβέβληται ἡ ΑΕΒ, μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΕΒ γωνία τῆς ὑπὸ ΔΑΕ. ἴση δὲ ἡ ὑπὸ ΔΑΕ τῇ ὑπὸ ΔΒΕ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΕΒ τῆς ὑπὸ ΔΒΕ. ὑπὸ δὲ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει· μείζων ἄρα ἡ ΔΒ τῆς ΔΕ. ἴση δὲ ἡ ΔΒ τῇ ΔΖ· μείζων ἄρα ἡ ΔΖ τῆς ΔΕ, ἡ ἐλάττων τῆς μείζονος, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐκτὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἐπ' αὐτῆς τῆς περιφερείας· ἐντὸς ἄρα.

Ἐὰν ἄρα κύκλου ἐπὶ τῆς περιφερείας ληφθῇ δύο τυχόντα σημεῖα, ἡ ἐπὶ τὰ αὐτὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. III. THEOR.

Si in circulo recta linea per centrum ducta rectam lineam non ductam per centrum bifariam secet, & ad angulos rectos ipsam secabit: quod si ad angulos rectos ipsam secet, & bifariam secabit.

SIT circulus ABΓ, & in ipso recta linea per centrum ducta ΓΔ rectam lineam AB non ductam per centrum bifariam secet in puncto Z: dico quod etiam ad angulos rectos ipsam secat.

Sumatur enim [per 1. 3.] circuli ABΓ centrum, & sit E, junganturque EA, EB.

Quoniam igitur AZ est æqualis ZB, communis autem ZE, duæ duabus æquales sunt, & basis EA basi EB est æqualis; ergo & angulus AZE [per 8. 1.] angulo BZE æqualis erit. cum autem recta linea super rectam insistens angulos qui sunt deinceps æquales inter se fecerit, rectus est uterque æqualium angulorum: uterque igitur AZE, BZE est rectus. quare recta linea ΓΔ per centrum ducta rectam lineam AB non ductam per centrum bifariam secans, & ad angulos rectos ipsam secat.



QUOD si recta ΓΔ rectam AB ad rectos angulos secet: dico quod etiam bifariam ipsam secat, hoc est, quod AZ ipsi ZB æqualis est.

Iisdem enim constructis, quoniam EA quæ ex centro æqualis est EB, & angulus EAZ ipsi EBZ [per 5. 1.] æqualis erit. est autem & AZE rectus, æqualis recto BZE: duo igitur triangula sunt EAZ, EBZ, duos angulos duobus angulis æquales habentia, unumque latus uni lateri æquale EZ, commune sci-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γʹ.

Ἐὰν ἐν κύκλῳ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου δίχα τέμνῃ, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τεμεῖ· καὶ ἐὰν πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τέμνῃ, καὶ δίχα αὐτὴν τεμεῖ.

Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ ἐν αὐτῷ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἡ ΓΔ εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου τὴν ΑΒ δίχα τεμνέτω κατὰ τὸ Ζ σημεῖον· λέγω ὅτι καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τέμνει.

Εἰλήφθω γὰρ τὸ κέντρον τοῦ ΑΒΓ κύκλου, καὶ ἔστω τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΑ, ΕΒ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΖ τῇ ΖΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΖΕ, δύο δὴ δυσὶν ἴσαι εἰσί, καὶ βάσις ἡ ΕΑ βάσει τῇ ΕΒ ἴση, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΖΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΖΕ ἴση ἐστίν. ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν· ἑκατέρα ἄρα τῶν ὑπὸ ΑΖΕ, ΒΖΕ ὀρθή ἐστιν. ἡ ΓΔ ἄρα διὰ τοῦ κέντρου οὖσα τὴν ΑΒ μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαν δίχα τέμνουσα, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τέμνει.

ΑΛΛΑ δὴ καὶ ἡ ΓΔ τὴν ΑΒ πρὸς ὀρθὰς τεμνέτω· λέγω ὅτι καὶ δίχα αὐτὴν τέμνει, τουτέστιν, ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΑΖ τῇ ΖΒ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἡ ΕΑ τῇ ΕΒ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΕΑΖ τῇ ὑπὸ ΕΒΖ. ἐστὶ δὲ καὶ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΑΖΕ ὀρθῇ τῇ ὑπὸ ΒΖΕ ἴση· δύο ἄρα τρίγωνά ἐστι τὰ ΕΑΖ, ΕΒΖ τὰς δύο γωνίας δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχοντα, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην, κοινὴν αὐτῶν τὴν ΕΖ, ὑπο-

τείνουσαν

τείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ τὰς λοιπὰς ἄρα πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει· ἴση ἄρα ἡ ΑΖ τῇ ΒΖ.

Ἐὰν ἄρα ἐν κύκλῳ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου δίχα τέμνῃ, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τεμεῖ· καὶ ἐὰν πρὸς ὀρθὰς τέμνῃ, καὶ δίχα αὐτὴν τεμεῖ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

licet utrique, quod uni angulorum æqualium subtenditur: ergo & reliqua latera reliquis lateribus [per 26. 1.] æqualia habebunt; æqualis igitur est AZ ipsi BZ.

Si igitur in circulo recta linea per centrum ducta rectam lineam non ductam per centrum bifariam secet, & ad angulos rectos ipsam secabit: & si ad angulos rectos ipsam secet, & bifariam secabit. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Ἐὰν ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΓ, ΒΔ τεμνέτωσαν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· λέγω ὅτι οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, τεμνέτωσαν ἀλλήλας δίχα, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΑΕ τῇ ΕΓ, τὴν δὲ ΒΕ τῇ ΕΔ· καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, καὶ ἔστω τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΕ.



Ἐπεὶ οὖν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἡ ΖΕ εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένην τὴν ΑΓ δίχα τέμνει, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τεμεῖ· ὀρθὴ ἔστιν ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΕΑ. πάλιν, ἐπεὶ εὐθεῖά τις ἡ ΖΕ εὐθεῖάν τινα τὴν ΒΔ μὴ διὰ τοῦ κέντρου δίχα τέμνει, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τεμεῖ· ὀρθὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΕΒ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΕΑ ὀρθή· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΕΑ τῇ ὑπὸ ΖΕΒ, ἡ ἐλάττων τῇ μείζονι, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα αἱ ΑΓ, ΒΔ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Ἐὰν ἄρα ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. IV. THEOR.

Si in circulo duæ rectæ lineæ, non ductæ per centrum, se invicem secent; sese bifariam non secabunt.

SIT circulus ΑΒΓΔ; & in ipso duæ rectæ lineæ ΑΓ, ΒΔ, non ductæ per centrum, se invicem secent in puncto Ε: dico eas sese bifariam non secare.

Si enim fieri potest, secent sese bifariam, ita ut ΑΕ sit æqualis ΕΓ, & ΒΕ ipsi ΕΔ: sumaturque [per 1. 3.] centrum circuli ΑΒΓΔ, & sit Ζ, jungaturque ΖΕ.

Quoniam igitur recta linea ΖΕ per centrum ducta rectam lineam ΑΓ non ductam per centrum bifariam secat, [per 3. 3.] & ad rectos angulos ipsam secabit: quare rectus est ΖΕΑ angulus. rursus, quoniam recta linea ΖΕ rectam lineam ΒΔ non ductam per centrum bifariam secat, & ad angulos rectos ipsam secabit: rectus igitur angulus est ΖΕΒ. ostensus autem est rectus & ΖΕΑ: ergo ΖΕΑ angulus ipsi ΖΕΒ æqualis erit, minor majori, quod fieri non potest. non igitur ΑΓ, ΒΔ sese bifariam secant.

Quare si in circulo duæ rectæ lineæ, non ductæ per centrum, se invicem secent; sese bifariam non secabunt. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

Ἐὰν δύο κύκλοι τέμνωσιν ἀλλήλους, οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.

Δύο γὰρ κύκλοι οἱ ΑΒΓ, ΓΔΗ τεμνέτωσαν ἀλλήλους κατὰ τὰ Β, Γ σημεῖα· λέγω ὅτι οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.



Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΓ, καὶ διήχθω ἡ ΕΖΗ ὡς ἔτυχε.

Καὶ ἐπεὶ τὸ Ε σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΕΓ τῇ ΕΖ. πάλιν, ἐπεὶ τὸ Ε σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΔΗ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΕΓ τῇ ΕΗ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΕΓ τῇ ΕΖ ἴση· καὶ ἡ ΕΖ ἄρα τῇ ΕΗ ἴση ἐστὶν, ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι, ὅπερ ἀδύνατον.

PROP. V. THEOR.

Si duo circuli se invicem secent, non erit ipsorum idem centrum.

DUO enim circuli ΑΒΓ, ΓΔΗ se invicem secent in punctis Β, Γ: dico ipsorum idem centrum non esse.

Si enim fieri potest, sit illud Ε, jungaturque ΕΓ, & ΕΖΗ utcunque ducatur.

Et quoniam Ε centrum est circuli ΑΒΓ, erit ΕΓ [per 15. def. 1.] ipsi ΕΖ æqualis. rursus, quoniam Ε centrum est ΓΔΗ circuli, æqualis est ΕΓ ipsi ΕΗ. sed ostensa est ΕΓ æqualis ΕΖ: ergo ΕΖ ipsi ΕΗ æqualis erit, minor majori, quod fieri non potest. non est igitur punctum E centrum circulorum ABΓ, ΓΔH.

Quare si duo circuli se invicem secent, non erit ipsorum idem centrum: quod erat demonstrandum.

οὐκ ἄρα τὸ Ε σημεῖον κέντρον ἐστὶ τῶν ΑΒΓ, ΓΔΗ κύκλων.

Ἐὰν ἄρα δύο κύκλοι τέμνωσιν ἀλλήλους, οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VI. Theor.

Si duo circuli sese intra contingant, ipsorum idem centrum non erit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Ἐὰν δύο κύκλοι ἐφάπτωνται ἀλλήλων ἐντός, οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.

DUO enim circuli ABΓ, ΓΔE sese intra contingant in puncto Γ: dico ipsorum non esse idem centrum.

Si enim fieri potest, sit Z, jungaturque ZΓ, & ducatur utcunque ZEB.



Quoniam igitur Z centrum est circuli ABΓ, æqualis est ZΓ ipsi ZB. rursus, quoniam Z centrum est circuli ΓΔE, erit ZΓ æqualis ZE. ostensa autem est ZΓ æqualis ZB: ergo & ZE ipsi ZB est æqualis, minor majori, quod fieri non potest. non est igitur Z punctum centrum circulorum ABΓ, ΓΔE.

Quare si duo circuli sese intra contingant, ipsorum idem centrum non erit. quod erat demonstrandum.

Δύο γὰρ κύκλοι οἱ ΑΒΓ, ΓΔΕ ἐφαπτέσθωσαν ἀλλήλων κατὰ τὸ Γ σημεῖον· λέγω ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΓ, καὶ διήχθω ὡς ἔτυχεν ἡ ΖΕΒ.

Ἐπεὶ οὖν τὸ Ζ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΖΓ τῇ ΖΒ. πάλιν, ἐπεὶ τὸ Ζ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΔΕ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΖΓ τῇ ΖΕ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΖΒ ἴση· καὶ ἡ ΖΕ ἄρα τῇ ΖΒ ἴση ἐστίν, ἡ ἐλάττων τῇ μείζονι, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα τὸ Ζ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τῶν ΑΒΓ, ΓΔΕ κύκλων.

Ἐὰν ἄρα δύο κύκλοι ἐφάπτωνται ἀλλήλων ἐντός, οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VII. Theor.

Si in circuli diametro aliquod punctum sumatur quod non sit centrum circuli, & ab eo in circulum cadant quædam rectæ lineæ; maxima quidem erit in qua centrum, reliqua vero minima: aliarum autem, semper propinquior ei quæ per centrum major est remotiore; duæque tantum æquales ab eodem puncto in circulum cadent, ex utraque parte minimæ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

3. * Ratio est duarum magnitudinum ejusdem generis secundum quantuplicitatem mutua quædam habitudo.

4. Rationem inter se magnitudines habere dicuntur, quæ multiplicatæ se invicem superare possunt.

5. In eadem ratione magnitudines esse dicuntur, prima ad secundam & tertia ad quartam; quando primæ & tertiæ æque multiplices secundæ & quartæ æque multiplices, juxta quamvis multiplicationem, utraque utramque vel una superant, vel una æquales sunt, vel una deficiunt inter se comparatæ.

6. Magnitudines quæ eandem rationem habent, proportionales vocentur.

7. Quando autem æque multiplicium, multiplex primæ superaverit multiplicem secundæ, multiplex autem tertiæ non superaverit multiplicem quartæ: tunc prima ad secundam majorem habere dicitur rationem, quam tertia ad quartam.

ΟΡΟΙ.

α΄. ΜΕΡΟΣ ἐστὶ μέγεθος μεγέθους, τὸ ἔλασσον τοῦ μείζονος, ὅταν καταμετρῇ τὸ μεῖζον.

β΄. Πολλαπλάσιον δὲ τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος, ὅταν καταμετρῆται ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος.

γ΄. Λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις.

δ΄. Λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα ἀλλήλων ὑπερέχειν.

ε΄. Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ μεγέθη λέγεται εἶναι, πρῶτον πρὸς δεύτερον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον· ὅταν τὰ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου ἰσάκις πολλαπλάσια τῶν τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ἰσάκις πολλαπλασίων, καθ᾽ ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμόν, ἑκατέρου ἢ ἅμα ἐλλείπῃ, ἢ ἅμα ἴσα ᾖ, ἢ ἅμα ὑπερέχῃ ληφθέντα κατάλληλα.

ϛ΄. Τὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντα μεγέθη λόγον, ἀνάλογον καλείσθω.

ζ΄. Ὅταν δὲ τῶν ἰσάκις πολλαπλασίων, τὸ μὲν τοῦ πρώτου πολλαπλάσιον ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ δευτέρου πολλαπλασίου, τὸ δὲ τοῦ τρίτου πολλαπλάσιον μὴ ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ τετάρτου πολλαπλασίου· τότε τὸ πρῶτον πρὸς τὸ δεύτερον μείζονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ τὸ τρίτον πρὸς τὸ τέταρτον.

* *i.e.* Ratio est ea magnitudinum homogenearum inter se relatio (seu habitudo) qua innuitur quomodo se habet altera ad alteram, secundum quantuplicitatem considerata. Vide Cl. *Wallisii* opera Mathematica, Vol. 2. p. 665.

η΄. Ἀναη΄. Ἀναλογία δὲ ἐστιν ἡ τῶν λόγων ὁμοιότης.

θ΄. Ἀναλογία δὲ ἐν τρισὶν ὅροις ἐλαχίστοις ἐστί.

ι΄. Ὅταν δὲ τρία μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τρίτον διπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον.

ια΄. Ὅταν δὲ τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τέταρτον τριπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον· καὶ ἀεὶ ἑξῆς ἑνὶ πλεῖον, ἕως ἂν ἡ ἀναλογία ὑπάρχῃ.

ιβ΄. Ὁμόλογα μεγέθη λέγεται εἶναι, τὰ μὲν ἡγούμενα τοῖς ἡγουμένοις, τὰ δὲ ἑπόμενα τοῖς ἑπομένοις.

ιγ΄. Ἐναλλὰξ λόγος ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον, καὶ τοῦ ἑπομένου πρὸς τὸ ἑπόμενον.

ιδ΄. Ἀνάπαλιν λόγος ἐστὶ λῆψις τοῦ ἑπομένου ὡς ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον ὡς ἑπόμενον.

ιε΄. Σύνθεσις λόγου ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου μετὰ τοῦ ἑπομένου ὡς ἑνὸς πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

ις΄. Διαίρεσις δὲ λόγου ἐστὶ λῆψις τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου, πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

ιζ΄. Ἀναστροφὴ λόγου ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὴν ὑπεροχήν, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου.

ιη΄. Δι' ἴσου λόγος ἐστί, πλειόνων ὄντων μεγεθῶν καὶ ἄλλων ἴσων αὐτοῖς τὸ πλῆθος σὺν δύο λαμβανομένων καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὅταν ᾖ ὡς ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον. Η ΑΛΛΩΣ. Λῆψις τῶν ἄκρων καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν μέσων.

ιθ΄. Τεταγμένη ἀναλογία ἐστίν, ὅταν ᾖ ὡς ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον οὕτως ἡγούμενον πρὸς τὸ ἑπόμενον, ᾖ δὲ καὶ ὡς ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι οὕτως ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι.

κ΄. Τεταραγμένη δὲ ἀναλογία ἐστίν, ὅταν, τριῶν ὄντων μεγεθῶν καὶ ἄλλων ἴσων αὐτοῖς τὸ πλῆθος, γίνηται, ὡς μὲν ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον· ὡς δὲ ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἄλλό τι πρὸς ἡγούμενον.

8. Proportio est rationum similitudo.

9. Proportio in tribus ad minimum terminis consistit.

10. Si tres magnitudines sint proportionales, prima ad tertiam duplicatam habere dicitur rationem ejus quam habet ad secundam.

11. Si quatuor magnitudines sint proportionales, prima ad quartam triplicatam habere dicitur rationem ejus quam habet ad secundam; & sic deinceps uno amplius, quamdiu proportio exstiterit.

12. Homologæ magnitudines dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, consequentes vero consequentibus.

13. Alterna ratio est sumptio antecedentis ad antecedentem, & consequentis ad consequentem.

14. Inversa ratio est sumptio consequentis ut antecedentis ad antecedentem ut ad consequentem.

15. Compositio rationis est sumptio antecedentis una cum consequente tanquam unius ad ipsam consequentem.

16. Divisio rationis est sumptio excessus, quo antecedens superat consequentem, ad ipsam consequentem.

17. Conversio rationis est sumptio antecedentis ad excessum, quo antecedens ipsam consequentem superat.

18. Ex æqualitate ratio est, quando, pluribus existentibus magnitudinibus & aliis ipsis numero æqualibus, fuerit ut in primis magnitudinibus prima ad ultimam, ita in secundis magnitudinibus prima ad ultimam. VEL ALITER. Sumptio extremarum per substractionem mediarum.

19. Ordinata proportio est, quando fuerit ut antecedens ad consequentem ita antecedens ad consequentem; ut autem consequens ad aliam quampiam, ita consequens ad aliam quampiam.

20. Perturbata vero proportio est, quando, tribus existentibus magnitudinibus & aliis ipsis numero æqualibus, fuerit ut in primis magnitudinibus antecedens ad consequentem, ita in secundis magnitudinibus antecedens ad consequentem: ut autem in primis magnitudinibus consequens ad aliam quampiam, ita in secundis magnitudinibus alia quæpiam ad antecedentem.

PROPOSITIO I. PROBLEMA.

Si fuerint quotcunque magnitudines quotcunque magnitudinum æqualium numero, singulæ singularum æque multiplices; quam multiplex est una magnitudo unius, tam multiplices erunt & omnes omnium.

Sint quotcunque magnitudines A B, Γ Δ quotcunque magnitudinum E, Z æqualium numero, singulæ singularum æque multiplices: dico quam multiplex est A B ipsius E, tam multiplices esse & A B, Γ Δ ipsarum E, Z.

Quoniam enim A B æque multiplex est ipsius E, atque Γ Δ ipsius Z; quot magnitudines sunt in A B æquales ipsi E, tot erunt & in Γ Δ æquales ipsi Z. dividatur A B quidem in partes ipsi E æquales, quæ sint A H, H B; Γ Δ vero dividatur in partes æquales ipsi Z, videlicet Γ Θ, Θ Δ: erit igitur multitudo partium Γ Θ, Θ Δ æqualis multitudini ipsarum A H, H B. & quoniam A H est æqualis E, & Γ Θ æqualis Z; erunt & A H, Γ Θ æquales ipsis E, Z. eadem ratione H B est æqualis E, & Θ Δ ipsi Z; erunt igitur & H B, Θ Δ æquales ipsis E, Z: quot igitur sunt in A B æquales ipsi E, tot sunt & in A B, Γ Δ æquales ipsis E, Z: ergo quam multiplex est A B ipsius E, tam multiplices erunt & A B, Γ Δ ipsarum E, Z.



Si igitur fuerint quotcunque magnitudines quotcunque magnitudinum æqualium numero, singulæ singularum æque multiplices; quam multiplex est una magnitudo unius, tam multiplices erunt & omnes omnium. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ὁποσωνοῦν ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσιον· ὁσαπλάσιόν ἐστιν ἓν τῶν μεγεθῶν ἑνὸς, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ πάντα τῶν πάντων.

Ἔστω ὁποσαοῦν μεγέθη τὰ A B, Γ Δ ὁποσωνοῦν μεγεθῶν τῶν E, Z ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσιον· λέγω ὅτι ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ A B τοῦ E, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ A B, Γ Δ τῶν E, Z.

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ A B τοῦ E, καὶ τὸ Γ Δ τοῦ Z· ὅσα ἄρα μεγέθη ἐστὶν ἐν τῷ A B ἴσα τῷ E, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ Γ Δ ἴσα τῷ Z. διῃρήσθω τὸ μὲν A B εἰς τὰ τῷ E μεγέθη ἴσα τὰ A H, H B, τὸ δὲ Γ Δ εἰς τὰ τῷ Z ἴσα τὰ Γ Θ, Θ Δ· ἔσται δὴ ἴσον τὸ πλῆθος τῶν Γ Θ, Θ Δ τῷ πλήθει τῶν A H, H B. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν A H τῷ E, τὸ δὲ Γ Θ τῷ Z· ἴσα ἄρα καὶ τὰ A H, Γ Θ τοῖς E, Z. διὰ τὰ αὐτὰ δή ἐστι ἴσον τὸ H B τῷ E, καὶ τὸ Θ Δ τῷ Z· ἴσα ἄρα καὶ τὰ H B, Θ Δ τοῖς E, Z· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ A B ἴσα τῷ E, τοσαῦτα καὶ ἐν τοῖς A B, Γ Δ ἴσα τοῖς E, Z· ὁσαπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ A B τοῦ E, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ A B, Γ Δ τῶν E, Z.

Ἐὰν ἄρα ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ὁποσωνοῦν μεγεθῶν ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου πολλαπλάσιον· ὁσαπλάσιόν ἐστιν ἓν τῶν μεγεθῶν ἑνὸς, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ πάντα τῶν πάντων. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. II. PROBL.

Si prima secundæ æque multiplex fuerit atque tertia quartæ, fuerit autem & quinta secundæ æque multiplex atque sexta quartæ; erunt etiam prima & quinta, simul sumptæ, secundæ æque multiplices atque tertia & sexta quartæ.

Prima enim A B secundæ Γ æque multiplex sit atque tertia Δ E quartæ Z; sit autem & quinta B H secundæ Γ æque multiplex atque sexta E Θ quartæ Z: dico primam & quintam simul sumptas A, H secundæ Γ æque multiplices esse atque tertiam & sextam Δ Θ quartæ Z.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Ἐὰν πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τετάρτου, ᾖ δὲ καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τετάρτου· καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τετάρτου.

Πρῶτον γὰρ τὸ A B δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τὸ Δ E τετάρτου τοῦ Z, ἔστω δὲ καὶ πέμπτον τὸ B H δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τὸ E Θ τετάρτου τοῦ Z· λέγω ὅτι καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον τὸ A, H δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τὸ Δ Θ τετάρτου τοῦ Z.

Ἐπεὶ

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΒ τοῦ Γ, καὶ τὸ ΔΕ τοῦ Ζ· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ ΑΒ μεγέθη ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ ΔΕ ἴσα τῷ Ζ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ ΒΗ ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ ΕΘ ἴσα τῷ Ζ· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν ὅλῳ τῷ ΑΗ ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν ὅλῳ τῷ ΔΘ ἴσα τῷ Ζ· ὁσαπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΗ τοῦ Γ, τοσαυταπλάσιον ἔσται καὶ τὸ ΔΘ τοῦ Ζ· καὶ συντεθὲν ἄρα πρῶτον καὶ πέμπτον τὸ ΑΗ δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τὸ ΔΘ τετάρτου τοῦ Ζ.

Ἐὰν ἄρα πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τετάρτου, ᾖ δὲ καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τετάρτου· καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τετάρτου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



Quoniam enim A B æque multiplex est ipsius Γ atque Δ E ipsius Z; quot magnitudines sunt in A B æquales Γ, tot erunt & in Δ E æquales Z. eadem ratione & quot sunt in B H æquales Γ, tot & in E Θ erunt æquales Z: quot igitur sunt in tota A H æquales Γ, tot erunt & in tota Δ Θ æquales Z: ergo quam multiplex est A H ipsius Γ, tam multiplex est & Δ Θ ipsius Z: prima igitur & quinta simul sumptæ A H secundæ Γ æque multiplices erunt atque tertia & sexta Δ Θ quartæ Z.

Quare si prima secundæ æque multiplex fuerit atque tertia quartæ, fuerit autem & quinta secundæ æque multiplex atque sexta quartæ; erunt prima & quinta simul sumptæ æque multiplices secundæ atque tertia & sexta quartæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γʹ.

Ἐὰν πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τετάρτου, ληφθῇ δὲ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ πρώτου καὶ τρίτου· καὶ δι᾽ ἴσου τῶν ληφθέντων ἑκάτερον ἑκατέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, τὸ μὲν τοῦ δευτέρου, τὸ δὲ τοῦ τετάρτου.

Πρῶτον γὰρ τὸ Α δευτέρου τοῦ Β ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τὸ Γ τετάρτου τοῦ Δ, καὶ εἰλήφθω τῶν Α, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ ΕΖ, ΗΘ· λέγω ὅτι ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΕΖ τοῦ Β καὶ τὸ ΗΘ τοῦ Δ.

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΕΖ τοῦ Α καὶ τὸ ΗΘ τοῦ Γ· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ ΕΖ ἴσα τῷ Α, τοσαῦτα δὴ καὶ ἐν τῷ ΗΘ ἴσα τῷ Γ. διῃρήσθω τὸ ΕΖ εἰς τὰ τῷ Α μεγέθη ἴσα τὰ ΕΚ, ΚΖ, τὸ δὲ ΗΘ εἰς τὰ τῷ Γ ἴσα τὰ ΗΛ, ΛΘ· ἔσται δὲ ἴσον τὸ πλῆθος τῶν ΕΚ, ΚΖ τῷ πλήθει τῶν ΗΛ, ΛΘ. καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ Α τοῦ Β καὶ τὸ Γ τοῦ Δ· ἴσον δὲ τὸ μὲν ΕΚ τῷ Α, τὸ δὲ ΗΛ τῷ Γ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΕΚ τοῦ Β καὶ τὸ ΗΛ τοῦ Δ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΚΖ τοῦ Β, καὶ τὸ ΛΘ τοῦ Δ. ἐπεὶ οὖν πρῶτον τὸ ΕΚ δευτέρου τοῦ Β ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τὸ ΗΛ τετάρτου τοῦ Δ, ἔστι δὲ καὶ πέμπτον τὸ ΚΖ δευτέρου τοῦ Β ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τὸ ΛΘ τετάρτου τοῦ Δ· καὶ συντεθὲν ἄρα πρῶτον καὶ πέμπτον τὸ ΕΖ

PROP. III. THEOR.

Si prima secundæ æque multiplex fuerit atque tertia quartæ, sumantur autem æque multiplices primæ & tertiæ; erit & ex æquo sumptarum utraque utriusque æque multiplex, altera quidem secundæ, altera vero quartæ.

PRima enim A secundæ B æque multiplex sit atque tertia Γ quartæ Δ: & sumantur ipsarum A, Γ æque multiplices E Z, H Θ: dico E Z æque multiplicem esse ipsius B atque H Θ ipsius Δ.



Quoniam enim E Z æque multiplex est ipsius A, atque H Θ ipsius Γ; quot magnitudines sunt in E Z æquales A, tot erunt & in H Θ æquales Γ. dividatur E Z quidem in magnitudines ipsi A æquales E K, K Z; H Θ vero dividatur in magnitudines æquales ipsi Γ, videlicet H Λ, Λ Θ: erit igitur ipsarum E K, K Z multitudo æqualis multitudini ipsarum H Λ, Λ Θ. & quoniam æque multiplex est A ipsius B atque Γ ipsius Δ, æqualis autem E K ipsi A, & H Λ ipsi Γ; erit E K æque multiplex ipsius B atque H Λ ipsius Δ. eadem ratione æque multiplex erit K Z ipsius B atque Λ Θ ipsius Δ. quoniam igitur prima E K secundæ B æque multiplex est atque tertia H Λ quartæ Δ; est autem & quinta K Z secundæ B æque multiplex atque sexta Λ Θ quartæ Δ: erit [per 2. 5.] & composita è prima & quinta E Z ſecundæ B æque multiplex atque tertia & ſexta HΘ quartæ Δ.

Si igitur prima ſecundæ æque fuerit multiplex atque tertia quartæ, ſumantur autem æque multiplices primæ & tertiæ; erit & ex æquo ſumptarum utraque utriuſque æque multiplex, altera quidem ſecundæ, altera vero quartæ. quod erat demonſtrandum.

δευτέρου τοῦ Β ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τὸ ΗΘ τετάρτου τοῦ Δ.

Ἐὰν ἄρα πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τετάρτου, ληφθῇ δὲ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ πρώτου καὶ τρίτου· καὶ δίισου τῶν ληφθέντων ἑκάτερον ἑκατέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, τὸ μὲν τοῦ δευτέρου, τὸ δὲ τοῦ τετάρτου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. IV. Theor.

Si prima ad ſecundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam; & æque multiplices primæ & tertiæ ad æque multiplices ſecundæ & quartæ, juxta quamvis multiplicationem, eandem rationem habebunt inter ſe comparatæ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Ἐὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον· καὶ τὰ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ τε πρώτου καὶ τρίτου πρὸς τὰ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου, καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ληφθέντα κατάλληλα.

Prima enim A ad ſecundam B eandem rationem habeat quam tertia Γ ad quartam Δ, & ſumantur ipſarum quidem A, Γ utcunque æque multiplices E, Z, ipſarum vero B, Δ aliæ utcunque æque multiplices H Θ: dico E ad H ita eſſe, ut Z ad Θ.

Sumantur enim ipſarum quidem E, Z æque multiplices K, Λ, & ipſarum H, Θ æque multiplices M, N.

Quoniam igitur E æque multiplex eſt ipſius A atque Z ipſius Γ, ſumuntur autem ipſarum E, Z æque multiplices K, Λ: erit [per 3. 5.] K æque multiplex ipſius A atque Λ ipſius Γ. eadem ratione M æque multiplex erit ipſius B atque N ipſius Δ. & quoniam eſt ut A ad B ita Γ ad Δ, ſumptæ autem ſunt ipſarum A, Γ æque multiplices K, Λ, & ipſarum B, Δ aliæ utcunque æque multiplices M, N: ſi K ſuperat M, ſuperabit [per 5. def. 5.] & Λ ipſam N; & ſi æqualis, æqualis; & ſi minor, minor erit. ſuntque K, Λ quidem ipſarum E, Z æque multiplices; M, N vero ipſarum H, Θ aliæ utcunque æque multiplices: ut igitur E ad H, ita erit [per 5. def. 5.] Z ad Θ.



Πρῶτον γὰρ τὸ Α πρὸς δεύτερον τὸ Β τὸν αὐτὸν ἐχέτω λόγον καὶ τρίτον τὸ Γ πρὸς τέταρτον τὸ Δ, καὶ εἰλήφθω τῶν μὲν Α, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Ε, Ζ, τῶν δὲ Β, Δ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ· λέγω ὅτι ὡς τὸ Ε πρὸς τὸ Η ἐστὶν, οὕτως τὸ Ζ πρὸς τὸ Θ.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν μὲν Ε, Ζ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Κ, Λ, τῶν δὲ Η, Θ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Μ, Ν.

Καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ μὲν Ε τοῦ Α, τὸ δὲ Ζ τοῦ Γ, καὶ εἴληπται τῶν Ε, Ζ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Κ, Λ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ Κ τοῦ Α καὶ τὸ Λ τοῦ Γ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ Μ τοῦ Β καὶ τὸ Ν τοῦ Δ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ εἴληπται τῶν μὲν Α, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Κ, Λ, τῶν δὲ Β, Δ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Μ, Ν· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Κ τοῦ Μ, ὑπερέχει καὶ τὸ Λ τοῦ Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον. καὶ ἔστι τὰ μὲν Κ, Λ τῶν Ε, Ζ ἰσάκις πολλαπλάσια, τὰ δὲ Μ, Ν τῶν Η, Θ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Ε πρὸς τὸ Η, οὕτως τὸ Ζ πρὸς τὸ Θ.

Quare ſi prima ad ſecundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam; æque multiplices primæ & tertiæ ad æque multiplices ſecundæ & quartæ, juxta quamvis multiplicationem, eandem rationem habebunt inter ſe comparatæ. quod erat demonſtrandum.

Ἐὰν ἄρα πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον· καὶ τὰ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ τε πρώτου καὶ τρίτου πρὸς τὰ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου, καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ληφθέντα κατάλληλα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Corollarium.

Quoniam igitur demonſtratum eſt, ſi K ſuperat M, & Λ ipſam N ſuperare; & ſi æqualis,

Πόρισμα.

Ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη, ὅτι, εἰ ὑπερέχει τὸ Κ τοῦ Μ, ὑπερέχει καὶ τὸ Λ τοῦ Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλασσον, ἔλασσον·

ἔλασσον· δηλονότι καὶ εἰ ὑπερέχει τὸ Μ τοῦ Κ, ὑπερέχει καὶ τὸ Ν τοῦ Λ· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλασσον, ἔλασσον· καὶ διὰ τοῦτο ἔσται καὶ ὡς τὸ Η πρὸς τὸ Ε, οὕτως τὸ Θ πρὸς τὸ Ζ. * Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ἐὰν τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, καὶ ἀνάπαλιν ἀνάλογον ἔσται.

æqualem esse; & si minor, minorem: constat etiam si M superat K, & N superare ipsam Λ; & si æqualis, æqualem esse; & si minor, minorem: ac propterea ut H ad E, ita erit Θ ad Z. Ex hoc manifestum est, si quatuor magnitudines sint proportionales, & inverse proportionales esse.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

Ἐὰν μέγεθος μεγέθους ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον, ὅπερ ἀφαιρεθὲν ἀφαιρεθέντος· καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λοιποῦ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ ὅλον τοῦ ὅλου.

Prop. V. Theor.

Si magnitudo magnitudinis æque multiplex sit atque ablata ablatæ; erit & reliqua reliquæ æque multiplex atque tota totius.

Μέγεθος γὰρ τὸ ΑΒ μεγέθους τοῦ ΓΔ ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσιον, ὅπερ ἀφαιρεθὲν τὸ ΑΕ ἀφαιρεθέντος τοῦ ΓΖ· λέγω ὅτι καὶ λοιπὸν τὸ ΕΒ λοιποῦ τοῦ ΖΔ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, ὁσαπλάσιόν ἐστιν ὅλον τὸ ΑΒ ὅλου τοῦ ΓΔ.

Ὁσαπλάσιον γάρ ἐστι τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ, τοσαυταπλάσιον γεγονέτω καὶ τὸ ΕΒ τοῦ ΓΗ.

Καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ καὶ τὸ ΑΒ τοῦ ΗΖ, κεῖται δὲ ἰσάκις πολλαπλάσιον τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ καὶ τὸ ΑΒ τοῦ ΓΔ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΒ ἑκατέρου τῶν ΗΖ, ΓΔ· ἴσον ἄρα τὸ ΗΖ τῷ ΓΔ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΓΖ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΗΓ λοιπῷ τῷ ΔΖ ἴσον ἐστί. καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ καὶ τὸ ΕΒ τοῦ ΗΓ, ἴσον δὲ τῷ ΗΓ τὸ ΔΖ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ καὶ τὸ ΕΒ τοῦ ΖΔ. ἰσάκις δὲ ὑπόκειται πολλαπλάσιον τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ καὶ τὸ ΑΒ τοῦ ΓΔ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΕΒ τοῦ ΖΔ καὶ τὸ ΑΒ τοῦ ΓΔ· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ΕΒ λοιποῦ τοῦ ΖΔ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον, ὁσαπλάσιον ἐστιν ὅλον τὸ ΑΒ ὅλου τοῦ ΓΔ.



Ἐὰν ἄρα μέγεθος μεγέθους ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον, ὅπερ ἀφαιρεθὲν ἀφαιρεθέντος· καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λοιποῦ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ ὅλον τοῦ ὅλου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Magnitudo enim AB magnitudinis ΓΔ æque multiplex sit atque ablata AE ablatæ ΓZ: dico & reliquam EB reliquæ ZΔ æque multiplicem esse atque totam AB totius ΓΔ.

Quam multiplex enim est AE ipsius ΓZ, tam multiplex fiat & EB ipsius ΓH.

Et quoniam [per 1. 5.] AB æque multiplex est ipsius ΓZ atque AB ipsius HZ, ponitur autem AE æque multiplex ΓZ atque AB ipsius ΓΔ; æque multiplex est AB utriusque HZ, ΓΔ: ac propterea HZ ipsi ΓΔ est æqualis. communis auferatur ΓZ: reliqua igitur HΓ æqualis est reliquæ ΔZ. itaque quoniam AE æque multiplex est ΓZ atque EB ipsius HΓ, estque HΓ æqualis ΔZ; erit AE æque multiplex ΓZ atque EB ipsius ZΔ. æque multiplex autem ponitur AE ipsius ΓZ atque AB ipsius ΓΔ: ergo EB est æque multiplex ipsius ZΔ atque AB ipsius ΓΔ: & reliqua igitur EB reliquæ ZΔ æque multiplex est atque tota AB totius ΓΔ.

Quare si magnitudo magnitudinis æque multiplex sit atque ablata ablatæ; erit & reliqua reliquæ æque multiplex atque tota totius. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Ἐὰν δύο μεγέθη δύο μεγεθῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια, καὶ ἀφαιρεθέντα τινὰ τῶν αὐτῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια· καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς αὐτοῖς ἤτοι ἴσα ἐστὶν, ἢ ἰσάκις αὐτῶν πολλαπλάσια.

Prop. VI. Theor.

Si duæ magnitudines duarum magnitudinum æque multiplices sint, & ablatæ quædam sint earundem æque multiplices: erunt & reliquæ vel eisdem æquales, vel ipsarum æque multiplices.

Δύο γὰρ μεγέθη τὰ ΑΒ, ΓΔ δύο μεγεθῶν τῶν Ε, Ζ ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσια, καὶ ἀφαιρεθέντα τὰ ΑΗ, ΓΘ τῶν αὐτῶν τῶν Ε, Ζ ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσια· λέγω ὅτι καὶ λοιπὰ τὰ ΗΒ, ΘΔ τοῖς Ε, Ζ ἤτοι ἴσα ἐστὶν, ἢ ἰσάκις αὐτῶν πολλαπλάσια.

Ἔστω γὰρ πρότερον τὸ ΗΒ τῷ Ε ἴσον· λέγω ὅτι καὶ τὸ ΘΔ τῷ Ζ ἴσον ἐστί. κείσθω γὰρ τῷ Ζ ἴσον τὸ ΓΚ.

Duæ enim magnitudines AB, ΓΔ, duarum magnitudinum E, Z sint æque multiplices, & ablatæ AH, ΓΘ earundem E, Z sint æque multiplices: dico & reliquas HB, ΘΔ vel ipsis E, Z æquales esse, vel ipsarum æque multiplices.

Sit enim primum HB æqualis E: dico & ΘΔ ipsi Z esse æqualem. ponatur enim ipsi Z æqualis ΓK.

* Aliis in libris Corollarium incipit ad hæc verba, Ἐκ δὴ τούτου, &c.

Et

Et quoniam AH æque multiplex est ipsius E atque ΓΘ ipsius Z, estque HB quidem æqualis E; ΓK vero æqualis Z: erit [per 2. 5.] AB æque multiplex ipsius E, atque KΘ ipsius Z. æque autem multiplex ponitur AB ipsius E atque ΓΔ ipsius Z: ergo KΘ æque multiplex est ipsius Z atque ΓΔ ipsius Z. quoniam igitur utraque ipsarum KΘ, ΓΔ est æque multiplex ipsius Z, erit KΘ æqualis ΓΔ. communis auferatur ΓΘ: ergo reliqua KΓ reliquæ ΘΔ est æqualis. sed KΓ est æqualis Z: ΘΔ igitur ipsi Z est æqualis. si igitur HB ipsi E æqualis fuerit, etiam ΘΔ ipsi Z æqualis erit.



Similiter demonstrabimus si HB [ut in fig. 2.] multiplex fuerit ipsius E, & ΘΔ ipsius Z æque multiplicem esse.

Si igitur duæ magnitudines duarum magnitudinum æque multiplices sint, & ablatæ quædam sint earundem æque multiplices: erunt & reliquæ vel iisdem æquales, vel ipsarum æque multiplices. quod erat demonstrandum.

Καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΗ τοῦ Ε καὶ τὸ ΓΘ τοῦ Ζ, ἴσον δὲ τὸ μὲν ΗΒ τῷ Ε, τὸ δὲ ΓΚ τῷ Ζ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΒ τοῦ Ε, καὶ τὸ ΚΘ τοῦ Ζ. ἰσάκις δὲ (ὑπόκειται) πολλαπλάσιον τὸ ΑΒ τοῦ Ε, καὶ τὸ ΓΔ τοῦ Ζ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΚΘ τοῦ Ζ, καὶ τὸ ΓΔ τοῦ Ζ. ἐπεὶ οὖν ἑκάτερον τῶν ΚΘ, ΓΔ τοῦ Ζ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΘ τῷ ΓΔ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ΓΘ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΚΓ λοιπῷ τῷ ΘΔ ἴσον ἐστίν. ἀλλὰ τὸ ΚΓ τῷ Ζ ἐστὶν ἴσον· καὶ τὸ ΘΔ ἄρα τῷ Ζ ἐστὶν ἴσον. ὥστε ὅτι τὸ ΗΒ τῷ Ε ἴσον ἐστὶ, καὶ τὸ ΘΔ ἴσον ἔσται τῷ Ζ.



Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι κἂν πολλαπλάσιον ᾖ τὸ ΗΒ τοῦ Ε, τοσαυταπλάσιον ἔσται καὶ τὸ ΘΔ τοῦ Ζ.

Ἐὰν ἄρα δύο μεγέθη δύο μεγεθῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια, καὶ ἀφαιρεθέντα τινὰ τῶν αὐτῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια· καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς αὐτοῖς ἤτοι ἴσα ἐστὶν, ἢ ἰσάκις αὐτῶν πολλαπλάσια. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VII. Theor.

Æquales magnitudines eandem habent rationem ad eandem, & eadem ad æquales.

Sint æquales magnitudines A, B, alia autem quævis magnitudo Γ: dico utramque ipsarum A, B ad Γ eandem habere rationem; & etiam Γ ad utramque A, B eandem habere rationem.

Sumantur enim ipsarum A, B æque multiplices Δ, E, & ipsius Γ alia utcunque multiplex Z.

Quoniam igitur æque multiplex est Δ ipsius A atque E ipsius B, estque A ipsi B æqualis; erit & Δ æqualis E. alia autem est Z utcunque multiplex ipsius Γ: ergo si Δ superat Z, & E ipsam Z superabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. & sunt Δ, E quidem ipsarum A, B æque multiplices, Z vero alia utcunque multiplex ipsius Γ: erit igitur [per 5. def. 5.] ut A ad Γ, ita B ad Γ.



Dico insuper Γ ad utramque ipsarum A, B eandem habere rationem.

Iisdem enim constructis similiter ostendemus Δ ipsi E æqualem esse, aliam vero quandam Z. si igitur Z superat Δ, ipsam quoque E superabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. atque est Z quidem ipsius Γ multiplex, Δ, E vero aliæ utcunque æque multiplices ipsarum A, B: ergo [per 5. def. 5.] ut Γ ad A ita erit Γ ad B.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Τὰ ἴσα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὰ ἴσα.

Ἔστω ἴσα μεγέθη τὰ Α, Β, ἄλλο δέ ὃ ἔτυχε μέγεθος τὸ Γ· λέγω ὅτι ἑκάτερον τῶν Α, Β πρὸς τὸ Γ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, καὶ τὸ Γ πρὸς ἑκάτερον τῶν Α, Β.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν Α, Β ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Δ, Ε, τοῦ δὲ Γ ἄλλο ὃ ἔτυχε πολλαπλάσιον τὸ Ζ.



Ἐπεὶ οὖν ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ Δ τοῦ Α καὶ τὸ Ε τοῦ Β, ἴσον δὲ τὸ Α τῷ Β· ἴσον ἄρα καὶ τὸ Δ τῷ Ε. ἄλλο δὲ ὃ ἔτυχε τὸ Ζ τοῦ Γ πολλαπλάσιον· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Δ τοῦ Ζ, ὑπερέχει καὶ τὸ Ε τοῦ Ζ· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον. καί ἐστι τὰ μὲν Δ, Ε τῶν Α, Β ἰσάκις πολλαπλάσια, τὸ δὲ Ζ τοῦ Γ ἄλλο ὃ ἔτυχε πολλαπλάσιον· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ, οὕτως τὸ Β πρὸς τὸ Γ.

ΛΕΓΩ δὴ ὅτι καὶ τὸ Γ πρὸς ἑκάτερον τῶν Α, Β τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ὁμοίως δείξομεν ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ Δ τῷ Ε, ἄλλο δέ τι τὸ Ζ. εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Ζ τοῦ Δ, ὑπερέχει καὶ τοῦ Ε· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον. καί ἐστι τὸ μὲν Ζ τοῦ Γ πολλαπλάσιον, τὰ δὲ Δ, Ε τῶν Α, Β ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Α, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Β.

Τὰ

Τὰ ἴσα ἄρα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὰ ἴσα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η'.

Τῶν ἀνίσων μεγεθῶν, τὸ μεῖζον πρὸς τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ἔλαττον· καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ ἔλαττον μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὸ μεῖζον.

Ἔστω ἄνισα μεγέθη τὰ ΑΒ, Γ, καὶ ἔστω μεῖζον τὸ ΑΒ τοῦ Γ, ἄλλο δὲ ὃ ἔτυχε τὸ Δ· λέγω ὅτι τὸ ΑΒ πρὸς τὸ Δ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ τὸ Δ πρὸς τὸ Γ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ πρὸς τὸ ΑΒ.

Ἐπεὶ γὰρ μεῖζόν ἐστι τὸ ΑΒ τοῦ Γ, κείσθω τῷ Γ ἴσον τὸ ΒΕ, τὸ δὴ ἔλασσον τῶν ΑΕ, ΕΒ πολλαπλασιαζόμενον ἔσται ποτὲ τοῦ Δ μεῖζον. ἔστω πρότερον τὸ ΑΕ ἔλαττον τοῦ ΕΒ, καὶ πεπολλαπλασιάσθω τὸ ΑΕ ἕως οὗ τὸ γινόμενον μεῖζον ἔσται τοῦ Δ. καὶ ἔστω αὐτοῦ πολλαπλάσιον τὸ ΖΗ μεῖζον ὂν τοῦ Δ, καὶ ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ ΖΗ τοῦ ΑΕ τοσαυταπλάσιον γεγονέτω καὶ τὸ μὲν ΗΘ τοῦ ΕΒ, τὸ δὲ Κ τοῦ Γ· καὶ εἰλήφθω τοῦ Δ διπλάσιον μὲν τὸ Λ, τριπλάσιον δὲ τὸ Μ, καὶ ἑξῆς ἑνὶ πλεῖον ἕως ἂν τὸ λαμβανόμενον πολλαπλάσιον μὲν γένηται τοῦ Δ, πρώτως δὲ μεῖζον τοῦ Κ. εἰλήφθω, καὶ ἔστω τὸ Ν τετραπλάσιον μὲν τοῦ Δ, πρώτως δὲ μεῖζον τοῦ Κ.



Ἐπεὶ οὖν τὸ Κ τοῦ Ν πρώτως ἐστὶν ἔλαττον, τὸ Κ ἄρα τοῦ Μ οὐκ ἔστιν ἔλαττον. καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΖΗ τοῦ ΑΕ καὶ τὸ ΗΘ τοῦ ΕΒ, ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΖΗ τοῦ ΑΕ καὶ τὸ ΖΘ τοῦ ΑΒ. ἰσάκις δέ ἐστι πολλαπλάσιον τὸ ΖΗ τοῦ ΑΕ καὶ τὸ Κ τοῦ Γ· ἰσάκις ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΖΘ τοῦ ΑΒ, καὶ τὸ Κ τοῦ Γ· τὰ ΖΘ, Κ ἄρα τῶν ΑΒ, Γ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσια. πάλιν, ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΗΘ τοῦ ΕΒ καὶ τὸ Κ τοῦ Γ, ἴσον δὲ τὸ ΕΒ τῷ Γ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ΗΘ τῷ Κ. τὸ δὲ Κ τοῦ Μ οὐκ ἔστιν ἔλαττον· οὐδ' ἄρα τὸ ΗΘ τοῦ Μ ἔλαττόν ἐστι. μεῖζον δὲ ΖΗ τοῦ Δ· ὅλον ἄρα τὸ ΖΘ συναμφοτέρων τῶν Δ, Μ μεῖζόν ἐστιν. ἀλλὰ συναμφότερα τὰ Δ, Μ τῷ Ν ἐστὶν ἴσα· τὸ ΖΘ ἄρα τοῦ Ν ὑπερέχει, τὸ δὲ Κ τοῦ Ν οὐχ ὑπερέχει. καὶ ἔστι τὰ μὲν ΖΘ, Κ τῶν ΑΒ, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια, τὸ δὲ Ν τοῦ Δ ἄλλο ὃ ἔτυχε πολλαπλάσιον· τὸ ΑΒ ἄρα πρὸς τὸ Δ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ.

ΛΕΓΩ δὴ, ὅτι καὶ τὸ Δ πρὸς τὸ Γ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Δ πρὸς τὸ ΑΒ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ὁμοίως δείξομεν, ὅτι τὸ μὲν Ν τοῦ Κ ὑπερέχει, τοῦ δὲ ΖΘ οὐχ ὑπερέχει. καὶ ἔστι τὸ μὲν Ν τοῦ Δ πολλαπλάσιον, τὰ δὲ ΖΘ, Κ τῶν ΑΒ, Γ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλα-

Æquales igitur ad eandem eandem habent rationem, & eadem ad æquales. quod erat demonſtrandum.

PROP. VIII. THEOR.

Inæqualium magnitudinum, major ad eandem majorem habet rationem quam minor: & eadem ad minorem majorem habet rationem quam ad majorem.

SInt inæquales magnitudines AB, Γ, & ſit AB major Γ, alia vero utcunque Δ: dico AB ad Δ majorem habere rationem quam Γ ad Δ; & Δ ad Γ majorem habere rationem quam ad AB.

Quoniam enim AB major eſt quam Γ, ponatur [per 3.1.] ipſi Γ æqualis BE; minor igitur ipſarum AE, EB multiplicata major aliquando erit [per 4. def. 5.] quam Δ. ſit primum AE minor quam EB, & multiplicetur AE quoad fiat major quam Δ: ſitque ZH ipſius AE multiplex, quæ ipſa Δ eſt major. quam multiplex autem eſt ZH ipſius AE, tam multiplex fiat & HΘ ipſius EB, & K ipſius Γ: ſumaturque ipſius Δ dupla quidem Λ, tripla vero M, & deinceps una major, quoad ea quæ ſumitur multiplex fiat ipſius Δ, & primo major quam K. ſumatur, ſitque N ipſius Δ quadrupla, & primo major quam K.

Quoniam igitur K primo minor eſt quam N, non erit K minor quam M. & cum æque multiplex ſit ZH ipſius AE atque HΘ ipſius EB, erit [per 1. 5.] & ZH æque multiplex ipſius AE atque ZΘ ipſius AB. æque autem multiplex eſt ZH ipſius AE atque K ipſius Γ: ergo ZΘ æque multiplex eſt ipſius AB atque K ipſius Γ; ac propterea ZΘ, K ipſarum AB, Γ ſunt æque multiplices. rurſus, quoniam HΘ æque multiplex eſt ipſius EB atque K ipſius Γ, eſtque EB æqualis Γ; erit & HΘ ipſi K æqualis. ſed K non eſt minor quam M: non eſt igitur HΘ minor quam M. major autem eſt [per conſtr.] ZH quam Δ: ergo tota ZΘ utriſque ſimul Δ, M major erit. ſed utræque ſimul Δ, M ſunt æquales N: quare ZΘ ſuperat N; K vero ipſam N non ſuperat. & ſunt ZΘ, K æque multiplices ipſarum AB, Γ; & N ipſius Δ alia quædam multiplex: ergo [per 7. def. 5.] AB ad Δ majorem rationem habet quam Γ ad Δ.

DICO præterea & Δ ad Γ majorem habere rationem, quam Δ ad AB.

Iiſdem enim conſtructis, ſimiliter oſtendemus N ſuperare K, ipſam vero ZΘ non ſuperare. atque eſt N multiplex ipſius Δ, & ZΘ, K aliæ quædam ipſarum AB, Γ æque multiplices;

tiplices;

tiplices; ergo [per 7. def. 5.] Δ ad Γ majorem rationem habet, quam Δ ad AB.

Sed ſit AE major quam EB: erit igitur [per 4. def. 5.] minor EB multiplicata aliquando major quam Δ. multiplicetur, & ſit HΘ multiplex quidem ipſius EB, major vero quam Δ. & quam multiplex eſt HΘ ipſius EB, tam multiplex fiat ZH ipſius AE, & K ipſius Γ. ſimili ratione qua prius oſtendemus ZΘ, K ipſarum AB, Γ æque multiplices eſſe. ſumaturque ſimiliter N multiplex ipſius Δ, primo autem major quam ZH: ergo rurſus ZH non eſt minor quam M. major autem HΘ quam Δ: tota igitur ZΘ ſuperat Δ & M ſimul, hoc eſt N. at K ipſam N non ſuperat, quoniam ZH, quæ major eſt quam HΘ, hoc eſt quam K, non ſuperat N. & ſimiliter ut in iis, quæ ſuperius dicta ſunt, demonſtrationem abſolvemus.



Inæqualium igitur magnitudinum major ad eandem majorem habet rationem, quam minor: & eadem ad minorem majorem rationem habet, quam ad majorem. quod erat demonſtrandum.

πλάσια· τὸ Δ ἄρα πρὸς τὸ Γ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ Δ πρὸς τὸ AB.

Ἀλλὰ δὴ τὸ AE μεῖζον ἔστω τοῦ EB· τὸ δὴ ἔλαττον τὸ EB πολλαπλασιαζόμενον ἔσται ποτὲ τοῦ Δ μεῖζον. πεπολλαπλασιάσθω, καὶ ἔστω τὸ HΘ πολλαπλάσιον μὲν τοῦ EB, μεῖζον δὲ τοῦ Δ· καὶ ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ HΘ τοῦ EB, τοσαυταπλάσιον γεγονέτω καὶ τὸ μὲν ZH τοῦ AE, τὸ δὲ K τοῦ Γ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι τὰ ZΘ, K τῶν AB, Γ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσια. καὶ εἰλήφθω ὁμοίως τὸ N πολλαπλάσιον μὲν τοῦ Δ, πρώτως δὲ μεῖζον τοῦ ZH· ὥστε πάλιν τὸ ZH τοῦ M οὐκ ἔστιν ἔλασσον. μεῖζον δὲ τὸ HΘ τοῦ Δ· ὅλον ἄρα τὸ ZΘ τῶν Δ, M τουτέστι τοῦ N ὑπερέχει, τὸ δὲ K τοῦ N οὐχ ὑπερέχει, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ZH μεῖζον ὂν τοῦ HΘ, τουτέστι τὸ K, τοῦ N οὐχ ὑπερέχει. καὶ ὡσαύτως κατακολουθοῦντες τοῖς ἐπάνω περανοῦμεν τὴν ἀπόδειξιν.

Τῶν ἄρα ἀνίσων μεγεθῶν τὸ μεῖζον πρὸς τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ἔλαττον· καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ ἔλαττον μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ πρὸς τὸ μεῖζον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. IX. Theor.

Quæ eandem rationem habent ad eandem, ſunt inter ſe æquales: & ad quas eadem eandem habet rationem, ipſæ etiam ſunt inter ſe æquales.

HAbeat enim utraque ipſarum A, B ad Γ eandem rationem: dico A ipſi B æqualem eſſe.

Si enim non eſſet æqualis, non haberet [per 8. 5.] utraque ipſarum A, B ad Γ eandem rationem. habet autem: æqualis igitur eſt A ipſi B.

Habeat rurſus Γ ad utramque ipſarum A, B eandem rationem: dico A æqualem eſſe ipſi B.

Si enim non ſit, [per 8. 5.] non haberet Γ ad utramque A, B eandem rationem. habet autem: ergo A ipſi B eſt æqualis.

Quæ igitur eandem rationem habent ad eandem, ſunt inter ſe æquales: & ad quas eadem eandem habet rationem, ipſæ etiam ſunt inter ſe æquales. quod erat demonſtrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θʹ.

Τὰ πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί· καὶ πρὸς ἃ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, κἀκεῖνα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ΕΧέτω γὰρ ἑκάτερον τῶν A, B πρὸς τὸ Γ τὸν αὐτὸν λόγον· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ A τῷ B.

Εἰ γὰρ μή, οὐκ ἂν ἑκάτερον τῶν A, B πρὸς τὸ Γ τὸν αὐτὸν εἶχε λόγον· ἔχει δέ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ A τῷ B.

ΕΧΕΤΩ δὴ πάλιν τὸ Γ πρὸς ἑκάτερον τῶν A, B τὸν αὐτὸν λόγον· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ A τῷ B.

Εἰ γὰρ μή, οὐκ ἂν τὸ Γ πρὸς ἑκάτερον τῶν A, B τὸν αὐτὸν εἶχε λόγον· ἔχει δέ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ A τῷ B.

Τὰ ἄρα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί· καὶ πρὸς ἃ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, κἀκεῖνα ἴσα ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. X. Theor.

Magnitudinum rationem habentium ad eandem, quæ majorem habet rationem, eſt major; ad quam vero eadem majorem habet rationem, illa eſt minor.

HAbeat enim A ad Γ majorem rationem, quam B ad Γ: dico A majorem eſſe quam B.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιʹ.

Τῶν πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἐχόντων, τὸ τὸν μείζονα λόγον ἔχον ἐκεῖνο μεῖζόν ἐστι· πρὸς ὃ δὲ τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἐκεῖνο ἔλαττόν ἐστιν.

ΕΧέτω γὰρ τὸ A πρὸς τὸ Γ μείζονα λόγον, ἤπερ τὸ B πρὸς τὸ Γ· λέγω ὅτι μεῖζόν ἐστι τὸ A τοῦ B.

Εἰ

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴσον ἐστὶ τὸ Α τῷ Β, ἢ ἔλασσον. ἴσον μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὸ Α τῷ Β, ἑκάτερον γὰρ ἂν τῶν Α, Β πρὸς τὸ Γ τὸν αὐτὸν εἶχε λόγον. οὐκ ἔχει δέ, οὐκ ἄρα ἴσον ἐστὶ τὸ Α τῷ Β. οὐδὲ μὴν ἔλασσόν ἐστι τὸ Α τοῦ Β, τὸ Α γὰρ ἂν πρὸς τὸ Γ ἐλάσσονα λόγον εἶχεν ἤπερ τὸ Β πρὸς τὸ Γ. οὐκ ἔχει δέ, οὐκ ἄρα ἔλασσόν ἐστι τὸ Α τοῦ Β. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἴσον, μεῖζον ἄρα ἐστὶ τὸ Α τοῦ Β.


Β Α

ΕΧΕΤΩ δὴ πάλιν τὸ Γ πρὸς τὸ Β μείζονα λόγον ἤπερ τὸ Γ πρὸς τὸ Α· λέγω ὅτι ἔλασσόν ἐστι τὸ Β τοῦ Α.

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴσον ἐστὶν, ἢ μεῖζον. ἴσον μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὸ Β τῷ Α, τὸ Γ γὰρ ἂν πρὸς ἑκάτερον τῶν Α, Β τὸν αὐτὸν εἶχε λόγον. οὐκ ἔχει δέ, οὐκ ἄρα ἴσον ἐστὶ τὸ Α τῷ Β. οὐδὲ μὴν μεῖζόν ἐστι τὸ Β τοῦ Α, τὸ Γ γὰρ ἂν πρὸς τὸ Β ἐλάσσονα λόγον εἶχεν ἤπερ πρὸς τὸ Α. οὐκ ἔχει δέ, οὐκ ἄρα μεῖζόν ἐστι τὸ Β τοῦ Α. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ ἴσον, ἔλαττον ἄρα ἐστὶ τὸ Β τοῦ Α.

Τῶν ἄρα πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἐχόντων, τὸ μείζονα λόγον ἔχον μεῖζόν ἐστι· καὶ πρὸς ὃ τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἐκεῖνο ἔλασσόν ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Si enim non est major, vel æqualis est, vel minor. æqualis autem non est A ipsi B, utraque enim ipsarum A, B ad Γ [per 7. 5.] eandem haberet rationem. atqui eandem non habet: non est igitur A æqualis ipsi B. sed neque minor est A quam B, haberet enim A ad Γ [per 8. 5.] minorem rationem quam B ad Γ. atqui non habet minorem: non est igitur A minor quam B. ostensum autem est neque esse æqualem: ergo A quam B major erit.


Γ

Habeat rursus Γ ad B majorem rationem quam Γ ad A: dico B minorem esse quam A.

Si enim non est minor, vel æqualis est, vel major. æqualis utique non est B ipsi A, etenim Γ ad utramque ipsarum A, B [per 7. 5.] eandem rationem haberet. non habet autem: ergo A ipsi B non est æqualis. sed neque major est B quam A, haberet enim [per 8. 5.] Γ ad B minorem rationem quam ad A. atqui non habet: non est igitur B major quam A. ostensum autem est neque æqualem esse: ergo B minor erit quam A.

Magnitudinum igitur rationem habentium ad eandem, quæ majorem habet rationem illa major est: & ad quam eadem majorem habet rationem, illa est minor. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια'.

Οἱ τῷ αὐτῷ λόγῳ οἱ αὐτοὶ, καὶ ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ αὐτοί.

Ἔστωσαν γὰρ ὡς μὲν τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, ὡς δὲ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν μὲν Α, Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ, Κ, τῶν δὲ Β, Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Λ, Μ, Ν.

Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ εἴληπται τῶν Α, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ, τῶν δὲ Β, Δ ἰσάκις πολλαπλάσια ἃ ἔτυχε τὰ Λ, Μ· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Η τοῦ Λ, ὑπερέχει καὶ τὸ Θ τοῦ Μ· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον. πάλιν, ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Δ οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ, καὶ εἴληπται τῶν Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Θ, Κ, τῶν δὲ Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Μ, Ν· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Θ τοῦ Μ, ὑπερέχει καὶ τὸ Κ τοῦ

Prop. XI. Theor.

Quæ eidem eædem sunt rationes, & inter se sunt eædem.

Sint enim ut A ad B ita Γ ad Δ, ut autem Γ ad Δ ita E ad Z: dico ut A ad B ita esse E ad Z.


Η Α Β Λ Θ Γ Δ Μ Κ Ε Ζ Ν

Sumantur enim ipsarum quidem A, Γ, E æque multiplices H, Θ, K; ipsarum vero B, Δ, Z aliæ utcunque æque multiplices Λ, M, N.

Quoniam igitur est ut A ad B ita Γ ad Δ, & sumptæ sunt ipsarum A, Γ æque multiplices H, Θ, & ipsarum B, Δ aliæ utcunque æque multiplices Λ, M: si H superat Λ, [per 5. def. 5.] & Θ ipsam M superabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. rursus, quoniam est ut Γ ad Δ ita E ad Z, & sumptæ sunt ipsarum Γ, E æque multiplices Θ, K; ipsarum vero Δ, Z aliæ utcunque æque multiplices M, N: si Θ superat M, & K ipsam N superabit;

perabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. sed si Θ superat M, & H superabit Λ; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor: quare si H superat Λ, & K ipsam N superabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. & sunt H, K quidem ipsarum A, E æque multiplices, Λ, N vero ipsarum B, Z aliæ utcunque æque multiplices: ergo [per 5. def. 5.] ut A ad B ita erit E ad Z.

Quæ igitur eidem eædem sunt rationes, & inter se sunt eædem. quod erat demonstrandum.



Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλασσον, ἔλασσον. ἀλλ' εἰ ὑπερέχει τὸ Θ τοῦ Μ, ὑπερέχει καὶ τὸ Η τοῦ Λ· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον· ὥστε καὶ εἰ ὑπερέχει τὸ Η τοῦ Λ, ὑπερέχει καὶ τὸ Κ τοῦ Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλαττον, ἔλαττον. καί ἐστι τὰ μὲν Η, Κ τῶν Α, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια, τὰ δὲ Λ, Ν τῶν Β, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ.

Οἱ ἄρα τῷ αὐτῷ λόγῳ οἱ αὐτοί, καὶ ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ αὐτοί. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XII. Theor.

Si quotcunque magnitudines proportionales fuerint; ut una antecedentium ad unam consequentium, ita erunt omnes antecedentes ad omnes consequentes.

Sint quotcunque magnitudines proportionales A, B, Γ, Δ, E, Z; & ut A ad B ita sit Γ ad Δ, & E ad Z: dico ut A ad B ita esse A, Γ, E ad B, Δ, Z.

Sumantur enim ipsarum A, Γ, E æque multiplices H, Θ, K, & ipsarum B, Δ, Z aliæ utcunque æque multiplices Λ, M, N.

Quoniam igitur ut A ad B ita est Γ ad Δ, & E ad Z; & sumptæ sunt ipsarum quidem A, Γ, E æque multiplices H, Θ, K, ipsarum vero B, Δ, Z aliæ utcunque æque multiplices Λ, M, N: si H superat Λ, [per 5. def. 5.] & Θ ipsam M superabit, & K ipsam N; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. quare & si H superat Λ, superabunt & H, Θ, K ipsas Λ, M, N; & si æqualis, æquales; & si minor, minores. suntque H & H, Θ, K ipsarum A & A, Γ, E æque multiplices: quoniam [per 1.5.] si fuerint quotcunq; magnitudines quotcunque magnitudinum æqualium numero, singulæ singularum æque multiplices, quam multiplex est una magnitudo unius, tam multiplices erunt &

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβʹ.

Ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ἀνάλογον ἔσται ὡς ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων, οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα.

Ἔστωσαν ὁποσαοῦν μεγέθη ἀνάλογον, τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ καὶ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὰ Α, Γ, Ε πρὸς τὰ Β, Δ, Ζ.



Εἰλήφθω γὰρ τῶν μὲν Α, Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ, Κ, τῶν δὲ Β, Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Λ, Μ, Ν.

Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ καὶ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ, καὶ εἴληπται τῶν μὲν Α, Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ, Κ, τῶν δὲ Β, Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Λ, Μ, Ν· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Η τοῦ Λ, ὑπερέχει καὶ τὸ Θ τοῦ Μ καὶ τὸ Κ τοῦ Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλασσον, ἔλασσον. ὥστε καὶ εἰ ὑπερέχει τὸ Η τοῦ Λ, ὑπερέχει καὶ τὰ Η, Θ, Κ τῶν Λ, Μ, Ν· καὶ εἰ ἴσον, ἴσα· καὶ εἰ ἔλασσον, ἐλάσσονα. καί ἐστι τὸ μὲν Η καὶ τὰ Η, Θ, Κ τοῦ Α καὶ τῶν Α, Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια· ἐπειδήπερ ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ὁποσωνοῦν μεγεθῶν ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσια, ὁσαπλάσιόν ἐστι ἓν τῶν μεγεθῶν ἑνός, τοσαυταπλά-

σια

σια ἐστὶ καὶ τὰ πάντα τῶν πάντων. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ Α καὶ τὰ Α, Μ, Ν τοῦ Β καὶ τῶν Β, Δ, Ζ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β, οὕτως τὸ Α, Γ, Ε πρὸς τὰ Β, Δ, Ζ.

Ἐὰν ἄρα ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ἀνάλογον· ἔσται ὡς τὸ ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων, οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

omnes omnium. eadem ratione A & A, M, N ipsarum B & B, Δ, Z sunt æque multiplices: est igitur [per 5. def. 5.] ut A ad B, ita A, Γ, E ad B, Δ, Z.

Quare si quotcunque magnitudines proportionales fuerint; ut una antecedentium ad unam consequentium, ita erunt omnes antecedentes ad omnes consequentes. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ἐὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τρίτον δὲ πρὸς τέταρτον μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ πέμπτον πρὸς ἕκτον· καὶ πρῶτον πρὸς δεύτερον μείζονα λόγον ἕξει ἤπερ πέμπτον πρὸς ἕκτον.

Πρῶτον γὰρ τὸ Α πρὸς δεύτερον τὸ Β τὸν αὐτὸν ἐχέτω λόγον καὶ τρίτον τὸ Γ πρὸς τέταρτον τὸ Δ, τρίτον δὲ τὸ Γ πρὸς τέταρτον τὸ Δ μείζονα λόγον ἐχέτω ἤπερ πέμπτον τὸ Ε πρὸς ἕκτον τὸ Ζ· λέγω ὅτι καὶ πρῶτον τὸ Α πρὸς δεύτερον τὸ Β μείζονα λόγον ἕξει ἤπερ πέμπτον τὸ Ε πρὸς ἕκτον τὸ Ζ.

Ἐπεὶ γὰρ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ, ἔστι τινὰ τῶν μὲν Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια, τῶν δὲ Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· καὶ τὸ μὲν τοῦ Γ πολλαπλάσιον ὑπερέχει τοῦ τοῦ Δ πολλαπλασίου, τὸ δὲ τοῦ Ε πολλαπλάσιον τοῦ τοῦ Ζ πολλαπλασίου οὐχ ὑπερέχει. εἰλήφθω, καὶ ἔστω τῶν μὲν Γ, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ, τῶν δὲ Δ, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Κ, Λ, ὥστε τὸ μὲν Η τοῦ Κ ὑπερέχειν, τὸ δὲ Θ τοῦ Λ μὴ ὑπερέχειν· καὶ ὁσαπλάσιον μέν ἐστι τὸ Η τοῦ Γ, τοσαυταπλάσιον ἔστω καὶ τὸ Μ τοῦ Α· ὁσαπλάσιον δὲ τὸ Κ τοῦ Δ, τοσαυταπλάσιον ἔστω καὶ τὸ Ν τοῦ Β.

Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ εἴληπται τῶν μὲν Α, Γ ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Μ, Η, τῶν δὲ Β, Δ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Ν, Κ· εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Μ τοῦ Ν, ὑπερέχει καὶ τὸ Η τοῦ Κ· καὶ εἰ ἴσον, ἴσον· καὶ εἰ ἔλασσον, ἔλασσον. ὑπερέχει δὲ τὸ Η τοῦ Κ, ὑπερέχει ἄρα καὶ τὸ Μ τοῦ Ν. τὸ δὲ Θ τοῦ Λ οὐχ ὑπερέχει· καὶ ἔστι τὰ μὲν Μ, Θ τῶν Α, Ε ἰσάκις πολλαπλάσια, τὰ δὲ Ν, Λ τῶν Β, Ζ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· τὸ ἄρα Α πρὸς τὸ Β μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ.



Prop. XIII. Theor.

Si prima ad secundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam; tertia autem ad quartam majorem habeat rationem quam quinta ad sextam: & prima ad secundam majorem habebit rationem quam quinta ad sextam.

PRima enim A ad secundam B eandem rationem habeat quam tertia Γ ad quartam Δ; tertia autem Γ ad quartam Δ majorem habeat rationem quam quinta E ad sextam Z: dico & primam A ad secundam B majorem habere rationem quam quintam E ad sextam Z.

Quoniam enim Γ ad Δ majorem habet rationem quam E ad Z, sunt [per 7. def. 5.] quædam ipsarum Γ, E æque multiplices, & ipsarum Δ, Z aliæ quædam æque multiplices; & multiplex quidem ipsius Γ superat multiplicem ipsius Δ, multiplex vero ipsius E non superat multiplicem ipsius Z. sumantur, & sint ipsarum Γ, E æque multiplices H, Θ & ipsarum Δ, Z aliæ quædam æque multiplices K, Λ, ita ut H quidem superet K, Θ vero ipsam Λ non superet: & quam multiplex est H ipsius Γ, tam multiplex sit & M ipsius A; quam multiplex autem K ipsius Δ, tam multiplex sit & N ipsius B.

Et quoniam est ut A ad B ita Γ ad Δ, & sumptæ sunt ipsarum A, Γ æque multiplices M, H, & ipsarum B, Δ aliæ æque multiplices N, K: [per 5. def. 5.] si M superat N, & H ipsam K superabit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. sed H superat K: ergo & M ipsam N superabit. Θ vero non superat Λ; suntque M, Θ ipsarum A, E æque multiplices, & N, Λ ipsarum B, Z aliæ quædam æque multiplices: ergo [per 7. def. 5.] A ad B majorem rationem habebit quam E ad Z.

Si igitur prima ad secundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam; tertia vero ad quartam majorem rationem habeat quam quinta ad sextam: & prima ad secundam majorem habebit rationem quam quinta ad sextam. quod erat demonstrandum.

PROP. XIV. THEOR.

Si prima ad secundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam, prima autem major sit quam tertia: & secunda quam quarta major erit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor.

PRima enim A ad secundam B eandem rationem habeat quam tertia Γ ad quartam Δ, major autem sit A quam Γ: dico & B quam Δ majorem esse.



Quoniam enim A major est quam Γ, & alia utcunque magnitudo B; habebit [per 8. 5.] A ad B majorem rationem quam Γ ad B. sed ut A ad B ita Γ ad Δ: ergo & Γ ad Δ majorem habebit rationem [per 13. 5.] quam Γ ad B. ad quam vero eadem majorem habet rationem [per 10. 5.] illa minor est; quare Δ est minor quam B: ac propterea B quam Δ major erit.

SIMILITER demonstrabimus & si A æqualis sit ipsi Γ; & B ipsi Δ esse æqualem: & si A sit minor quam Γ, & B quam Δ minorem esse.

Si igitur prima ad secundam eandem habeat rationem quam tertia ad quartam; prima autem major sit quam tertia: & secunda quam quarta major erit; & si æqualis, æqualis; & si minor, minor. quod erat demonstrandum.

PROP. XV. THEOR.

Partes inter se comparatæ eandem habent rationem, quam habent earum æque multiplices inter se.



SIT enim AB æque multiplex ipsius Γ atque ΔE ipsius Z; dico ut Γ ad Z ita esse AB ad ΔE.

Quoniam enim æque multiplex est AB ipsius Γ atque ΔE ipsius Z; quot sunt magnitudines in AB æquales ipsi Γ, totidem erunt & in ΔE æquales Z. dividatur AB in magnitudines ipsi Γ æquales, quæ sint AH, HΘ, ΘB; & ΔE dividatur in magnitudines æquales Z, videlicet in ΔK, KΛ, ΛE: erit igitur ipsarum AH, HΘ, ΘB multitudo æqualis multitudini ipsarum ΔK, KΛ, ΛE. & quoniam æquales sunt inter se AH, HΘ, ΘB, suntque ΔK, KΛ, ΛE etiam inter se æquales; erunt

Ἐὰν ἄρα πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τρίτον δὲ πρὸς τέταρτον μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ πέμπτον πρὸς ἕκτον· καὶ πρῶτον πρὸς δεύτερον μείζονα λόγον ἕξει ἤπερ πέμπτον πρὸς ἕκτον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδʹ.

Ἐὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τὸ δὲ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ· καὶ τὸ δεύτερον τοῦ τετάρτου μεῖζον ἔσται· κἂν ἴσον, ἴσον· κἂν ἔλασσον, ἔλασσον.

ΠΡῶτον γὰρ τὸ A πρὸς δεύτερον τὸ B τὸν αὐτὸν ἐχέτω λόγον καὶ τρίτον τὸ Γ πρὸς τέταρτον τὸ Δ, μεῖζον δὲ ἔστω τὸ A τοῦ Γ· λέγω ὅτι καὶ τὸ B τοῦ Δ μεῖζόν ἐστιν.



Ἐπεὶ γὰρ τὸ A τοῦ Γ μεῖζόν ἐστιν, ἄλλο δὲ ὃ ἔτυχε μέγεθος τὸ B· τὸ A ἄρα πρὸς τὸ B μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Γ πρὸς τὸ B. ὡς δὲ τὸ A πρὸς τὸ B, οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· καὶ τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Δ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Γ πρὸς τὸ B. πρὸς ὃ δὲ τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἐκεῖνο ἔλαττόν ἐστιν· ἔλαττον ἄρα τὸ Δ τοῦ B· ὥστε μεῖζόν ἐστι τὸ B τοῦ Δ.

ΟΜΟΙΩΣ δὴ δείξομεν ὅτι κἂν ἴσον ᾖ τὸ A τῷ Γ, ἴσον ἔσται καὶ τὸ B τῷ Δ· κἂν ἔλασσον ᾖ τὸ A τοῦ Γ, ἔλασσον ἔσται τὸ B τοῦ Δ.

Ἐὰν ἄρα πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τὸ δὲ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ· καὶ τὸ δεύτερον τοῦ τετάρτου μεῖζον ἔσται· κἂν ἴσον, ἴσον· κἂν ἔλασσον, ἔλασσον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιεʹ.

Τὰ μέρη τοῖς ὡσαύτως πολλαπλασίοις τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ληφθέντα καταλλήλα.



ΕΣτω γὰρ ἰσάκις πολλαπλάσιον τὸ AB τοῦ Γ καὶ τὸ ΔE τοῦ Z· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Z οὕτως τὸ AB πρὸς τὸ ΔE.

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ AB τοῦ Γ καὶ τὸ ΔE τοῦ Z· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ AB μεγέθη ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ ΔE ἴσα τῷ Z. διῃρήσθω τὸ μὲν AB εἰς τὰ τῷ Γ μεγέθη ἴσα, τὰ AH, HΘ, ΘB, τὸ δὲ ΔE εἰς τὰ τῷ Z ἴσα, τὰ ΔK, KΛ, ΛE· ἔσται δὴ ἴσον τὸ πλῆθος τῶν AH, HΘ, ΘB τῷ πλήθει τῶν ΔK, KΛ, ΛE. καὶ ἐπεὶ ἴσα ἐστὶ τὰ AH, HΘ, ΘB ἀλλήλοις, ἔστι δὲ καὶ τὰ ΔK, KΛ, ΛE ἴσα ἀλλήλοις· ἔστιν ἄρα ὡς ὡς τὸ ΑΗ πρὸς τὸ ΔΚ οὕτως τὸ ΗΘ πρὸς τὸ ΚΛ, καὶ τὸ ΘΒ πρὸς τὸ ΛΕ· ἔσται ἄρα καὶ ὡς ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων, οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ΑΗ πρὸς τὸ ΔΚ οὕτως τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΔΕ. ἴσον δὲ τὸ μὲν ΑΗ τῷ Γ, τὸ δὲ ΔΚ τῷ Ζ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Ζ οὕτως τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΔΕ.

Τὰ ἄρα μέρη τοῖς ὡσαύτως πολλαπλασίοις τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ληφθέντα κατάλληλα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

[per 7. 5.] ut ΑΗ ad ΔΚ ita ΗΘ ad ΚΛ, & ΘΒ ad ΛΕ: & erit [per 12. 5.] ut una antecedentium ad unam consequentium, ita omnes antecedentes ad omnes consequentes: est igitur ut ΑΗ ad ΔΚ ita ΑΒ ad ΔΕ. sed ΑΗ ipsi Γ est æqualis, & ΔΚ ipsi Ζ: ergo ut Γ ad Ζ ita erit ΑΒ ad ΔΕ.

Partes igitur inter se comparatæ eandem habent rationem, quam habent earum æque multiplices inter se. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛ΄.

Ἐὰν τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, καὶ ἐναλλὰξ ἀνάλογον ἔσται.

Prop. XVI. Theor.

Si quatuor magnitudines proportionales fuerint, & alterne proportionales erunt.

Ἔστω τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον, τὰ Α, Β, Γ, Δ, ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· λέγω ὅτι καὶ ἐναλλὰξ ἀνάλογον ἔσται, ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ οὕτως τὸ Β πρὸς τὸ Δ.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν μὲν Α, Β ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Ε, Ζ, τῶν δὲ Γ, Δ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια τὰ Η, Θ.

Καὶ ἐπεὶ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ Ε τοῦ Α καὶ τὸ Ζ τοῦ Β, τὰ δὲ μέρη τοῖς ὡσαύτως πολλαπλασίοις τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ληφθέντα κατάλληλα· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ. ὡς δὲ τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· καὶ ὡς ἄρα τὸ Γ πρὸς τὸ Δ οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ. πάλιν, ἐπεὶ τὰ Η, Θ τῶν Γ, Δ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Δ οὕτως τὸ Η πρὸς τὸ Θ. ὡς δὲ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ οὕτως τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ· καὶ ὡς ἄρα τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ οὕτως τὸ Η πρὸς τὸ Θ. ἐὰν δὲ τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ δὲ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ, καὶ τὸ δεύτερον τοῦ τετάρτου μεῖζον ἔσται· κἂν ἴσον, ἴσον· κἂν ἔλασσον, ἔλασσον. εἰ ἄρα ὑπερέχει τὸ Ε τοῦ Η, ὑπερέχει καὶ τὸ Ζ τοῦ Θ· κἂν ἴσον, ἴσον· κἂν ἔλαττον, ἔλαττον. καί ἐστι τὰ μὲν Ε, Ζ τῶν Α, Β ἰσάκις πολλαπλάσια, τὰ δὲ Η, Θ τῶν Γ, Δ ἄλλα ἃ ἔτυχεν ἰσάκις πολλαπλάσια· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ οὕτως τὸ Β πρὸς τὸ Δ.





Ἐὰν ἄρα τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, καὶ ἐναλλὰξ ἀνάλογον ἔσται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Sint quatuor magnitudines Α, Β, Γ, Δ proportionales, sitque ut Α ad Β ita Γ ad Δ: dico & alterne proportionales esse; videlicet ut Α ad Γ ita esse Β ad Δ.

Sumantur enim ipsarum Α, Β æque multiplices Ε, Ζ, ipsarum vero Γ, Δ aliæ utcunque æque multiplices Η, Θ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, περὶ δὲ τὰς ἴσας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον· ἰσογώνια ἔσται τὰ τρίγωνα, καὶ ἴσας ἕξει τὰς γωνίας, ὑφ' ἃς αἱ ὁμόλογοι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

habentia, circa æquales autem angulos latera proportionalia, ut ΒΑ ad ΑΓ ita ΕΔ ad ΔΖ: dico triangulum ΑΒΓ triangulo ΔΕΖ æquiangulum esse, & angulum quidem ΑΒΓ habere æqualem angulo ΔΕΖ, angulum vero ΑΓΒ angulo ΔΖΕ.



Constituatur enim [per 23. 1.] ad rectam lineam ΔΖ, & ad puncta in ipsa Δ, Ζ, alterutri angulorum ΒΑΓ, ΕΔΖ æqualis angulus ΖΔΗ, angulo autem ΑΓΒ æqualis ΔΖΗ.

Reliquus igitur qui ad Β [per 32. 1.] reliquo qui ad Η est æqualis: ergo triangulum ΑΒΓ triangulo ΔΗΖ æquiangulum est; ac propterea [per 4. 6.] ut ΒΑ ad ΑΓ ita est ΗΔ ad ΔΖ. ponitur autem ut ΒΑ ad ΑΓ ita ΕΔ ad ΔΖ: ut igitur ΕΔ ad ΔΖ ita [per 11. 5.] ΗΔ ad ΔΖ: igitur [per 9. 5.] ΕΔ æqualis est ipsi ΔΗ, & communis ΔΖ: ergo duæ ΕΔ, ΔΖ duabus ΗΔ, ΔΖ sunt æquales, & angulus ΕΔΖ angulo ΗΔΖ est æqualis: basis igitur ΕΖ [per 4. 1.] est æqualis basi ΖΗ, triangulumque ΔΕΖ æquale triangulo ΗΔΖ, & reliqui anguli reliquis angulis æquales, alter alteri, quibus æqualia latera subtenduntur: angulus igitur ΔΖΗ est æqualis angulo ΔΖΕ; angulus vero ad Η angulo ad Ε. sed angulus ΔΖΗ æqualis est [per constr.] angulo ΑΓΒ: angulus igitur ΑΓΒ angulo ΔΖΕ est æqualis. ponitur autem & ΒΑΓ angulus æqualis angulo ΕΔΖ: ergo [per 32. 1.] & reliquus qui ad Β æqualis reliquo qui ad Ε: æquiangulum igitur est triangulum ΑΒΓ triangulo ΔΕΖ.

Quare si duo triangula unum angulum uni angulo æqualem habeant, circa æquales autem angulos latera proportionalia; æquiangula erunt triangula, & æquales habebunt angulos, quibus homologa latera subtenduntur. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, περὶ δὲ τὰς ἄλλας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον, τῶν δὲ λοιπῶν ἑκατέραν ἅμα ἤτοι ἐλάσσονα ἢ μὴ ἐλάσσονα ὀρθῆς· ἰσογώνια ἔσται τὰ τρίγωνα, καὶ ἴσας ἕξει τὰς γωνίας, περὶ ἃς ἀνάλογόν εἰσιν αἱ πλευραί.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχοντα, τὴν ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ, περὶ δὲ ἄλλας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον, τὰς ὑπὸ ΑΒΓ, ΔΕΖ, ὡς τὴν ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὴν ΔΕ πρὸς τὴν ΕΖ, τῶν δὲ λοιπῶν τῶν πρὸς τοῖς Γ, Ζ πρότερον ἑκατέραν ἅμα ἐλάσσονα

Prop. VII. Theor.

Si duo triangula unum angulum uni angulo æqualem habeant, circa alios autem angulos latera proportionalia, reliquorum vero utrumque simul, vel minorem, vel non minorem recto; æquiangula erunt triangula, & æquales habebunt angulos, circa quos latera sunt proportionalia.

Sint duo triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ, unum angulum uni angulo æqualem habentia, videlicet angulum ΒΑΓ angulo ΕΔΖ æqualem, circa alios autem angulos ΑΒΓ, ΔΕΖ latera proportionalia, ut sit ΔΕ ad ΕΖ sicut ΑΒ ad ΒΓ, & reliquorum qui ad Γ, Ζ primo utrumque simul minorem

norem

norem recto: dico triangulum ABΓ triangulo ΔEZ æquiangulum esse, angulumque ABΓ æqualem angulo ΔEZ, & reliquum videlicet qui ad Γ reliquo qui ad Z æqualem.

Si enim inæqualis est angulus ABΓ angulo ΔEZ, unus ipsorum major erit. sit major ABΓ, & constituatur [per 23. 1.] ad rectam lineam AB & ad punctum in ipsa B angulo ΔEZ æqualis angulus ABH.

Et quoniam angulus quidem A est æqualis angulo Δ, angulus vero ABH angulo ΔEZ; erit [per 32. 1.] reliquus AHB reliquo ΔZE æqualis: æquiangulum igitur est ABH triangulum triangulo ΔEZ; quare [per 4. 6.] ut AB ad BH sic ΔE ad EZ. ut vero ΔE ad EZ sic ponitur AB ad BΓ: ut igitur AB ad BΓ, [per 11. 5.] sic AB ad BH, ideo AB ad utramque BΓ, BH eandem habet rationem; erit igitur BΓ ipsi BH æqualis; ac propterea [per 5. 1.] angulus BHΓ est æqualis angulo BΓH. minor autem recto ponitur angulus qui ad Γ: ergo & BHΓ minor est recto, & ob id [per 13. 1.] qui ei deinceps est AHB major recto. atque ostensus est angulus AHB æqualis angulo qui ad Z: angulus igitur qui ad Z recto major est. atqui ponitur minor recto; quod est absurdum: non est igitur angulus ABΓ inæqualis angulo ΔEZ; ergo ipsi est æqualis. est autem & angulus ad A æqualis ei qui ad Δ: quare & reliquus qui ad Γ æqualis reliquo qui ad Z: æquiangulum igitur est ABΓ triangulum triangulo ΔEZ.



Sed rursus ponatur uterque angulorum qui ad Γ, Z non minor recto: dico rursus & sic triangulum ABΓ triangulo ΔEZ æquiangulum esse.

Iisdem enim constructis, similiter demonstrabimus BΓ æqualem ipsi BH, angulumque ad Γ angulo BHΓ æqualem. sed angulus qui ad Γ non est minor recto: non est igitur minor recto BHΓ. quare trianguli BHΓ duo anguli non sunt duobus rectis minores; quod [per 17. 1.] fieri non potest: non igitur rursus est ABΓ angulus inæqualis angulo ΔEZ; ergo æqualis. est autem & qui ad A æqualis ei qui ad Δ: reliquus igitur qui ad Γ [per 32. 1.] reliquo ad Z est æqualis; ac propterea triangulum ABΓ triangulo ΔEZ æquiangulum est.

Si igitur duo triangula unum angulum uni angulo æqualem habeant, circa alios autem angulos latera proportionalia, reliquorum vero utrumque simul, vel minorem, vel non minorem recto; æquiangula erunt triangula, & æquales habebunt angulos, circa quos latera sunt proportionalia. quod erat demonstrandum.

ὀρθῆς· λέγω ὅτι ἰσογώνιόν ἐστι τὸ ABΓ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ, καὶ ἴση ἔσται ἡ ὑπὸ ABΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ, καὶ λοιπὴ δηλονότι ἡ πρὸς τῷ Γ λοιπῇ τῇ πρὸς τῷ Z ἴση.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ABΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. ἔστω μείζων ἡ ὑπὸ ABΓ· καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ AB εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ B, τῇ ὑπὸ ΔEZ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ABH.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν A γωνία τῇ Δ, ἡ δὲ ὑπὸ ABH γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ AHB λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΔZE ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ABH τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ AB πρὸς τὴν BH οὕτως ἡ ΔE πρὸς τὴν EZ. ὡς δὲ ἡ ΔE πρὸς τὴν EZ οὕτως ὑπόκειται ἡ AB πρὸς τὴν BΓ· καὶ ὡς ἄρα ἡ AB πρὸς τὴν BΓ οὕτως ἡ AB πρὸς τὴν BH, ἡ AB ἄρα πρὸς ἑκατέραν τῶν BΓ, BH τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον· ἴση ἄρα ἡ BΓ τῇ BH· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ BHΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ BΓH ἐστὶν ἴση. ἐλάττων δὲ ὀρθῆς ὑπόκειται ἡ πρὸς τὸ Γ· ἐλάττων ἄρα ἐστὶν ὀρθῆς καὶ ἡ ὑπὸ BHΓ, ὥστε ἡ ἐφεξῆς αὐτῇ γωνία ἡ ὑπὸ AHB μείζων ἐστὶν ὀρθῆς. καὶ ἐδείχθη ἴση οὖσα τῇ πρὸς τῷ Z, καὶ ἡ πρὸς τῷ Z ἄρα μείζων ἐστὶν ὀρθῆς. ὑπόκειται δὲ ἐλάσσων ὀρθῆς, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ABΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ, ἴση ἄρα. ἔστι δὲ καὶ ἡ πρὸς τῷ A ἴση τῇ πρὸς τῷ Δ, καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ πρὸς τῷ Γ λοιπῇ τῇ πρὸς τῷ Z ἴση ἐστίν· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ABΓ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ.

Ἀλλὰ δὴ πάλιν ὑποκείσθω ἑκατέρα τῶν πρὸς τοῖς Γ, Z μὴ ἐλάσσων ὀρθῆς· λέγω πάλιν ὅτι καὶ οὕτως ἐστὶν ἰσογώνιον τὸ ABΓ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ὁμοίως δείξομεν ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ BΓ τῇ BH· ὥστε καὶ γωνία ἡ πρὸς τῷ Γ τῇ ὑπὸ BHΓ ἴση ἐστίν. οὐκ ἐλάττων δὲ ὀρθῆς ἡ πρὸς τῷ Γ, οὐκ ἐλάττων ἄρα ὀρθῆς οὐδὲ ἡ ὑπὸ BHΓ. τριγώνου δὲ τοῦ BHΓ αἱ δύο γωνίαι δύο ὀρθῶν οὐκ εἰσὶν ἐλάττονες, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα πάλιν ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ABΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ, ἴση ἄρα. ἔστι δὲ καὶ ἡ πρὸς τῷ A τῇ πρὸς τῷ Δ ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ πρὸς τῷ Γ λοιπῇ τῇ πρὸς τῷ Z ἴση ἐστίν· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ABΓ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, περὶ δὲ τὰς ἄλλας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον, τῶν δὲ λοιπῶν ἑκατέραν ἅμα ἤτοι ἐλάσσονα ἢ μὴ ἐλάσσονα ὀρθῆς· ἰσογώνια ἔσται τὰ τρίγωνα, καὶ ἴσας ἕξει τὰς γωνίας, περὶ ἃς ἀνάλογόν εἰσιν αἱ πλευραί. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

Ἐὰν ἐν ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γωνίας ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἀχθῇ· τὰ πρὸς τῇ καθέτῳ τρίγωνα ὅμοιά ἐστι τῷ τε ὅλῳ καὶ ἀλλήλοις.

Ἔστω τρίγωνον ὀρθογώνιον τὸ ΑΒΓ, ὀρθὴν ἔχον τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὴν ΒΓ κάθετος ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι ὅμοιόν ἐστιν ἑκάτερον τῶν ΑΒΔ, ΑΔΓ τριγώνων ὅλῳ τῷ ΑΒΓ καὶ ἔτι ἀλλήλοις.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΔΒ, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα, καὶ κοινὴ τῶν δύο τριγώνων τοῦ τε ΑΒΓ καὶ τοῦ ΑΒΔ ἡ πρὸς τῷ Β· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΒ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΒΑΔ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΑΒΔ τριγώνῳ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΒΓ ὑποτείνουσα τὴν ὀρθὴν τοῦ ΑΒΓ τριγώνου πρὸς τὴν ΒΑ ὑποτείνουσαν τὴν ὀρθὴν τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, οὕτως αὐτὴ ἡ ΑΒ ὑποτείνουσα τὴν πρὸς τῷ Γ γωνίαν τοῦ ΑΒΓ τριγώνου πρὸς τὴν ΒΔ ὑποτείνουσαν τὴν ἴσην τῇ πρὸς τῷ Γ, τὴν ὑπὸ ΒΑΔ τοῦ ΑΒΔ τριγώνου. καὶ ἔτι ἡ ΑΓ πρὸς τὴν ΑΔ ὑποτείνουσαν τὴν πρὸς τῷ Β γωνίαν, κοινὴν τῶν δύο τριγώνων· τὸ ΑΒΓ ἄρα τρίγωνον τῷ ΑΒΔ τριγώνῳ ἰσογώνιόν τέ ἐστι, καὶ τὰς περὶ τὰς ἴσας γωνίας πλευρὰς ἀνάλογον ἔχει· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΑΒΔ τριγώνῳ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ τὸ ΑΔΓ τρίγωνον ὅμοιόν ἐστι τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ· ἑκάτερον ἄρα τῶν ΑΒΔ, ΑΔΓ τριγώνων ὅλῳ τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ὅμοιόν ἐστιν.



ΛΕΓΩ δὴ, ὅτι καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ὅμοια τὰ ΑΒΔ, ΑΔΓ τρίγωνα.

Ἐπεὶ γὰρ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΒΔΑ ὀρθῇ τῇ ὑπὸ ΑΔΓ ἐστὶν ἴση, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ τῇ πρὸς τῷ Γ ἐδείχθη ἴση, καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ πρὸς τῷ Β λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΔΑΓ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΔ τρίγωνον τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΒΔ τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, ὑποτείνουσα τὴν ὑπὸ ΒΑΔ, πρὸς τὴν ΔΑ τοῦ ΑΔΓ τριγώνου ὑποτείνουσαν τὴν πρὸς τῷ Γ γωνίαν, ἴσην τῇ ὑπὸ ΒΑΔ, οὕτως αὐτὴ ἡ ΑΔ τοῦ ΑΒΔ τριγώνου, ὑποτείνουσα τὴν πρὸς τῷ Β γωνίαν, πρὸς τὴν ΔΓ ὑποτείνουσαν τὴν ὑπὸ ΔΑΓ τοῦ ΑΔΓ τριγώνου, ἴσην τῇ πρὸς τῷ Β. καὶ ἔτι ἡ ΒΑ ὑποτείνουσα τὴν ὀρθὴν τὴν ὑπὸ ΑΔΒ, πρὸς τὴν ΑΓ ὑποτείνουσαν τὴν ὀρθὴν τὴν ὑπὸ ΑΔΓ· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΔ τρίγωνον τῷ ΑΔΓ τριγώνῳ.

Ἐὰν ἄρα ἐν ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ, ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γωνίας ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἀχθῇ, τὰ πρὸς τῇ καθέτῳ τρίγωνα ὅμοιά ἐστι τῷ τε ὅλῳ καὶ ἀλλήλοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. VIII. Theor.

Si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad basim perpendicularis ducatur; quæ ad perpendicularem sunt triangula & toti & inter se sunt similia.

SIT triangulum rectangulum ABΓ, rectum habens angulum BAΓ; & à puncto A ad BΓ perpendicularis ducatur AΔ: dico triangula ABΔ, AΔΓ toti triangulo ABΓ & inter se similia esse.

Quoniam enim angulus BAΓ est æqualis angulo AΔB, rectus enim est uterque, & angulus qui ad B communis duobus triangulis ABΓ, ABΔ; erit [per 32. 1.] reliquus AΓB reliquo BAΔ æqualis: æquiangulum igitur est triangulum ABΓ triangulo ABΔ. quare [per 4. 6.] ut BΓ quæ subtendit angulum rectum trianguli ABΓ ad BA subtendentem angulum rectum trianguli ABΔ, sic ipsa AB subtendens angulum qui ad Γ trianguli ABΓ ad BΔ subtendentem angulum æqualem angulo qui ad Γ, videlicet BAΔ ipsius ABΔ trianguli. & sic etiam AΓ ad AΔ subtendentem angulum qui ad B communem duobus triangulis: ergo triangulum ABΓ triangulo ABΔ æquiangulum est, & circa æquales angulos latera habet proportionalia: simile igitur est [per 1. def. 6.] triangulum ABΓ triangulo ABΔ. eadem ratione demonstrabimus etiam AΔΓ triangulum triangulo ABΓ simile esse: quare utrumque ipsorum ABΔ, AΔΓ, toti triangulo ABΓ est simile.

Dico insuper triangula ABΔ, AΔΓ etiam inter se similia esse.

Quoniam enim angulus BΔA rectus est æqualis recto AΔΓ; sed & BAΔ ostensus æqualis ei qui ad Γ; erit [per 32. 1.] reliquus qui ad B reliquo ΔAΓ æqualis: æquiangulum igitur est triangulum ABΔ triangulo AΔΓ. ergo [per 4. 6.] ut BΔ trianguli ABΔ, subtendens BAΔ angulum, ad ΔA trianguli AΔΓ subtendentem angulum qui ad Γ, æqualem angulo BAΔ; sic ipsa AΔ trianguli ABΔ, subtendens angulum qui ad B, ad ΔΓ trianguli AΔΓ subtendentem angulum ΔAΓ, ei qui ad B æqualem. & sic etiam BA subtendens rectum angulum AΔB, ad AΓ subtendentem angulum rectum AΔΓ: est igitur [per 1. def. 6.] ABΔ triangulum simile triangulo AΔΓ.

Quare si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad basim perpendicularis ducatur; quæ ad perpendicularem sunt triangula & toti & inter se sunt similia. quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Ex hoc manifeſtum eſt, in triangulo rectangulo perpendicularem ab angulo recto ad baſim ductam mediam proportionalem eſſe inter ſegmenta baſis: & præterea inter baſim & baſis ſegmentum utrumlibet, latus ſegmento conterminum medium eſſe proportionale.

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ἐὰν ἐν ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γωνίας ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἀχθῇ, ἡ ἀχθεῖσα τῶν τῆς βάσεως τμημάτων μέση ἀνάλογόν ἐστι· καὶ ἔτι τῆς βάσεως καὶ ἑνὸς ὁποτερουοῦν τῶν τμημάτων ἡ πρὸς τῷ τμήματι πλευρὰ μέση ἀνάλογόν ἐστι.

Prop. IX. Probl.

A data recta linea imperatam partem abſcindere.

SIT data recta linea AB: oportet ab ipſa AB imperatam partem abſcindere.

Imperetur pars tertia; & ducatur à puncto A quælibet recta linea AΓ, quæ cum ipſa AB angulum quemlibet contineat; ſumaturque in AΓ quodvis punctum Δ, & ipſi AΔ [per 3. 1.] æquales ponantur ΔE, EΓ; deinde jungatur BΓ, & per Δ ipſi BΓ [per 31. 1.] parallela ducatur ΔZ.



Itaque quoniam uni laterum trianguli ABΓ, videlicet ipſi BΓ, parallela ducta eſt ZΔ; erit [per 2. 6.] ut ΓΔ ad ΔA ita BZ ad ZA. dupla autem eſt ΓΔ ipſius ΔA; ergo & BZ ipſius ZA dupla: tripla igitur eſt BA ipſius AZ.

Quare à data recta linea AB imperata pars tertia AZ abſciſſa eſt. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Τῆς δοθείσης εὐθείας τὸ προσταχθὲν μέρος ἀφελεῖν.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ τῆς ΑΒ τὸ προσταχθὲν μέρος ἀφελεῖν.

Ἐπιτετάχθω δὴ τὸ τρίτον· καὶ διήχθω τις εὐθεῖα ἀπὸ τοῦ Α ἡ ΑΓ, γωνίαν περιέχουσα μετὰ τῆς ΑΒ τυχοῦσαν· καὶ εἰλήφθω τυχὸν σημεῖον ἐπὶ τῆς ΑΓ τὸ Δ, καὶ κείσθωσαν τῇ ΑΔ ἴσαι αἱ ΔΕ, ΕΓ· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ διὰ τοῦ Δ παράλληλος ἤχθω τῇ ΒΓ ἡ ΔΖ.

Ἐπεὶ οὖν τριγώνου τοῦ ΑΒΓ παρὰ μίαν τῶν πλευρῶν τὴν ΒΓ ἦκται ἡ ΖΔ· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΔΑ οὕτως ἡ ΒΖ πρὸς τὴν ΖΑ. διπλῆ δὲ ἡ ΓΔ τῆς ΔΑ· διπλῆ ἄρα καὶ ἡ ΒΖ τῆς ΖΑ· τριπλῆ ἄρα ἡ ΒΑ τῆς ΑΖ.

Τῆς ἄρα δοθείσης εὐθείας τῆς ΑΒ τὸ ἐπιταχθὲν τρίτον μέρος ἀφῄρηται τὸ ΑΖ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. X. Probl.

Datam rectam lineam inſectam ſimiliter ſecare, ut data recta ſecta eſt.

SIT data recta linea inſecta AB, ſecta vero AΓ: oportet rectam lineam AB inſectam ſimiliter ſecare ut AΓ ſecta eſt.

Sit AΓ ſecta in punctis Δ, E, & ponantur ita ut angulum quemvis comprehendant, jungaturque BΓ, & per puncta Δ, E ipſi BΓ [per 31. 1.] parallelæ ducantur ΔZ, EH, per Δ vero ipſi AB ducatur parallela ΔΘK.



Parallelogrammum igitur eſt utrumque ipſorum ZΘ, ΘB: ac propterea [per 34. 1.] ΔΘ eſt æqualis ZH; ΘK vero ipſi HB. & quoniam uni laterum trianguli ΔKΓ, ipſi ſcilicet KΓ, parallela ducta eſt ΘE; erit [per 2. 6.] ut ΓE ad EΔ ita KΘ ad ΘΔ. æqualis autem eſt KΘ quidem ipſi BH; ΘΔ

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

Τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄτμητον τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τετμημένῃ ὁμοίως τεμεῖν.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἄτμητος ἡ ΑΒ, ἡ δὲ τετμημένη ἡ ΑΓ· δεῖ δὴ τὴν ΑΒ ἄτμητον τῇ ΑΓ τετμημένῃ ὁμοίως τεμεῖν.

Ἔστω τετμημένη ἡ ΑΓ κατὰ τὰ Δ, Ε σημεῖα, καὶ κείσθωσαν ὥστε γωνίαν τυχοῦσαν περιέχειν, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ διὰ τῶν Δ, Ε τῇ ΒΓ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΔΖ, ΕΗ, διὰ δὲ τοῦ Δ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΘΚ.

Παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΖΘ, ΘΒ· ἴση ἄρα ἡ μὲν ΔΘ τῇ ΖΗ, ἡ δὲ ΘΚ τῇ ΗΒ. καὶ ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΔΚΓ παρὰ μίαν τῶν πλευρῶν τὴν ΚΓ εὐθεῖα ἦκται ἡ ΘΕ· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΓΕ πρὸς τὴν ΕΔ οὕτως ἡ ΚΘ πρὸς τὴν ΘΔ. ἴση δὲ ἡ μὲν ΚΘ τῇ ΒΗ, ἡ δὲ ΘΔ

τῇ

τῇ ΗΖ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΓΕ πρὸς τὴν ΕΔ οὕτως ἡ ΒΗ πρὸς τὴν ΗΖ. πάλιν, ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΑΗΕ παρὰ μίαν τῶν πλευρῶν τὴν ΕΗ ἦκται ἡ ΖΔ· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΕΔ πρὸς τὴν ΔΑ οὕτως ἡ ΗΖ πρὸς τὴν ΖΑ. ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς ἡ ΓΕ πρὸς τὴν ΕΔ οὕτως ἡ ΒΗ πρὸς τὴν ΗΖ· ἔστιν ἄρα ὡς μὲν ἡ ΓΕ πρὸς τὴν ΕΔ οὕτως ἡ ΒΗ πρὸς τὴν ΗΖ, ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς τὴν ΔΑ οὕτως ἡ ΗΖ πρὸς τὴν ΖΑ.

Η ἄρα δοθεῖσα εὐθεῖα ἄτμητος ἡ ΑΒ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τετμημένῃ τῇ ΑΓ ὁμοίως τέτμηται. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

vero ipsi HZ: est igitur ut ΓE ad EΔ ita BH ad HZ. rursus, quoniam uni laterum trianguli AHE, nimirum ipsi EH, parallela ducta est ZΔ; ut EΔ ad ΔA ita erit HZ ad ZA. sed ostensum est ut ΓE ad EΔ ita esse BH ad HZ: ut igitur ΓE ad EΔ ita est BH ad HZ, & ut EΔ ad ΔA ita HZ ad ZA.

Ergo data recta linea insecta AB similiter secta est ut data recta AΓ. quod erat faciendum

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια'.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν, τρίτην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Εστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΑΓ, καὶ κείσθωσαν γωνίαν περιέχουσαι τυχοῦσαν· δεῖ δὴ τῶν ΑΒ, ΑΓ τρίτην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Εκβεβλήσθωσαν γὰρ αἱ ΑΒ, ΑΓ ἐπὶ τὰ Δ, Ε σημεῖα, καὶ κείσθω τῇ ΑΓ ἴση ἡ ΒΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ διὰ τοῦ Δ παράλληλος αὐτῇ ἤχθω ἡ ΔΕ.

Επεὶ οὖν τριγώνου τοῦ ΑΔΕ, παρὰ μίαν τῶν πλευρῶν τὴν ΔΕ ἦκται ἡ ΒΓ, ἀνάλογόν ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΔ οὕτως ἡ ΑΓ πρὸς τὴν ΓΕ. ἴση δὲ ἡ ΒΔ τῇ ΑΓ, ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΑΓ οὕτως ἡ ΑΓ πρὸς τὴν ΓΕ.

Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΑΓ, τρίτη ἀνάλογον αὐταῖς προσεύρηται ἡ ΓΕ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

PROP. XI. PROBL.

Duabus datis rectis lineis, tertiam proportionalem invenire.

Sint datæ duæ rectæ lineæ AB, AΓ, & ponantur ita ut angulum quemvis comprehendant: oportet ipsis AB, AΓ tertiam proportionalem invenire.



Producantur enim AB, AΓ ad puncta Δ, E, ponaturque ipsi AΓ æqualis BΔ, & jungatur BΓ, ducaturque [per 31. 1.] per Δ ipsi BΓ parallela ΔE.

Quoniam igitur uni laterum trianguli AΔE, videlicet ipsi ΔE, parallela ducta est BΓ; erit [per 2. 6.] ut AB ad BΔ ita AΓ ad ΓE. æqualis autem est BΔ ipsi AΓ: ut igitur AB ad AΓ ita est AΓ ad ΓE.

Quare duabus datis rectis lineis AB, AΓ, tertia proportionalis inventa est ΓE. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Τριῶν δοθεισῶν εὐθειῶν, τετάρτην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Εστωσαν αἱ δοθεῖσαι τρεῖς εὐθεῖαι αἱ Α, Β, Γ· δεῖ δὴ τῶν Α, Β, Γ εὐθειῶν τετάρτην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Εκκείσθωσαν δύο εὐθεῖαι, αἱ ΔΕ, ΔΖ, γωνίαν περιέχουσαι τυχοῦσαν τὴν ὑπὸ ΕΔΖ· καὶ κείσθω τῇ μὲν Α ἴση ἡ ΔΗ, τῇ δὲ Β ἴση ἡ ΗΕ, καὶ ἔτι τῇ Γ ἴση ἡ ΔΘ· καὶ ἐπιζευχθείσης τῆς ΗΘ, παράλληλος αὐτῇ ἤχθω διὰ τοῦ Ε ἡ ΕΖ.

Επεὶ οὖν τριγώνου τοῦ ΔΕΖ παρὰ μίαν τῶν πλευρῶν τὴν ΕΖ ἦκται ἡ ΗΘ, ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΔΗ πρὸς τὴν ΗΕ, οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς τὴν ΘΖ. ἴση δὲ ἡ μὲν ΔΗ τῇ Α, ἡ δὲ ΗΕ τῇ Β, ἡ δὲ ΔΘ τῇ Γ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν ΘΖ.

PROP. XII. PROBL.

Tribus datis rectis lineis, quartam proportionalem invenire.

Sint datæ tres rectæ lineæ A, B, Γ: oportet ipsis A, B, Γ quartam proportionalem invenire.



Exponantur duæ rectæ lineæ ΔE, ΔZ, angulum quemvis EΔZ comprehendentes; & ponatur ipsi quidem A æqualis ΔH, ipsi vero B æqualis HE, & ipsi Γ æqualis ΔΘ; junctaque HΘ, per E ipsi parallela ducatur EZ.

Itaque quoniam uni laterum trianguli ΔEZ, nimirum ipsi EZ, parallela ducta est HΘ; erit [per 2. 6.] ut ΔH ad HE ita ΔΘ ad ΘZ. est autem ΔH ipsi A æqualis, HE vero æqualis B, & ΔΘ æqualis Γ: ut igitur A ad B ita Γ ad ΘZ.

Quare

Quare datis tribus rectis lineis Α, Β, Γ, quarta proportionalis inventa est ΘΖ. quod erat faciendum.

Τριῶν ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν Α, Β, Γ, τετάρτη ἀνάλογον προσεύρηται ἡ ΘΖ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XIII. Probl.

Duabus datis rectis lineis, mediam proportionalem invenire.

Sint datæ duæ rectæ lineæ ΑΒ, ΒΓ: oportet inter ipsas mediam proportionalem invenire.

Ponantur in directum, & super ipsa ΑΓ describatur semicirculus ΑΔΓ, ducaturque [per 11. 1.] à puncto Β ipsi ΑΓ ad rectos angulos ΒΔ, & ΑΔ, ΔΓ jungantur.



Quoniam igitur angulus ΑΔΓ est in semicirculo, is [per 31. 3.] rectus est. & quoniam in triangulo rectangulo ΑΔΓ ab angulo recto ad basim perpendicularis ducta est ΔΒ; erit [per cor. 8. 6.] ΔΒ media proportionalis inter segmenta basis ΑΒ, ΒΓ.

Duabus igitur datis rectis lineis ΑΒ, ΒΓ, media proportionalis inventa est ΔΒ. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν, μέσην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι, αἱ ΑΒ, ΒΓ· δεῖ δὴ τῶν ΑΒ, ΒΓ μέσην ἀνάλογον προσευρεῖν.

Κείσθωσαν ἐπ' εὐθείας, καὶ γεγράφθω ἐπὶ τῆς ΑΓ ἡμικύκλιον τὸ ΑΔΓ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β σημείου τῇ ΑΓ εὐθείᾳ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΔ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΓ.

Καὶ ἐπεὶ ἐν ἡμικυκλίῳ γωνία ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΔΓ, ὀρθή ἐστιν. καὶ ἐπεὶ ἐν ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ τῷ ΑΔΓ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς γωνίας ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἦκται ἡ ΔΒ· ἡ ΔΒ ἄρα τῶν τῆς βάσεως τμημάτων τῶν ΑΒ, ΒΓ μέση ἀνάλογόν ἐστιν.

Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΒΓ, μέση ἀνάλογον προσεύρηται ἡ ΔΒ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XIV. Probl.

Parallelogrammorum æqualium & unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos: & quorum parallelogrammorum unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, illa inter se sunt æqualia.

Sint æqualia parallelogramma ΑΒ, ΒΓ, æquales habentia angulos ad Β, & ponantur in directum ΔΒ, ΒΕ; ergo [per 14. 1.] & in directum erunt ΖΒ, ΒΗ: dico parallelogrammorum ΑΒ, ΒΓ latera, quæ sunt circa æquales angulos, esse reciproce proportionalia; hoc est ut ΔΒ ad ΒΕ ita esse ΗΒ ad ΒΖ.



Compleatur enim parallelogrammum ΖΕ.

Et quoniam parallelogrammum ΑΒ æquale est parallelogrammo ΒΓ, est autem ΖΕ parallelogrammum aliud: erit [per 7. 5.] ut ΑΒ ad ΖΕ ita ΒΓ ad ΖΕ. sed [per 1. 6.] ut ΑΒ quidem ad ΖΕ ita est ΔΒ ad ΒΕ, ut autem ΒΓ ad ΖΕ ita ΗΒ ad ΒΖ: erit igitur [per 11. 5.] ut ΔΒ ad ΒΕ ita

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Τῶν ἴσων τε καὶ μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· καὶ ὧν παραλληλογράμμων, μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν, ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ἴσα ἐστὶν ἐκεῖνα.

Ἔστω ἴσα παραλληλόγραμμα τὰ ΑΒ, ΒΓ, ἴσας ἔχοντα τὰς πρὸς τῷ Β γωνίας, καὶ κείσθωσαν ἐπ' εὐθείας αἱ ΔΒ, ΒΕ, ἐπ' εὐθείας ἄρα εἰσὶ καὶ αἱ ΖΒ, ΒΗ· λέγω ὅτι τῶν ΑΒ, ΒΓ ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, τουτέστιν ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΔΒ πρὸς τὴν ΒΕ οὕτως ἡ ΗΒ πρὸς τὴν ΒΖ.

Συμπεπληρώσθω γὰρ τὸ ΖΕ παραλληλόγραμμον.

Ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΒ παραλληλόγραμμον τῷ ΒΓ παραλληλογράμμῳ, ἄλλο δέ τι τὸ ΖΕ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΖΕ οὕτως τὸ ΒΓ πρὸς τὸ ΖΕ. ἀλλ' ὡς μὲν τὸ ΑΒ πρὸς τὸ ΖΕ οὕτως ἡ ΔΒ πρὸς τὴν ΒΕ, ὡς δὲ τὸ ΒΓ πρὸς τὸ ΖΕ οὕτως ἡ ΗΒ πρὸς τὴν ΒΖ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΔΒ πρὸς τὴν ΒΕ οὕτως ἡ

ΗΒ

ἡ Η Β πρὸς τὴν Β Ζ. τῶν ἄρα Α Β, Β Γ παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας.

Ἀλλὰ δὴ ἀντιπεπονθέτωσαν αἱ πλευραὶ αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, καὶ ἔστω ὡς ἡ Δ Β πρὸς τὴν Β Ε οὕτως ἡ Η Β πρὸς τὴν Β Ζ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ Α Β παραλληλόγραμμον τῷ Β Γ παραλληλογράμμῳ.

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ Δ Β πρὸς τὴν Β Ε οὕτως ἡ Η Β πρὸς τὴν Β Ζ, ἀλλ' ὡς μὲν ἡ Δ Β πρὸς τὴν Β Ε οὕτως τὸ Α Β παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ Ζ Ε παραλληλόγραμμον, ὡς δὲ ἡ Η Β πρὸς τὴν Β Ζ οὕτως τὸ Β Γ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ Ζ Ε· καὶ ὡς ἄρα τὸ Α Β πρὸς τὸ Ζ Ε οὕτως τὸ Β Γ πρὸς τὸ Ζ Ε· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ Α Β παραλληλόγραμμον τῷ Β Γ παραλληλογράμμῳ.

Τῶν ἄρα ἴσων τε καὶ μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· καὶ ὧν παραλληλογράμμων, μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν, ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ἴσα ἐστὶν ἐκεῖνα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

H B ad B Z. ergo parallelogrammorum A B, B Γ latera, quæ circum æquales angulos, sunt reciproce proportionalia.

SINT autem latera, quæ circum æquales angulos, reciproce proportionalia; sitque ut Δ B ad B E ita H B ad B Z: dico parallelogrammum A B esse æquale parallelogrammo B Γ.

Quoniam enim est ut Δ B ad B E ita H B ad B Z, ut autem Δ B ad B E ita [per 1. 6.] A B parallelogrammum ad parallelogrammum Z E, & ut H B ad B Z ita B Γ parallelogrammum ad parallelogrammum Z E; erit [per 11. 5.] ut A B ad Z E ita B Γ ad Z E: æquale igitur est [per 9. 5.] A B parallelogrammum parallelogrammo B Γ.

Ergo parallelogrammorum æqualium & unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos: & quorum parallelogrammorum unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, illa inter se sunt æqualia. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Τῶν ἴσων καὶ μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν τριγώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· καὶ ὧν, μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν, ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ἴσα ἐστὶν ἐκεῖνα.

PROP. XV. THEOR.

Triangulorum æqualium & unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos: & quorum triangulorum unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, illa inter se sunt æqualia.

Ἔστω ἴσα τρίγωνα τὰ Α Β Γ, Α Δ Ε, μίαν μιᾷ ἴσην ἔχοντα γωνίαν, τὴν ὑπὸ Β Α Γ τῇ ὑπὸ Δ Α Ε· λέγω ὅτι τῶν Α Β Γ, Α Δ Ε τριγώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, τουτέστιν ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ Γ Α πρὸς τὴν Α Δ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Β.

Κείσθω γὰρ ὥστε ἐπ' εὐθείας εἶναι τὴν Γ Α τῇ Α Δ· ἐπ' εὐθείας ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ Ε Α τῇ Α Β. καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Β Δ.



Ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ Α Β Γ τρίγωνον τῷ Α Δ Ε τριγώνῳ, ἄλλο δέ τι τὸ Α Β Δ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ Γ Α Β τρίγωνον πρὸς τὸ Β Α Δ τρίγωνον οὕτως τὸ Α Δ Ε τρίγωνον πρὸς τὸ Β Α Δ. ἀλλ' ὡς μὲν τὸ Γ Α Β πρὸς τὸ Β Α Δ οὕτως ἡ Γ Α πρὸς τὴν Α Δ, ὡς δὲ τὸ Ε Α Δ τρίγωνον πρὸς τὸ Β Α Δ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Β· καὶ ὡς ἄρα ἡ Γ Α πρὸς τὴν Α Δ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Β· τῶν Α Β Γ, Α Δ Ε τριγώνων ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραί, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας.

Ἀλλὰ δὴ ἀντιπεπονθέτωσαν αἱ πλευραὶ τῶν Α Β Γ, Α Δ Ε τριγώνων, καὶ ἔστω ὡς ἡ Γ Α πρὸς τὴν Α Δ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Β· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ Α Β Γ τρίγωνον τῷ Α Δ Ε τριγώνῳ.

SInt æqualia triangula A B Γ, A Δ E, unum angulum uni æqualem habentia, angulum scilicet B A Γ angulo Δ A E: dico triangulorum A B Γ, A Δ E latera, quæ circum æquales angulos, esse reciproce proportionalia, hoc est ut Γ A ad A Δ ita esse E A ad A B.

Ponantur enim ita ut in directum sit Γ A ipsi A Δ: ergo [per 14. 1.] & E A ipsi A B in directum erit. & jungatur B Δ.

Quoniam igitur triangulum A B Γ æquale est triangulo A Δ E, est autem aliud triangulum A B Δ; erit [per 7. 5.] ut Γ A B triangulum ad triangulum B A Δ ita triangulum A Δ E ad triangulum B A Δ. sed [per 1. 6.] ut triangulum quidem Γ A B ad B A Δ triangulum ita Γ A ad A Δ, ut autem triangulum E A Δ ad ipsum B A Δ ita E A ad A B: erit igitur [per 11. 5.] Γ A ad A Δ ut E A ad A B: quare triangulorum A B Γ, A Δ E latera, quæ circum æquales angulos, sunt reciproce proportionalia.

SINT autem latera triangulorum A B Γ, A Δ E reciproce proportionalia; & sit ut Γ A ad A Δ ita E A ad A B: dico triangulum A B Γ triangulo A Δ E esse æquale.

Juncta enim rursus ΒΔ, quoniam ut ΓΑ ad ΑΔ ita est ΕΑ ad ΑΒ; ut autem ΓΑ ad ΑΔ ita [per 1. 6.] ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΒΑΔ, & ut ΕΑ ad ΑΒ ita triangulum ΕΑΔ ad ΒΑΔ triangulum: erit [per 11. 5.] ut ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΒΑΔ ita triangulum ΕΑΔ ad ΒΑΔ triangulum: utrumque igitur triangulorum ΑΒΓ, ΑΔΕ ad triangulum ΒΑΔ eandem habet rationem; ac propterea [per 9. 5.] æquale est ΑΒΓ triangulum triangulo ΕΑΔ.



Ἐπιζευχθείσης γὰρ πάλιν τῆς ΒΔ, ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΓΑ πρὸς τὴν ΑΔ οὕτως ἡ ΕΑ πρὸς τὴν ΑΒ, ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΓΑ πρὸς τὴν ΑΔ οὕτως τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΑΔ τρίγωνον, ὡς δὲ ἡ ΕΑ πρὸς τὴν ΑΒ οὕτως τὸ ΕΑΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΑΔ τρίγωνον· ὡς ἄρα τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΑΔ οὕτως τὸ ΕΑΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΑΔ· ἑκάτερον ἄρα τῶν ΑΒΓ, ΑΔΕ πρὸς τὸ ΒΑΔ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΕΑΔ τριγώνῳ.

Æqualium igitur & unum angulum uni æqualem habentium triangulorum reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos: & quorum triangulorum unum angulum uni æqualem habentium reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos, illa inter se sunt æqualia. quod erat demonstrandum.

Τῶν ἄρα ἴσων καὶ μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν τριγώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· καὶ ὧν, μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν, τριγώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ἐκεῖνα ἴσα ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XVI. Theor.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Si quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint, rectangulum sub extremis comprehensum æquale est rectangulo quod sub mediis comprehenditur: & si rectangulum sub extremis comprehensum æquale fuerit ei quod sub mediis comprehenditur, quatuor rectæ lineæ proportionales erunt.

Ἐὰν τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· καὶ εἰ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ᾖ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ἔσονται.

Sint quatuor rectæ lineæ proportionales ΑΒ, ΓΔ, Ε, Ζ; ut quidem ΑΒ ad ΓΔ ita Ε ad Ζ: dico rectangulum comprehensum sub rectis lineis ΑΒ, Ζ æquale esse ei quod sub ipsis ΓΔ, Ε comprehenditur.

Ἔστωσαν τέσσαρες εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΓΔ, Ε, Ζ ἀνάλογον, ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ Ε πρὸς τὴν Ζ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΓΔ, Ε περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ducantur enim [per 11. 1.] à punctis Α, Γ ipsis ΑΒ, ΓΔ ad rectos angulos ΑΗ, ΓΘ; ponaturque ipsi Ζ æqualis ΑΗ; ipsi vero Ε æqualis ΓΘ; & compleantur ΒΗ, ΔΘ parallelogramma.



Ἤχθωσαν γὰρ ἀπὸ τῶν Α, Γ σημείων ταῖς ΑΒ, ΓΔ εὐθείαις πρὸς ὀρθὰς αἱ ΑΗ, ΓΘ, καὶ κείσθω τῇ μὲν Ζ ἴση ἡ ΑΗ, τῇ δὲ Ε ἴση ἡ ΓΘ, καὶ συμπεπληρώσθωσαν τὰ ΒΗ, ΔΘ παραλληλόγραμμα.

Quoniam igitur est ut ΑΒ ad ΓΔ ita Ε ad Ζ; est autem Ε quidem æqualis ΓΘ, & Ζ ipsi ΑΗ; erit [per 7. 5.] ut ΑΒ ad ΓΔ ita ΓΘ ad ΑΗ: parallelogrammorum igitur ΒΗ, ΔΘ reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos. quorum autem æquiangulorum parallelogrammorum reciproce proportionalia sunt latera, quæ circum æquales angulos,

Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ Ε πρὸς τὴν Ζ, ἴση δὲ ἡ μὲν Ε τῇ ΓΘ, ἡ δὲ Ζ τῇ ΑΗ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ ΓΘ πρὸς τὴν ΑΗ· τῶν ΒΗ, ΔΘ παραλληλογράμμων ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας. ὧν δὲ ἰσογωνίων παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας

γωνίας, ἴσα ἐστὶν ἐκεῖνα· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΗ παραλληλόγραμμον τῷ ΔΘ παραλληλογράμμῳ. καί ἐστι τὸ μὲν ΒΗ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ, ἴση γὰρ ἡ ΑΗ τῇ Ζ· τὸ δὲ ΔΘ τὸ ὑπὸ τῶν ΓΔ, Ε περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἴση γάρ ἡ ΓΘ τῇ Ε· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΓΔ, Ε περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

ΑΛΛΑ δὴ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἔστω τῷ ὑπὸ ΓΔ, Ε περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· λέγω ὅτι αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ἔσονται, ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ Ε πρὸς τὴν Ζ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΓΔ, Ε, καί ἐστι τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΑΒ, Ζ τὸ ΒΗ, ἴση γάρ τῇ Ζ ἡ ΑΗ· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΔ, Ε τὸ ΔΘ, ἴση γάρ ἡ ΓΘ τῇ Ε· τὸ ἄρα ΒΗ ἴσον ἐστὶ τῷ ΔΘ. καί εἰσιν ἰσογώνια. τῶν δὲ ἴσων καὶ ἰσογωνίων παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ ΓΘ πρὸς τὴν ΑΗ. ἴση δὲ ἡ μὲν ΓΘ τῇ Ε, ἡ δὲ ΑΗ τῇ Ζ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως ἡ Ε πρὸς τὴν Ζ.

Ἐὰν ἄρα τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· καὶ εἰ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ᾖ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ea [per 14. 6.] inter se sunt æqualia; parallelogrammum igitur BH æquale est parallelogrammo ΔΘ. est autem parallelogrammum BH sub rectis lineis AB, Z comprehensum, est enim AH æqualis Z; parallelogrammum vero ΔΘ comprehenditur sub ipsis ΓΔ, E, cum ΓΘ ipsi E sit æqualis: rectangulum igitur comprehensum sub rectis AB, Z est æquale ei quod sub ipsis ΓΔ, E comprehenditur.

SED rectangulum comprehensum sub AB, Z sit æquale ei quod comprehenditur sub ipsis ΓΔ, E: dico quatuor rectas lineas proportionales esse, videlicet ut AB ad ΓΔ ita E ad Z.

Iisdem enim constructis, quoniam rectangulum comprehensum sub rectis AB, Z est æquale ei quod sub rectis ΓΔ, E comprehenditur, est autem rectangulum BH comprehensum sub rectis AB, Z, etenim AH est æqualis Z; comprehensum vero sub rectis ΓΔ, E est rectangulum ΔΘ, quod ΓΘ ipsi E sit æqualis: erit parallelogrammum BH æquale parallelogrammo ΔΘ; & sunt æquiangula. æqualium autem & æquiangulorum parallelogrammorum latera, quæ circum æquales angulos [per 14. 6.] sunt reciproce proportionalia: quare ut AB ad ΓΔ ita ΓΘ ad AH. æqualis autem est ΓΘ ipsi E, & AH ipsi Z: ut igitur AB ad ΓΔ ita E ad Z.

Ergo si quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint, rectangulum sub extremis comprehensum æquale est ei quod sub mediis comprehenditur: & si rectangulum sub extremis comprehensum æquale fuerit ei quod sub mediis comprehenditur, quatuor rectæ lineæ proportionales erunt. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζʹ.

Ἐὰν τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς μέσης τετραγώνῳ· καὶ εἰ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ᾖ τῷ ἀπὸ τῆς μέσης τετραγώνῳ, αἱ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ἔσονται.

PROP. XVII. THEOR.

Si tres rectæ lineæ proportionales fuerint, rectangulum sub extremis comprehensum æquale est ei quod à media fit quadrato: & si rectangulum sub extremis comprehensum æquale fuerit ei quod à media fit quadrato, tres rectæ lineæ proportionales erunt.

Ἔστωσαν τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον αἱ Α, Β, Γ, ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Γ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν Α, Γ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς μέσης τῆς Β τετραγώνῳ.

Κείσθω τῇ Β ἴση ἡ Δ.

Καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Γ, ἴση δὲ ἡ Β τῇ Δ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Γ. ἐὰν δὲ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων περιε-



SInt tres rectæ lineæ proportionales A, B, Γ, ut quidem A ad B ita B ad Γ: dico rectangulum comprehensum sub rectis A, Γ æquale esse ei quod à media B fit quadrato.

Ponatur ipsi B æqualis Δ.

Et quoniam ut A ad B ita B ad Γ, æqualis autem est B ipsi Δ; erit ut A ad B ita Δ ad Γ. si autem quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint, rectangulum sub extremis comprehensum [per 16. 6.] est æquale ei quod sub mediis comprehenditur: ergo rectangulum comprehensum sub rectis A, Γ æquale est ei quod comprehenditur sub rectis B, Δ. sed rectangulum comprehensum sub rectis B, Δ est æquale quadrato quod fit ex ipsa B; etenim B est æqualis Δ: rectangulum igitur comprehensum sub rectis A, Γ est æquale ei quod ex B fit quadrato.



Sed rectangulum comprehensum sub rectis A, Γ æquale sit quadrato quod fit ex B: dico ut A ad B ita esse B ad Γ.

Iisdem enim constructis, quoniam rectangulum comprehensum sub rectis A, Γ æquale est quadrato quod fit ex B; at quadratum quod fit ex B est rectangulum quod sub ipsis B, Δ comprehenditur, est enim B æqualis ipsi Δ: erit rectangulum comprehensum sub rectis A, Γ æquale ei quod sub rectis B, Δ comprehenditur. si autem rectangulum sub extremis comprehensum æquale fuerit ei quod sub mediis comprehenditur, quatuor rectæ lineæ [per 16. 6.] proportionales erunt: est igitur ut A ad B ita Δ ad Γ. sed B æqualis est Δ: ut igitur A ad B ita B ad Γ.

Si igitur tres rectæ lineæ proportionales fuerint, rectangulum sub extremis comprehensum est æquale ei quod à media fit quadrato: & si rectangulum sub extremis comprehensum æquale fuerit ei quod à media fit quadrato, tres rectæ lineæ proportionales erunt. quod erat demonstrandum.

χομένῳ ὀρθογωνίῳ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν Β, Δ. ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν Β, Δ τῷ ἀπὸ τῆς Β ἐστὶν ἴσον, ἴση γάρ ἡ Β τῇ Δ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Γ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Β τετραγώνῳ.

Ἀλλὰ δὴ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Γ ἴσον ἔστω τῷ ἀπὸ τῆς Β· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Γ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Β, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς Β τῷ ὑπὸ τῶν Β, Δ, ἴση γάρ ἡ Β τῇ Δ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ Β, Δ. ἐὰν δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων ἴσον ᾖ τῷ ὑπὸ τῶν μέσων, αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον εἰσίν· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Γ. ἴση δὲ ἡ Β τῇ Δ· ὡς ἄρα ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Γ.

Ἐὰν ἄρα τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς μέσης τετραγώνῳ· κἂν τὸ ὑπὸ τῶν ἄκρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ᾖ τῷ ἀπὸ τῆς μέσης τετραγώνῳ, αἱ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ἔσονται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XVIII. Probl.

A data recta linea rectilineo simile & similiter positum rectilineum describere.

Sit data recta linea AB, datum autem rectilineum ΓE: oportet à recta linea AB rectilineo ΓE simile & similiter positum rectilineum describere.



Jungatur ΔZ; & [per 23. 1.] ad rectam lineam AB & ad puncta in ipsa A, B angulo quidem Γ æqualis angulus constituatur HAB, angulo autem ΓΔZ angulus ABH: reliquus igitur ΓZΔ angulus [per 32. 1.] reliquo AHB est æqualis: ergo æquiangulum est ZΓΔ triangulum triangulo HAB; ac propterea [per 4. 6.] ut ZΔ ad HB ita ZΓ ad HA & ΓΔ ad

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Ἀπὸ τῆς δοθείσης εὐθείας τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ ὅμοιόν τε καὶ ὁμοίως κείμενον εὐθύγραμμον ἀναγράψαι.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, τὸ δὲ δοθὲν εὐθύγραμμον τὸ ΓΕ· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς ΑΒ εὐθείας τῷ ΓΕ εὐθυγράμμῳ ὅμοιόν τε καὶ ὁμοίως κείμενον εὐθύγραμμον ἀναγράψαι.

Ἐπεζεύχθω ἡ ΔΖ, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΑΒ εὐθείᾳ καὶ τοῖς πρὸς αὐτῇ σημείοις τοῖς Α, Β τῇ μὲν πρὸς τῷ Γ γωνίᾳ ἡ ὑπὸ ΗΑΒ ἴση, τῇ δὲ ὑπὸ ΓΔΖ ἡ ὑπὸ ΑΒΗ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΖΔ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΑΗΒ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΓΔ τρίγωνον τῷ ΗΑΒ τριγώνῳ· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΖΔ πρὸς τὴν ΗΒ οὕτως ἡ ΖΓ πρὸς τὴν ΗΑ καὶ ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΑΒ.

ΑΒ. πάλιν, συνεστάτω πρὸς τῇ ΒΗ εὐθείᾳ καὶ τοῖς πρὸς αὐτῇ σημείοις τοῖς Β, Η τῇ μὲν ὑπὸ ΔΖΕ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΒΗΘ, τῇ δὲ ὑπὸ ΖΔΕ ἴση ἡ ὑπὸ ΗΒΘ· λοιπὴ ἄρα ἡ πρὸς τῷ Ε λοιπῇ τῇ πρὸς τῷ Θ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΔΕ τρίγωνον τῷ ΗΒΘ τριγώνῳ· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΖΔ πρὸς τὴν ΗΒ οὕτως ἡ ΖΕ πρὸς τὴν ΗΘ καὶ ἡ ΕΔ πρὸς τὴν ΘΒ. ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς ἡ ΖΔ πρὸς τὴν ΗΒ οὕτως ἡ ΖΓ πρὸς τὴν ΗΑ καὶ ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΑΒ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΖΓ πρὸς τὴν ΗΑ οὕτως ἔτι ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΑΒ καὶ ἡ ΖΕ πρὸς τὴν ΗΘ, καὶ ἔτι ἡ ΕΔ πρὸς τὴν ΘΒ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΓΖΔ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΗΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΔΖΕ τῇ ὑπὸ ΒΗΘ· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΖΕ ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΑΗΘ ἐστὶν ἴση. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ὑπὸ ΓΔΕ τῇ ὑπὸ ΑΒΘ ἐστὶν ἴση, ἔστι δὲ καὶ ἡ μὲν πρὸς τῷ Γ τῇ πρὸς τῷ Α ἴση, ἡ δὲ πρὸς τῷ Ε τῇ πρὸς τῷ Θ· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΘ τῷ ΓΕ, καὶ τὰς περὶ τὰς ἴσας γωνίας αὐτῶν πλευρὰς ἀνάλογον ἔχει· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΘ εὐθύγραμμον τῷ ΓΕ εὐθυγράμμῳ.

Ἀπὸ τῆς δοθείσης ἄρα εὐθείας τῆς ΑΒ τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ ΓΕ ὅμοιόν τε καὶ ὁμοίως κείμενον εὐθύγραμμον ἀναγέγραπται τὸ ΑΘ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΑΒ. rursus, constituatur ad rectam lineam ΒΗ & ad puncta in ipsa Β, Η angulo quidem ΔΖΕ æqualis angulus ΒΗΘ, angulo autem ΖΔΕ æqualis ΗΒΘ: ergo reliquus qui ad Ε reliquo qui ad Θ est æqualis: æquiangulum igitur est triangulum ΖΔΕ triangulo ΗΒΘ: quare [per 4. 6.] ut ΖΔ ad ΗΒ ita ΖΕ ad ΗΘ & ΕΔ ad ΘΒ. ostensum autem est & ut ΖΔ ad ΗΒ ita esse ΖΓ ad ΗΑ & ΓΔ ad ΑΒ: & igitur [per 11. 5.] ut ΖΓ ad ΗΑ ita ΓΔ ad ΑΒ & ΖΕ ad ΗΘ, & adhuc ΕΔ ad ΘΒ. itaque quoniam angulus ΓΖΔ est [per constr.] æqualis angulo ΑΗΒ, angulus autem ΔΖΕ angulo ΒΗΘ: erit totus ΓΖΕ angulus toti ΑΗΘ æqualis. eadem ratione & ΓΔΕ est æqualis ipsi ΑΒΘ, & præterea angulus ad Γ angulo ad Α æqualis, angulus vero ad Ε angulo ad Θ; æquiangulum igitur est ΑΘ ipsi ΓΕ, & latera circum æquales angulos habet proportionalia: ergo [per 1. def. 6.] rectilineum ΑΘ rectilineo ΓΕ simile erit.

A data igitur recta linea ΑΒ dato rectilineo ΓΕ simile & similiter positum rectilineum ΑΘ descriptum est. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.

Τὰ ὅμοια τρίγωνα πρὸς ἄλληλα ἐν διπλασίονι λόγῳ ἐστὶ τῶν ὁμολόγων πλευρῶν.

Prop. XIX. Theor.

Similia triangula inter se sunt in duplicata ratione laterum homologorum.

Ἔστω ὅμοια τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, ἴσην ἔχοντα τὴν πρὸς τῷ Β γωνίαν τῇ πρὸς τῷ Ε, ὡς δὲ τὴν ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὴν ΔΕ πρὸς τὴν ΕΖ, ὥστε ὁμόλογον εἶναι τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· λέγω ὅτι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΔΕΖ τρίγωνον διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν ΒΓ, ΕΖ τρίτη ἀνάλογον ἡ ΒΗ, ὥστε εἶναι ὡς τὴν ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ οὕτως τὴν ΕΖ πρὸς τὴν ΒΗ· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΑ.



Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΕΖ· ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΔΕ οὕτως ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ. ἀλλ' ὡς ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ οὕτως ἐστὶν ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΒΗ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΔΕ οὕτως ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΒΗ· τῶν ΑΒΗ, ΔΕΖ τριγώνων ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας. ὧν δὲ, μίαν μιᾷ ἴσην ἐχόντων γωνίαν, ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ, αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ἴσα ἐστὶν ἐκεῖνα· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΗ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ οὕτως ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΒΗ· ἐὰν δὲ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσιν, ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην διπλασίονα λόγον

Sint similia triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ, habentia angulum ad Β æqualem angulo ad Ε; & sit ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΔΕ ad ΕΖ, ita ut latus ΒΓ homologum sit [per 12. def. 5.] lateri ΕΖ: dico ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΔΕΖ duplicatam rationem habere ejus quam habet ΒΓ ad ΕΖ.

Sumatur enim [per 11. 6.] ipsis ΒΓ, ΕΖ tertia proportionalis ΒΗ, ut sit sicut ΒΓ ad ΕΖ ita ΕΖ ad ΒΗ: & jungatur ΗΑ.

Quoniam igitur ut ΑΒ ad ΒΓ ita est ΔΕ ad ΕΖ; erit permutando [per 16. 5.] ut ΑΒ ad ΔΕ ita ΒΓ ad ΕΖ. sed ut ΒΓ ad ΕΖ ita ΕΖ ad ΒΗ, & igitur [per 11. 5.] ut ΑΒ ad ΔΕ ita ΕΖ ad ΒΗ: quare triangulorum ΑΒΗ, ΔΕΖ latera, quæ circum æquales angulos, reciproce sunt proportionalia. quorum autem triangulorum, unum angulum uni æqualem habentium, latera, quæ circum æquales angulos, reciproce sunt proportionalia, ea [per 15. 6.] inter se sunt æqualia: æquale igitur est ΑΒΗ triangulum triangulo ΔΕΖ. & quoniam est ut ΒΓ ad ΕΖ ita ΕΖ ad ΒΗ; si autem tres rectæ lineæ proportionales sint [per 10. def. 5.] prima ad tertiam duplicatam rationem habet ejus quam habet ad secundam; habebit ΒΓ ad ΒΗ duplicatam rationem ejus quam habet ΒΓ ad ΕΖ. ut autem ΒΓ ad ΒΗ ita [per 1. 6.] ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΑΒΗ: ergo & ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΑΒΗ duplicatam rationem habet ejus quam habet ΒΓ ad ΕΖ. est autem ΑΒΗ triangulum triangulo ΔΕΖ æquale: & igitur [per 7. 5.] triangulum ΑΒΓ ad triangulum ΔΕΖ duplicatam rationem habebit ejus quam habet ΒΓ ad ΕΖ.



Similia igitur triangula inter se sunt in duplicata ratione laterum homologorum. quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Ex hoc manifestum est, si tres rectæ lineæ proportionales fuerint, ut prima ad tertiam ita esse triangulum quod fit à prima ad triangulum à secunda simile & similiter descriptum: quoniam ostensum est ut ΓΒ ad ΒΗ ita ΑΒΓ triangulum ad triangulum ΑΒΗ, hoc est ad triangulum ΔΕΖ.

ἔχειν λέγεται ἤπερ πρὸς τὴν δευτέραν· ἡ ΒΓ ἄρα πρὸς τὴν ΒΗ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ. ὡς δὲ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΒΗ οὕτως τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΒΗ τρίγωνον· καὶ τὸ ΑΒΓ ἄρα τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΒΗ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ. ἴσον δὲ τὸ ΑΒΗ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ· καὶ τὸ ΑΒΓ ἄρα τρίγωνον πρὸς τὸ ΔΕΖ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΖ.

Τὰ ἄρα ὅμοια τρίγωνα πρὸς ἄλληλα ἐν διπλασίονι λόγῳ ἐστὶ τῶν ὁμολόγων πλευρῶν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι κἂν τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσιν, ἔστιν ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης τρίγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας ὅμοιον καὶ ὁμοίως ἀναγραφόμενον· ἐπείπερ ἐδείχθη, ὡς ἡ ΓΒ πρὸς τὴν ΒΗ οὕτως τὸ ΑΒΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΒΗ τρίγωνον, τουτέστι τὸ ΔΕΖ.

Prop. XX. Theor.

Similia polygona in similia triangula dividuntur & numero æqualia & homologa totis: & polygonum ad polygonum duplicatam rationem habet ejus quam latus homologum habet ad latus homologum.

Sint similia polygona ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ, & sit latus ΑΒ homologum ipsi ΖΗ: dico polygona ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ in similia triangula dividi & numero æqualia & homologa totis; & polygonum ΑΒΓΔΕ ad polygonum ΖΗΘΚΛ duplicatam rationem habere ejus quam habet ΑΒ ad ΖΗ.

Jungantur ΒΕ, ΕΓ, ΗΛ, ΛΘ.

Et quoniam simile est ΑΒΓΔΕ polygonum polygono ΖΗΘΚΛ; angulus ΒΑΕ angulo ΗΖΛ est æqualis: atque est ut ΒΑ ad ΑΕ ita ΗΖ ad ΖΛ. quoniam igitur ΑΒΕ, ΖΗΛ sunt duo triangula unum angulum uni angulo æqualem habentia, circum æquales autem angulos latera proportionalia; erit [per 6. 6.] triangulum ΑΒΕ triangulo ΖΗΛ æquiangulum; ergo [per 4. 6.] & simile; angulus igitur ΑΒΕ æqualis est angulo ΖΗΛ. est autem & totus ΑΒΓ angulus æqualis toti ΖΗΘ, propter similitudinem polygonorum: ergo reliquus ΕΒΓ reliquo ΛΗΘ est æqualis. & quoniam ob similitudinem triangulorum ΑΒΕ, ΖΗΛ est ut ΕΒ ad ΒΑ ita ΛΗ ad ΗΖ; sed & propter similitudinem polygonorum ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΖΗ ad

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ'.

Τὰ ὅμοια πολύγωνα εἰς τὰ ὅμοια τρίγωνα διαιρεῖται καὶ εἰς ἴσα τὸ πλῆθος καὶ ὁμόλογα τοῖς ὅλοις· καὶ τὸ πολύγωνον πρὸς πολύγωνον διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ὁμόλογος πλευρὰ πρὸς τὴν ὁμόλογον πλευράν.

Ἔστω ὅμοια πολύγωνα τὰ ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ, ὁμόλογος δὲ ἔστω ἡ ΑΒ τῇ ΖΗ· λέγω ὅτι τὰ ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ πολύγωνα εἴς τε ὅμοια τρίγωνα διαιρεῖται καὶ εἰς ἴσα τὸ πλῆθος καὶ ὁμόλογα τοῖς ὅλοις, καὶ τὸ ΑΒΓΔΕ πολύγωνον πρὸς τὸ ΖΗΘΚΛ πολύγωνον διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΖΗ.

Ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΕΓ, ΗΛ, ΛΘ.

Καὶ ἐπεὶ ὅμοιόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔΕ πολύγωνον τῷ ΖΗΘΚΛ πολυγώνῳ, ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΗΖΛ· καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς τὴν ΑΕ οὕτως ἡ ΗΖ πρὸς τὴν ΖΛ. ἐπεὶ οὖν δύο τρίγωνά ἐστι τὰ ΑΒΕ, ΖΗΛ μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχοντα, περὶ δὲ τὰς ἴσας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΕ τρίγωνον τῷ ΖΗΛ τριγώνῳ, ὥστε καὶ ὅμοιον· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΒΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΗΛ. ἔστι δὲ καὶ ὅλη ἡ ὑπὸ ΑΒΓ ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΖΗΘ ἴση, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν πολυγώνων· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΕΒΓ γωνία λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΛΗΘ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ΑΒΕ, ΖΗΛ τριγώνων ἐστὶν ὡς ἡ ΕΒ πρὸς τὴν ΒΑ οὕτως ἡ ΛΗ πρὸς τὴν ΗΖ, ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν πολυγώνων ἐστὶν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς τὴν

ΗΘ·

ΗΘ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΕΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΛΗ πρὸς τὴν ΗΘ, καὶ περὶ τὰς ἴσας γωνίας τὰς ὑπὸ ΕΒΓ, ΛΗΘ αἱ πλευραὶ ἀνάλογον· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΕΒΓ τρίγωνον τῷ ΛΗΘ τριγώνῳ, ὥστε καὶ ὅμοιον. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΕΓΔ τρίγωνον ὅμοιόν ἐστι τῷ ΛΘΚ τριγώνῳ· τὰ ἄρα ὅμοια πολύγωνα τὰ ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ εἴς τε ὅμοια τρίγωνα διῄρηται καὶ εἰς ἴσα τὸ πλῆθος.

Λέγω ὅτι καὶ ὁμόλογα τοῖς ὅλοις· τουτέστιν, ὥστε ἀνάλογον εἶναι τὰ τρίγωνα, καὶ ἡγούμενα μὲν εἶναι τὰ ΑΒΕ, ΕΒΓ, ΕΓΔ, ἑπόμενα δὲ αὐτῶν τὰ ΖΗΛ, ΛΗΘ, ΛΘΚ, καὶ ὅτι τὸ ΑΒΓΔΕ πολύγωνον πρὸς τὸ ΖΗΘΚΛ πολύγωνον διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ὁμόλογος πλευρὰ πρὸς τὴν ὁμόλογον πλευράν, τουτέστιν ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΖΗ.

Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΑΓ, ΖΘ.

Καὶ ἐπεὶ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν πολυγώνων ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΗΘ, καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς τὴν ΗΘ· ἰσογώνιόν ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΖΗΘ τριγώνῳ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΗΖΘ, ἡ δὲ ὑπὸ ΒΓΑ τῇ ὑπὸ ΗΘΖ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΜ γωνία τῇ ὑπὸ ΗΖΝ, ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΜ τῇ ὑπὸ ΖΗΝ ἴση· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΜΒ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΖΝΗ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΜ τρίγωνον τῷ ΖΗΝ τριγώνῳ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ τὸ



ΒΜΓ τρίγωνον ἰσογώνιον ἐστι τῷ ΗΝΘ τριγώνῳ· ἀνάλογον ἄρα ἐστίν, ὡς μὲν ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΒ οὕτως ἡ ΖΝ πρὸς τὴν ΝΗ, ὡς δὲ ἡ ΒΜ πρὸς τὴν ΜΓ οὕτως ἡ ΗΝ πρὸς τὴν ΝΘ· ὥστε καὶ δι' ἴσου, ὡς ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΓ οὕτως ἡ ΖΝ πρὸς τὴν ΝΘ. ἀλλ' ὡς ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΓ οὕτως τὸ ΑΒΜ τρίγωνον πρὸς τὸ ΜΒΓ, καὶ τὸ ΑΜΕ πρὸς ΕΜΓ, πρὸς ἄλληλα γάρ εἰσιν ὡς αἱ βάσεις· καὶ ὡς ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα· ὡς ἄρα τὸ ΑΜΒ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΜΓ οὕτως τὸ ΑΒΕ πρὸς τὸ ΓΒΕ. ἀλλ' ὡς τὸ ΑΜΒ πρὸς τὸ ΒΜΓ οὕτως ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΓ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΓ οὕτως τὸ ΑΒΕ τρίγωνον πρὸς τὸ ΕΒΓ τρίγωνον. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὡς ἡ ΖΝ πρὸς τὴν ΝΘ οὕτως τὸ ΖΗΛ τρίγωνον πρὸς τὸ ΗΛΘ τρίγωνον. καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΑΜ πρὸς τὴν ΜΓ οὕτως ἡ ΖΝ πρὸς τὴν ΝΘ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ΑΒΕ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΕΓ τρίγωνον οὕτως τὸ ΖΗΛ τρίγωνον πρὸς τὸ ΗΘΛ τρίγωνον, καὶ ἐναλλὰξ ὡς τὸ ΑΒΕ τρίγωνον πρὸς τὸ ΖΗΛ τρίγωνον οὕτως τὸ ΒΕΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΗΛΘ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ἐπιζευχθεισῶν τῶν ΒΔ, ΗΚ, ὅτι καὶ ὡς

ΗΘ: erit [per 22. 5.] ex æquo ut ΕΒ ad ΒΓ ita ΛΗ ad ΗΘ; nempe circum æquales angulos ΕΒΓ, ΛΗΘ latera sunt proportionalia: æquiangulum igitur est [per 6. 6.] ΕΒΓ triangulum triangulo ΛΗΘ, quare [per 4. 6.] & simile. eadem ratione & ΕΓΔ triangulum simile est triangulo ΛΘΚ: similia igitur polygona ΑΒΓΔΕ, ΖΗΘΚΛ in similia triangula dividuntur & numero æqualia.

Dico & homologa totis: hoc est, ut proportionalia sint triangula, & antecedentia quidem esse ΑΒΕ, ΕΒΓ, ΕΓΔ, consequentia autem ipsorum ΖΗΛ, ΛΗΘ, ΛΘΚ; & ΑΒΓΔΕ polygonum ad polygonum ΖΗΘΚΛ duplicatam rationem habere ejus quam latus homologum habet ad homologum latus, hoc est ΑΒ ad ΖΗ.

Jungantur enim ΑΓ, ΖΘ.

Et quoniam, propter similitudinem polygonorum, angulus ΑΒΓ est æqualis angulo ΖΗΘ, atque est ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΖΗ ad ΗΘ; erit [per 6. 6.] triangulum ΑΒΓ triangulo ΖΗΘ æquiangulum: æqualis igitur est angulus quidem ΒΑΓ angulo ΗΖΘ, angulus vero ΒΓΑ angulo ΗΘΖ. præterea quoniam æqualis est ΒΑΜ angulus angulo ΗΖΝ, ostensus autem est & ΑΒΜ angulus æqualis angulo ΖΗΝ; erit [per 32. 1.] & reliquus ΑΜΒ reliquo ΖΝΗ æqualis: ergo æquiangulum est ΑΒΜ triangulum triangulo ΖΗΝ. similiter ostendemus & triangulum ΒΜΓ



triangulo ΗΝΘ æquiangulum esse; igitur [per 4. 6.] ut ΑΜ ad ΜΒ ita est ΖΝ ad ΝΗ, & ut ΒΜ ad ΜΓ ita ΗΝ ad ΝΘ: quare & ex æquo [per 22. 5.] ut ΑΜ ad ΜΓ ita ΖΝ ad ΝΘ. sed ut ΑΜ ad ΜΓ ita ΑΒΜ triangulum ad triangulum ΜΒΓ, & triangulum ΑΜΕ ad ipsum ΕΜΓ, inter se enim sunt [per 1. 6.] ut bases: & [per 12. 5.] ut unum antecedentium ad unum consequentium ita omnia antecedentia ad omnia consequentia: ut igitur ΑΜΒ triangulum ad triangulum ΒΜΓ ita triangulum ΑΒΕ ad ipsum ΓΒΕ. sed ut ΑΜΒ ad ΒΜΓ ita ΑΜ ad ΜΓ; & igitur [per 11. 5.] ut ΑΜ ad ΜΓ ita ΑΒΕ triangulum ad triangulum ΕΒΓ. eadem ratione & ut ΖΝ ad ΝΘ ita ΖΗΛ triangulum ad triangulum ΗΛΘ. atque est ut ΑΜ ad ΜΓ ita ΖΝ ad ΝΘ: ergo [per 11. 5.] ut triangulum ΑΒΕ ad triangulum ΒΕΓ ita triangulum ΖΗΛ ad ΗΛΘ triangulum; & permutando [per 16. 5.] ut ΑΒΕ triangulum ad triangulum ΖΗΛ ita triangulum ΒΕΓ ad triangulum ΗΛΘ. similiter ostendemus, junctis ΒΔ, ΗΚ, ut

ΒΕΓ

BEΓ triangulum ad triangulum HΛΘ ita esse triangulum EΓΔ ad triangulum ΛΘK. & quoniam est ut ABE triangulum ad triangulum ZHΛ ita triangulum EBΓ ad triangulum ΛHΘ, & adhuc ita triangulum EΓΔ ad ipsum ΛΘK; erit [per 12. 5.] & ut unum antecedentium ad unum consequentium sic omnia antecedentia ad omnia consequentia: ergo ut triangulum ABE ad triangulum ZHΛ ita ABΓΔE polygonum ad polygonum ZHΘKΛ. sed ABE triangulum ad triangulum ZHΛ duplicatam rationem habet ejus quam latus homologum AB habet ad homologum latus ZH; similia enim triangula sunt [per 19. 6.] in duplicata ratione laterum homologorum: ergo & ABΓΔE polygonum ad polygonum ZHΘKΛ duplicatam rationem habet ejus quam AB latus homologum habet ad ZH homologum latus.





Similia igitur polygona in similia triangula dividuntur, & numero æqualia & homologa totis: & polygonum ad polygonum duplicatam habet rationem ejus quam habet latus homologum ad latus homologum. quod erat demonstrandum.

Corollarium 1.

Eodem modo & in similibus quadrilateris ostendetur, ea esse in duplicata ratione laterum homologorum. ostensum autem est [ad corol. 19. 6.] & in triangulis: quare universe similes rectilineæ figuræ inter se sunt in duplicata ratione homologorum laterum.

Corollarium 2.

τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως ἐστὶν ὁ Ε πρὸς τὸν Η. ἔστι δὲ ἑκάτερος τῶν Ε, Η τετράγωνος, ὁ μὲν γὰρ Ε ἀπὸ τοῦ Γ ἐστίν, ὁ δὲ Η ἀπὸ τοῦ Δ· τὸ ἀπὸ τῆς Α ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΑΛΛΑ δὴ ἔστω ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β τετράγωνον οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ Γ τετράγωνος πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Δ τετράγωνον· λέγω ὅτι σύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Β μήκει. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β τετράγωνον οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ Γ τετράγωνος πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Δ τετράγωνον, ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ ἀπὸ τῆς Α τετραγώνου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β τετράγωνον λόγος διπλασίων τοῦ τῆς Α πρὸς τὴν Β λόγου, ὁ δὲ τοῦ ἀπὸ τοῦ Γ ἀριθμοῦ τετραγώνου ἀριθμοῦ πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Δ ἀριθμοῦ τετράγωνον ἀριθμὸν λόγος διπλασίων ἐστὶ τοῦ τοῦ Γ ἀριθμοῦ πρὸς τὸν τοῦ Δ ἀριθμοῦ λόγον· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ὁ Γ ἀριθμὸς πρὸς τὸν Δ ἀριθμόν· ἡ Α ἄρα πρὸς τὴν Β λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς ὁ Γ πρὸς ἀριθμὸν τὸν Δ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ Α τῇ Β μήκει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. ΑΛΛΩΣ. Ἀλλὰ δὴ ἐχέτω τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β λόγον ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς ὁ Ε πρὸς τετράγωνον ἀριθμὸν τὸν Η· λέγω ὅτι σύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Β μήκει. Ἔστω γὰρ τοῦ μὲν Ε πλευρὰ, ὁ Γ, τοῦ δὲ Η, ὁ Δ, καὶ ὁ Γ τὸν Δ πολλαπλασιάσας τὸν Ζ ποιείτω· οἱ Ε, Ζ, Η ἄρα ἑξῆς εἰσιν ἀνάλογον ἐν τῷ τοῦ Γ πρὸς τὸν Δ λόγῳ. καὶ ἐπεὶ τῶν ἀπὸ τῶν Α, Β μέσον ἀνάλογόν ἐστι τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β, τῶν δὲ Ε, Η ὁ Ζ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β οὕτως ὁ Ε πρὸς τὸν Ζ. [* ὡς δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως ὁ Ζ πρὸς τὸν Η,] ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β οὕτως ἡ Α πρὸς τὴν Β· αἱ Α, Β ἄρα σύμμετροί εἰσι, λόγον γὰρ ἔχουσιν ὃν ἀριθμὸς ὁ Ε πρὸς ἀριθμὸν τὸν Ζ, τουτέστιν ὃν ὁ Γ πρὸς τὸν Δ. [† ὡς γὰρ ὁ Γ πρὸς τὸν Δ οὕτως ὁ Ε πρὸς τὸν Ζ· ὁ γὰρ Γ ἑαυτὸν μὲν πολλαπλασιάσας τὸν Ε πεποίηκε, τὸν δὲ Δ πολλαπλασιάσας τὸν Ζ πεποίηκεν· ἔστιν ἄρα ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Δ οὕτως ὁ Ε πρὸς τὸν Ζ.] ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΑΛΛΑ δὲ ἀσύμμετρος ἔστω ἡ Α τῇ Β μήκει· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β τετράγωνον λόγον οὐκ ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν. Εἰ γὰρ ἔχει τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ

* Desiderantur in Codd. MSS. † Illa uncis inclusa non agnoscunt Codd. MSS. Videntur glossemata, & commode abesse possunt.

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ B τετράγωνον λόγον ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, σύμμετρος ἔσται ἡ A τῇ B μήκει. οὐκ ἔστι δέ· οὐκ ἄρα τὸ ἀπὸ τοῦ A τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τοῦ B τετράγωνον λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν.

ΠΑΛΙΝ δὲ τὸ ἀπὸ τῆς A τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τοῦ B τετράγωνον λόγον μὴ ἐχέτω ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· λέγω ὅτι ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ A τῇ B μήκει. Εἰ γάρ ἐστι σύμμετρος ἡ A τῇ B μήκει, ἕξει τὸ ἀπὸ τοῦ A πρὸς τὸ ἀπὸ τοῦ B λόγον ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν. οὐκ ἔχει δέ· οὐκ ἄρα σύμμετρός ἐστιν ἡ A τῇ B μήκει.

Τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν μήκει συμμέτρων εὐθειῶν τετράγωνα πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει, ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Πόρισμα.

Καὶ φανερὸν ἔστω ἐκ τῶν δεδειγμένων ὅτι αἱ μήκει σύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει, αἱ δὲ δυνάμει σύμμετροι οὐ πάντως καὶ μήκει, καὶ αἱ μήκει ἀσύμμετροι οὐ πάντως καὶ δυνάμει ἀσύμμετροι, αἱ δὲ δυνάμει ἀσύμμετροι πάντως καὶ μήκει.

Εἴπερ γὰρ τὰ ἀπὸ τῶν μήκει συμμέτρων εὐθειῶν τετράγωνα λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, τὰ δὲ λόγον ἔχοντα ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμὸν σύμμετρά ἐστιν· ὥστε αἱ μήκει σύμμετροι εὐθεῖαι οὐ μόνον εἰσὶ μήκει σύμμετροι ἀλλὰ καὶ δυνάμει.

Πάλιν, ἐπεὶ ὅσα τετράγωνα πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμὸν μήκει ἐδείχθη σύμμετρα, καὶ δυνάμει ὄντα σύμμετρα, τῷ τὰ τετράγωνα λόγον ἔχειν ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν· ὅσα ἄρα τετράγωνα λόγον οὐκ ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὃν ἕτερός τις ἀριθμὸς πρὸς ἕτερόν τινα ἀριθμόν, σύμμετρά ἐστι τὰ τετράγωνα, τουτέστιν αἱ εὐθεῖαι ἀφ᾽ ὧν ἀνεγράφησαν δυνάμει, οὐκέτι δὲ καὶ μήκει· ὥστε αἱ μὲν μήκει σύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει, αἱ δὲ δυνάμει οὐ πάντως καὶ μήκει, εἰ μὴ καὶ λόγον ἔχοιεν ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν.

Λέγω δὴ ὅτι καὶ αἱ μήκει ἀσύμμετροι οὐ πάντως καὶ δυνάμει ἀσύμμετροι· ἐπειδήπερ αἱ δυνάμει σύμμετροι δύνανται λόγον μὴ ἔχειν ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν, καὶ διὰ τοῦτο

B rationem habeat quam quadratus numerus ad quadratum numerum, [ex demonstratis] commensurabilis erit A ipsi B longitudine. non est autem: non igitur quadratum ex A ad quadratum ex B rationem habet, quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

Rursus quadratum ex A ad quadratum ex B rationem non habeat quam quadratus numerus ad quadratum numerum: dico A ipsi B longitudine incommensurabilem esse. Si enim commensurabilis sit A ipsi B longitudine, habebit quadratum ex A ad quadratum ex B rationem quam quadratus numerus ad quadratum numerum. atqui non habet: non igitur A ipsi B longitudine est commensurabilis.

Ergo quæ à rectis lineis longitudine commensurabilibus fiunt quadrata inter se rationem habent quam numerus quadratus ad quadratum numerum, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Et manifestum est ex jam demonstratis, lineas quæ longitudine sunt commensurabiles omnino & potentia commensurabiles esse; quæ vero potentia commensurabiles non semper & longitudine; & quæ longitudine incommensurabiles sunt non semper & potentia incommensurabiles; quæ vero potentia incommensurabiles, omnino & longitudine incommensurabiles esse.

Quoniam enim quadrata quæ fiunt à rectis lineis longitudine commensurabilibus rationem habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum; quæ vero rationem habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum commensurabilia sunt: erunt rectæ lineæ longitudine commensurabiles, non solum longitudine sed & etiam potentia commensurabiles.

Rursus, quoniam quæcunque quadrata inter se rationem habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum latera habent longitudine commensurabilia, ut ostensum est, quæ etiam latera potentia commensurabilia sunt, cum eorum quadrata rationem habeant quam numerus ad numerum: quæcunque igitur quadrata rationem non habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum, sed simpliciter quam aliquis alius numerus ad alium numerum, commensurabilia sunt, hoc est rectæ lineæ, à quibus ipsa describuntur, commensurabiles sunt potentia, non autem & longitudine: ergo rectæ lineæ longitudine quidem commensurabiles omnino & potentia commensurabiles sunt; potentia vero commensurabiles non semper & longitudine, nisi earum quadrata rationem habeant quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

Dico & longitudine incommensurabiles non semper potentia incommensurabiles esse. quoniam potentia commensurabiles possunt rationem non habere quam numerus ad numerum, ideoque

ideoque cum potentia commensurabiles sint, longitudine sunt incommensurabiles: ergo non quæ longitudine incommensurabiles sunt, omnino & potentia: sed longitudine incommensurabiles existentes possunt potentia & incommensurabiles & commensurabiles esse.

Potentia vero incommensurabiles omnino & longitudine incommensurabiles sunt: si enim longitudine sint commensurabiles, [ex hactenus ostensis] & potentia commensurabiles erunt. atqui ponuntur incommensurabiles, quod est absurdum: potentia igitur incommensurabiles omnino & longitudine incommensurabiles erunt.

δυνάμει ἔσονται σύμμετροι μήκει εἰσὶν ἀσύμμετροι· ὥστε οὐχ αἱ μήκει ἀσύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει, ἀλλὰ καὶ δύνανται μήκει οὖσαι ἀσύμμετροι δυνάμει εἶναι καὶ ἀσύμμετροι καὶ σύμμετροι.

Αἱ δὲ δυνάμει ἀσύμμετροι, πάντως καὶ μήκει ἀσύμμετροι· εἰ γὰρ εἰσιν σύμμετροι, ἔσονται καὶ δυνάμει σύμμετροι. ὑπόκεινται δὲ καὶ ἀσύμμετροι, ὅπερ ἄτοπον· αἱ ἄρα δυνάμει ἀσύμμετροι πάντως καὶ μήκει.

*Prop. X. Theor.

Si quatuor magnitudines proportionales fuerint, prima vero secundæ fuerit commensurabilis; & tertia quartæ commensurabilis erit. & si prima secundæ fuerit incommensurabilis; & tertia quartæ incommensurabilis erit.

Sint quatuor magnitudines proportionales, A, B, Γ, Δ; sitque ut A ad B ita Γ ad Δ, & sit A ipsi B commensurabilis: dico & Γ ipsi Δ commensurabilem esse.

Quoniam enim A commensurabilis est ipsi B, habebit [per 5. 10.] A ad B rationem quam numerus ad numerum. atque est ut A ad B ita Γ ad Δ: ergo & Γ ad Δ rationem habet quam numerus ad numerum: commensurabilis igitur [per 6. 10.] est Γ ipsi Δ.

Sed A ipsi B sit incommensurabilis: dico & Γ ipsi Δ incommensurabilem esse. quoniam enim incommensurabilis est A ipsi B, non habebit [per 7. 10.] A ad B rationem quam numerus ad numerum. est autem ut A ad B ita Γ ad Δ: ergo neque Γ ad Δ rationem habet quam numerus ad numerum. si enim Γ ad Δ rationem habeat quam numerus ad numerum; & A ad B [per 11. 5.] eam quam numerus ad numerum rationem habebit: atque [per 6. 10.] erit A ipsi B commensurabilis, quod est absurdum; incommensurabilis enim ponitur: ergo Γ ad Δ rationem non habet quam numerus ad numerum; ideoq; [per 8. 10.] Γ ipsi Δ est incommensurabilis.



A B

Si igitur quatuor magnitudines proportionales fuerint, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

*ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι΄.

Ἐὰν τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ δὲ πρῶτον τῷ δευτέρῳ σύμμετρον ᾖ· καὶ τὸ τρίτον τῷ τετάρτῳ σύμμετρον ἔσται. κἂν τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ ἀσύμμετρον ᾖ· καὶ τὸ τρίτον τῷ τετάρτῳ ἀσύμμετρον ἔσται.

Ἔστωσαν τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον, τὰ A, B, Γ, Δ, ὡς τὸ A πρὸς τὸ B οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, τὸ A δὲ τῷ B σύμμετρον ἔστω· λέγω ὅτι καὶ τὸ Γ τῷ Δ σύμμετρόν ἐστιν.

Ἐπεὶ γὰρ σύμμετρόν ἐστι τὸ A τῷ B, τὸ A ἄρα πρὸς τὸ B λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. καὶ ἔστιν ὡς τὸ A πρὸς τὸ B οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· καὶ τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Δ λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ Γ τῷ Δ.

Ἀλλὰ δὴ τὸ A τῷ B ἀσύμμετρον ἔστω· λέγω ὅτι καὶ τὸ Γ τῷ Δ ἀσύμμετρόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ ἀσύμμετρόν ἐστι τὸ A τῷ B· τὸ A ἄρα πρὸς τὸ B λόγον οὐκ ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. καὶ ἔστιν ὡς τὸ A πρὸς τὸ B οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· οὐδὲ τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Δ λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. εἰ γὰρ ἔχει λόγον ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμὸν τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ τὸ A πρὸς τὸ B λόγον ἕξει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν, καὶ ἔσται σύμμετρον τὸ A τῷ B, ὅπερ ἄτοπον, ὑπόκειται γὰρ ἀσύμμετρον· τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Δ λόγον οὐκ ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ Γ τῷ Δ.



Γ Δ

Ἐὰν ἄρα τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

LEMMA.

Ostensum est in arithmeticis [ad 26. 8.] numeros planos similes inter se rationem habere quam quadratus numerus ad quadratum numerum; & si duo numeri inter se rationem habeant quam quadratus numerus ad quadratum numerum, eos similes planos esse. & manifestum est ex his, dissimiles planos numeros, hoc est non habentes latera inter se propor-

ΛΗΜΜΑ.

Δέδεικται ἐν τοῖς ἀριθμητικοῖς, ὅτι οἱ ὅμοιοι ἐπίπεδοι ἀριθμοὶ πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχουσιν ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· καὶ ὅτι ἐὰν δύο ἀριθμοὶ πρὸς ἀλλήλους λόγον ἔχωσιν ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμὸν, ὅμοιοί εἰσιν ἐπίπεδοι. καὶ δῆλον ἐκ τούτων, ὅτι οἱ μὴ ὅμοιοι ἐπίπεδοι ἀριθμοὶ, τουτέστιν οἱ μὴ ἀνάλογον ἔχοντες τὰς

πλευρὰς

* Codd. MSS. hanc undecimam, sequentem vero decimam faciunt.

πλευρὰς πρὸς ἀλλήλους λόγον οὐκ ἔχουσιν ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν. εἰ γὰρ ἕξουσιν, ὅμοιοι ἐπίπεδοι ἔσονται, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται· οἱ ἄρα μὴ ὅμοιοι ἐπίπεδοι πρὸς ἀλλήλους λόγον οὐκ ἔχουσιν ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν.

tionalia) rationem non habere quam quadratus numerus ad quadratum numerum. si enim haberent, similes plani essent, contra hypothesin: ergo dissimiles plani inter se rationem non habent quam quadratus numerus ad quadratum numerum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιαʹ.

Τῇ προτεθείσῃ εὐθείᾳ προσευρεῖν δύο εὐθείας ἀσυμμέτρους, τὴν μὲν μήκει μόνον, τὴν δὲ καὶ δυνάμει.

Ἔστω ἡ προτεθεῖσα εὐθεῖα ἡ Α· δεῖ δὴ τῇ Α προσευρεῖν δύο εὐθείας ἀσυμμέτρους, τὴν μὲν μήκει μόνον, τὴν δὲ καὶ δυνάμει.

Ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο ἀριθμοὶ οἱ Β, Γ, πρὸς ἀλλήλους λόγον μὴ ἔχοντες ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, τουτέστι μὴ ὅμοιοι ἐπίπεδοι, καὶ γεγονέτω ὡς ὁ Β πρὸς τὸν Γ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ τετράγωνον, ἐμάθομεν γάρ· σύμμετρον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Α τῷ ἀπὸ τῆς Δ. καὶ ἐπεὶ ὁ Β πρὸς τὸν Γ λόγον οὐκ ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν, οὐδ᾽ ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ Α τῇ Δ μήκει. εἰλήφθω τῶν Α, Δ μέση ἀνάλογον ἡ Ε· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Δ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Ε. ἀσύμμετρος δέ ἐστιν ἡ Α τῇ Δ μήκει· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον τῷ ἀπὸ τῆς Ε τετραγώνῳ· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ Α τῇ Ε δυνάμει· τῇ ἄρα προτεθείσῃ εὐθείᾳ *τῇ ῥητῇ, ἀφ᾽ ἧς ἔφαμεν τὰ μέτρα λαμβάνεσθαι, οἱονεὶ τῇ Α, δυνάμει μὲν σύμμετρος ἡ Δ, τουτέστι ῥητὴ δυνάμει μόνον σύμμετρος, ἄλογος δὲ ἡ Ε. [† ἀλόγους γὰρ καθόλου καλεῖ τὰς καὶ μήκει καὶ δυνάμει ἀσυμμέτρους τῇ ῥητῇ.] ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XI. Probl.

Propositæ rectæ lineæ invenire duas rectas lineas incommensurabiles, alteram quidem longitudine tantum, alteram vero etiam potentia.

SIT proposita recta linea A: oportet ipsi A invenire duas rectas incommensurabiles, alteram quidem longitudine tantum, alteram vero etiam potentia.



A E Δ

B. Γ.

Exponantur enim duo numeri B, Γ, inter se rationem non habentes quam quadratus numerus ad quadratum numerum, hoc est dissimiles plani; & [per coroll. 6. 10.] fiat ut B ad Γ, ita quadratum ex A ad quadratum ex Δ, hoc enim ante traditum est: ergo quadratum ex A commensurabile est quadrato ex Δ. & quoniam B ad Γ rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum, neque quadratum ex A ad quadratum ex Δ rationem habebit quam quadratus numerus ad quadratum numerum: incommensurabilis igitur [per 9. 10.] est A ipsi Δ longitudine. sumatur inter ipsas A, Δ media proportionalis E: est igitur [per coroll. 2. 20. 6.] ut A ad Δ ita quadratum ex A ad quadratum ex E; sed A ipsi Δ longitudine est incommensurabilis: ergo [per 10. 10.] & quadratum ex A quadrato ex E incommensurabile erit: incommensurabilis igitur est A ipsi E potentia: ergo propositæ rectæ lineæ rationali, à qua [in 5. def. 10.] dicebamus mensuras sumi, nempe A, potentia quidem commensurabilis inventa est Δ, hoc est rationalis potentia tantum commensurabilis, irrationalis vero E. [† irrationales enim universe appellantur quæ rationali & longitudine & potentia incommensurabiles sunt.] quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβʹ.

Τὰ τῷ αὐτῷ μεγέθει σύμμετρα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ σύμμετρα.

Ἑκάτερον γὰρ τῶν Α, Β τῷ Γ ἔστω σύμμετρον· λέγω ὅτι καὶ τὸ Α τῷ Β ἐστὶ σύμμετρον.

Prop. XII. Theor.

Quæ eidem magnitudini sunt commensurabiles & inter se commensurabiles sunt.

UTraque enim ipsarum A, B ipsi Γ sit commensurabilis: dico & A ipsi B commensurabilem esse.

* Rectius in Codd. MSS. τῇ Α προσευρήσονται δύο εὐθεῖαι ἀσύμμετροι, αἱ Δ, Ε, μήκει μὲν μόνον ἡ Δ, δυνάμει δὲ καὶ μήκει δηλαδὴ ἡ Ε.
† Videtur Scholion.

Quoniam enim A commensurabilis est ipsi Γ, habebit [per 5. 10.] A ad Γ rationem quam numerus ad numerum. habeat quam numerus Δ ad ipsum E. Rursus, quoniam commensurabilis est B ipsi Γ, habebit Γ ad B rationem quam numerus ad numerum. habeat quam Z ad H. & rationibus datis quibuscunque, videlicet quam habet Δ ad E & quam habet Z ad H, sumantur numeri deinceps proportionales Θ, K, Λ in datis rationibus; sitque ut Δ ad E ita Θ ad K, ut autem Z ad H ita K ad Λ.



Quoniam igitur est ut A ad Γ ita Δ ad E; sed ut Δ ad E ita Θ ad K: erit & ut A ad Γ ita Θ ad K. rursus, quoniam est ut Γ ad B ita Z ad H, sed ut Z ad H ita K ad Λ; erit & ut Γ ad B ita K ad Λ. est autem & ut A ad Γ ita Θ ad K: ex æquo igitur [per 23.5.] ut A ad B ita Θ ad Λ; ergo A ad B rationem habet quam numerus Θ ad Λ numerum: ac propterea [per 6. 10.] A ipsi B est commensurabilis.

Quæ igitur eidem magnitudini sunt commensurabiles & inter se commensurabiles sunt. quod erat demonstrandum.

Ἐπεὶ γὰρ σύμμετρόν ἐστι τὸ Α τῷ Γ, τὸ Α ἄρα πρὸς τὸ Γ λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. ἐχέτω ὃν ὁ Δ πρὸς τὸν Ε. πάλιν, ἐπεὶ σύμμετρόν ἐστι τὸ Β τῷ Γ, τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Β λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. ἐχέτω ὃν ὁ Ζ πρὸς τὸν Η, καὶ λόγων δοθέντων ὁποσωνοῦν, τοῦ τε ὃν ἔχει ὁ Δ πρὸς τὸν Ε καὶ ὁ Ζ πρὸς τὸν Η, εἰλήφθωσαν ἀριθμοὶ ἑξῆς ἐν τοῖς δοθεῖσι λόγοις, οἱ Θ, Κ, Λ· ὥστε εἶναι ὡς μὲν ὁ Δ πρὸς τὸν Ε οὕτως τὸν Θ πρὸς τὸν Κ, ὡς δὲ τὸν Ζ πρὸς τὸν Η οὕτως τὸν Κ πρὸς τὸν Λ.

Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ οὕτως ὁ Δ πρὸς τὸν Ε, ἀλλ᾽ ὡς ὁ Δ πρὸς τὸν Ε οὕτως ὁ Θ πρὸς τὸν Κ· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ οὕτως ὁ Θ πρὸς τὸν Κ. πάλιν, ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ Γ πρὸς τὸ Β οὕτως ὁ Ζ πρὸς τὸν Η, ἀλλ᾽ ὡς ὁ Ζ πρὸς τὸν Η οὕτως ὁ Κ πρὸς τὸν Λ· καὶ ὡς ἄρα τὸ Γ πρὸς τὸ Β οὕτως ὁ Κ πρὸς τὸν Λ. ἔστι δὲ καὶ ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Γ οὕτως ὁ Θ πρὸς τὸν Κ· δι᾽ ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως ὁ Θ πρὸς τὸν Λ· τὸ Α ἄρα πρὸς τὸ Β λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς ὁ Θ πρὸς ἀριθμὸν τὸν Λ· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ Α τῷ Β.

Τὰ ἄρα τῷ αὐτῷ μεγέθει σύμμετρα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ σύμμετρα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. XIII. THEOR.

Si sint duæ magnitudines, & altera quidem eidem sit commensurabilis, altera vero incommensurabilis; magnitudines inter se incommensurabiles erunt.

Sint enim duæ magnitudines A, B, alia autem sit Γ, & A quidem ipsi Γ commensurabilis sit, B vero eidem incommensurabilis: dico & A ipsi B incommensurabilem esse.



Si enim commensurabilis est A ipsi B, est autem & Γ commensurabilis ipsi A; erit [per 12. 10.] & Γ ipsi B commensurabilis quod est contra hypothesin.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ἐὰν ᾖ δύο μεγέθη, καὶ τὸ μὲν σύμμετρον ᾖ τῷ αὐτῷ, τὸ δὲ ἕτερον ἀσύμμετρον· ἀσύμμετρα ἔσται τὰ μεγέθη.

Ἔστω γὰρ δύο μεγέθη τὰ Α, Β, ἄλλο δὲ τὸ Γ, καὶ τὸ μὲν Α τῷ Γ σύμμετρον ἔστω, τὸ δὲ Β τῷ Γ ἀσύμμετρον· λέγω ὅτι καὶ τὸ Α τῷ Β ἀσύμμετρόν ἐστιν.

Εἰ γάρ ἐστι σύμμετρον τὸ Α τῷ Β, ἔστι δὲ καὶ τὸ Γ τῷ Α· καὶ τὸ Γ ἄρα τῷ Β σύμμετρόν ἐστιν. ὅπερ οὐχ ὑπόκειται.

PROP. XIV. THEOR.

Si duæ magnitudines commensurabiles sint, altera autem ipsarum alicui magnitudini sit incommensurabilis; &

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Ἐὰν ᾖ δύο μεγέθη σύμμετρα, τὸ δὲ ἕτερον αὐτῶν μεγέθει τινὶ ἀσύμμετρον ᾖ· καὶ

τὸ

τὸ λοιπὸν τῷ αὐτῷ ἀσύμμετρον ἔσται.

Ἔστω δύο μεγέθη σύμμετρα τὰ Α, Β, τὸ δὲ ἕτερον αὐτῶν τὸ Α ἑτέρῳ τινὶ τῷ Γ ἀσύμμετρον ἔστω· λέγω ὅτι καὶ τὸ λοιπὸν τὸ Β τῷ Γ ἀσύμμετρόν ἐστιν.

Εἰ γάρ ἐστι σύμμετρον τὸ Β τῷ Γ, ἀλλὰ καὶ τὸ Α τῷ Β σύμμετρον· καὶ τὸ Α ἄρα τῷ Γ σύμμετρόν ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ἀσύμμετρον, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα σύμμετρόν ἐστι τὸ Β τῷ Γ· ἀσύμμετρον ἄρα.



Ἐὰν ἄρα ᾖ δύο μεγέθη σύμμετρα, τὸ δὲ ἕτερον αὐτῶν μεγέθει τινὶ ἀσύμμετρον ᾖ, καὶ τὸ λοιπὸν τῷ αὐτῷ ἀσύμμετρον ἔσται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

reliqua eidem incommenſurabilis erit.

Sint duæ magnitudines commenſurabiles A, B: altera vero ipſarum A alicui magnitudini Γ ſit incommenſurabilis: dico & reliquam B ipſi Γ incommenſurabilem eſſe.

Si enim commenſurabilis eſt B ipſi Γ, eſt autem & A commenſurabilis ipſi B; & [per 12. 10.] A ipſi Γ commenſurabilis erit. ſed & incommenſurabilis, quod fieri non poteſt: non igitur commenſurabilis eſt B ipſi Γ: ergo eſt incommenſurabilis.

Si igitur duæ magnitudines commenſurabiles ſint, altera autem ipſarum alicui magnitudini ſit incommenſurabilis; & reliqua eidem incommenſurabilis erit. quod erat demonſtrandum.

ΛΗΜΜΑ.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων, εὑρεῖν τίνι μεῖζον δύναται ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος.

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο ἄνισοι εὐθεῖαι, αἱ ΑΒ, Γ, ὧν μείζων ἔστω ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ εὑρεῖν τίνι μεῖζον δύναται ἡ ΑΒ τῆς Γ.

Γεγράφθω ἐπὶ τῆς ΑΒ ἡμικύκλιον, τὸ ΑΔΒ, καὶ εἰς αὐτὸ ἐνηρμόσθω τῇ Γ ἴση ἡ ΑΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΒ. Φανερὸν δὴ ὅτι ἐστὶν ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΑΔΒ γωνία, καὶ ὅτι ἡ ΑΒ τῆς ΑΔ, τουτέστι τῆς Γ, μεῖζον δύναται τῇ ΔΒ.



ΟΜΟΙΩΣ δὲ καὶ δύο δοθεισῶν εὐθειῶν, ἡ δυναμένη αὐτὰς εὑρίσκεται οὕτως.

Ἔστωσαν αἱ δύο δοθεῖσαι εὐθεῖαι αἱ ΑΔ, ΔΒ· καὶ δέον ἔστω εὑρεῖν τὴν δυναμένην αὐτάς. ἐκκείσθωσαν γάρ, ὥστε ὀρθὴν γωνίαν περιέχειν τὴν ὑπὸ ΑΔΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΒ· φανερὸν πάλιν, ὅτι ἡ τὰς ΑΔ, ΔΒ δυναμένη ἐστὶν ἡ ΑΒ.

LEMMA.

Duabus datis rectis lineis inæqualibus, invenire id quo major plus poteſt quam minor.

Sint datæ duæ rectæ lineæ inæquales AB, Γ, quarum major ſit AB: oportet invenire id quo AB plus poteſt quam Γ.

Deſcribatur ſuper rectam lineam AB ſemicirculus AΔB, & [per 1.4.] in eo aptetur recta linea AΔ ipſi Γ æqualis, & ΔB jungatur. perſpicuum eſt [per 31.3.] angulum AΔB rectum eſſe & ipſam AB [per 47.1.] plus poſſe quam AΔ, hoc eſt quam Γ, quantum eſt rectæ lineæ ΔB quadratum.

Similiter autem & datis duabus rectis lineis, quæ ipſas poteſt hoc modo invenietur.

Sint duæ datæ rectæ lineæ AΔ, ΔB, & oporteat invenire rectam lineam quæ ipſas poſſit. exponantur enim ita ut rectum angulum AΔB contineant, & AB jungatur: patet rurſus [per 47.1.] rectam lineam AB ipſas AΔ, ΔB poſſe.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Ἐὰν τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, δύνηται δὲ ἡ πρώτη τῆς δευτέρας μεῖζον τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει· καὶ ἡ τρίτη τῆς τετάρτης μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει. καὶ ἐὰν ἡ πρώτη τῆς δευτέρας μεῖζον δύνηται, τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ μήκει· καὶ ἡ τρίτη τῆς τετάρτης μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

Ἔστωσαν δὴ τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον αἱ Α, Β, Γ, Δ, ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν

Prop. XV. Theor.

Si quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint, prima vero tanto plus poſſit quam ſecunda quantum eſt quadratum rectæ lineæ ſibi commenſurabilis longitudine; & tertia tanto plus poterit quam quarta quantum eſt quadratum rectæ lineæ ſibi longitudine commenſurabilis. quod ſi prima tanto plus poſſit quam ſecunda quantum eſt quadratum rectæ lineæ ſibi incommenſurabilis longitudine; & tertia quam quarta tanto plus poterit quantum eſt quadratum rectæ lineæ ſibi longitudine incommenſurabilis.

Sint quatuor rectæ lineæ proportionales A, B, Γ, Δ, ſitque ut A ad B ita Γ ad Δ;

&

& A quidem plus possit quam B quadrato quod fit ex E; Γ vero plus possit quam Δ quadrato ex Z: dico si A ipsi E sit commensurabilis, & Γ ipsi Z commensurabilem esse; si vero A ipsi E sit incommensurabilis, & Γ ipsi Z incommensurabilem esse.

Quoniam enim est ut A ad B ita Γ ad Δ, erit [per 1. cor. 22. 6.] ut quadratum ex A ad quadratum ex B ita quadratum ex Γ ad id quod ex Δ fit quadratum. sed quadrato quidem quod fit ex A æqualia sunt [ex hyp.] quadrata quæ ex ipsis E, B; quadrato autem ex Γ æqualia sunt quadrata ex Z, Δ: igitur ut quadrata quæ fiunt ex E, B ad quadratum ex B ita quadrata quæ fiunt ex Z, Δ ad quadratum ex Δ: & dividendo [per 17. 5.] ut quadratum ex E ad quadratum ex B ita quadratum ex Z ad quadratum ex Δ: quare [per 22. 6.] ut E ad B ita est Z ad Δ, & [per 4. 5.] convertendo ut B ad E ita Δ ad Z. est autem & ut A ad B ita Γ ad Δ: ex æquo igitur [per 22. 5.] ut A ad E ita est Γ ad Z: ergo [per 10. 10.] si A est commensurabilis ipsi E, & Γ ipsi Z erit commensurabilis; si vero incommensurabilis est A ipsi E, & Γ ipsi Z incommensurabilis erit.

Si igitur quatuor rectæ lineæ proportionales sint, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.



Δ, καὶ ἡ Α μὲν τῆς Β μεῖζον δυνάσθω τῷ ἀπὸ τῆς Ε, ἡ δὲ Γ τῆς Δ μεῖζον δυνάσθω τῷ ἀπὸ τῆς Ζ· λέγω ὅτι εἰ σύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Ε σύμμετρός ἐστι καὶ ἡ Γ τῇ Ζ, εἰ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Ε ἀσύμμετρός ἐστι καὶ ἡ Γ τῇ Ζ.

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀπὸ τῆς Α ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν Ε, Β, τῷ δὲ ἀπὸ τῆς Γ ἴσα τὰ ἀπὸ τῶν Ζ, Δ· ἔστιν ἄρα ὡς τὰ ἀπὸ τῶν Ε, Β πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως τὰ ἀπὸ τῶν Ζ, Δ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ· διελόντι ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Ε πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς ἡ Ε πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Ζ πρὸς τὴν Δ· ἀνάπαλιν ἄρα ὡς ἡ Β πρὸς τὴν Ε οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ζ. ἔστι δὲ καὶ ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Ε οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Ζ· εἰ μὲν οὖν σύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Ε σύμμετρός ἐστι καὶ ἡ Γ τῇ Ζ, εἰ ἀσύμμετρος ἡ Α τῇ Ε ἀσύμμετρός ἐστι καὶ ἡ Γ τῇ Ζ.

Ἐὰν ἄρα τέσσαρες εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσι, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XVI. Probl.

Si duæ magnitudines commensurabiles componantur; & tota magnitudo utrique ipsarum commensurabilis erit. quod si tota magnitudo uni ipsarum sit commensurabilis; & quæ à principio magnitudines commensurabiles erunt.

Componantur enim duæ magnitudines commensurabiles AB, BΓ: dico & totam magnitudinem AΓ utrique ipsarum AB, BΓ commensurabilem esse.

Quoniam enim commensurabiles sunt AB, BΓ, [per 1. def. 10.] metietur eas aliqua magnitudo. metiatur, sitque Δ. & quoniam Δ metitur ipsas AB, BΓ, & totam AΓ metietur. metitur autem & AB, BΓ: ergo Δ magnitudines AB, BΓ & ipsam AΓ metitur: commensurabilis igitur est AΓ utrique ipsarum AB, BΓ.

Sed AΓ uni ipsarum AB, BΓ sit commensurabilis, videlicet ipsi AB: dico & AB, BΓ commensurabiles esse.



Quoniam enim commensurabiles sunt AΓ, AB, metietur eas aliqua magnitudo. metiatur, & sit

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Ἐὰν δύο μεγέθη σύμμετρα συντεθῇ, καὶ τὸ ὅλον ἑκατέρῳ αὐτῶν σύμμετρον ἔσται. κἂν τὸ ὅλον ἑνὶ αὐτῶν σύμμετρον ᾖ, καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς μεγέθη σύμμετρα ἔσται.

Συγκείσθω γὰρ δύο μεγέθη σύμμετρα, τὰ ΑΒ, ΒΓ· λέγω ὅτι καὶ ὅλον τὸ ΑΓ ἑκατέρῳ τῶν ΑΒ, ΒΓ σύμμετρόν ἐστιν.

Ἐπεὶ γὰρ σύμμετρά ἐστι τὰ ΑΒ, ΒΓ, μετρήσει τι αὐτὰ μέγεθος. μετρείτω, καὶ ἔστω τὸ Δ. ἐπεὶ οὖν τὸ Δ τὰ ΑΒ, ΒΓ μετρεῖ, καὶ ὅλον τὸ ΑΓ μετρήσει. μετρεῖ δὲ καὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ· τὸ Δ ἄρα τὰ ΑΒ, ΒΓ καὶ τὸ ΑΓ μετρεῖ· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΓ ἑκατέρῳ τῶν ΑΒ, ΒΓ.

Ἀλλὰ δὴ τὸ ΑΓ ἑνὶ τῶν ΑΒ, ΒΓ ἔστω σύμμετρον, ἔστω δὴ τῷ ΑΒ· λέγω δὴ ὅτι καὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ σύμμετρά ἐστιν.

Ἐπεὶ γὰρ σύμμετρά ἐστι τὰ ΑΓ, ΑΒ, μετρήσει τι αὐτὰ μέγεθος. μετρείτω, καὶ ἔστω τὸ Δ. ἐπεὶ

ἐπεὶ οὖν τὸ Δ τὰ ΑΓ, ΑΒ μετρεῖ, καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ΒΓ μετρήσει. μετρεῖ δὲ καὶ τὸ ΑΒ· τὸ Δ ἄρα τὰ ΑΒ, ΒΓ μετρήσει· σύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ.

Ἐὰν ἄρα δύο μεγέθη σύμμετρα συντεθῇ, καὶ τὸ ὅλον ἑκατέρῳ αὐτῶν σύμμετρον ἔσται, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Δ. itaque quoniam Δ metitur ipsas ΑΓ, ΑΒ, & reliquam ΒΓ metietur. metitur autem & ΑΒ: ergo Δ ipsas ΑΒ, ΒΓ metietur: ac propterea ΑΒ, ΒΓ commensurabiles sunt.

Si igitur duæ magnitudines commensurabiles componantur, & tota magnitudo utrique ipsarum commensurabilis erit, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζʹ.

Ἐὰν δύο μεγέθη ἀσύμμετρα συντεθῇ, καὶ τὸ ὅλον ἑκατέρῳ αὐτῶν ἀσύμμετρον ἔσται. κἂν τὸ ὅλον ἑνὶ αὐτῶν ἀσύμμετρον ᾖ, καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς μεγέθη ἀσύμμετρα ἔσται.

Prop. XVII. Theor.

Si duæ magnitudines incommensurabiles componantur; & tota magnitudo utrique ipsarum incommensurabilis erit. quod si tota magnitudo uni ipsarum sit incommensurabilis; & quæ à principio magnitudines incommensurabiles erunt.

Συγκείσθωσαν γὰρ δύο μεγέθη ἀσύμμετρα, τὰ ΑΒ, ΒΓ· λέγω ὅτι καὶ ὅλον τὸ ΑΓ ἑκατέρῳ τῶν ΑΒ, ΒΓ ἀσύμμετρόν ἐστιν.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ἀσύμμετρα τὰ ΓΑ, ΑΒ, μετρήσει τι αὐτὰ μέγεθος. μετρείτω, καὶ ἔστω, εἰ δυνατὸν, τὸ Δ. ἐπεὶ οὖν τὸ Δ τὰ ΓΑ, ΑΒ μετρεῖ, καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ΒΓ μετρήσει. μετρεῖ δὲ καὶ τὸ ΒΑ· τὸ Δ ἄρα τὰ ΑΒ, ΒΓ μετρεῖ· σύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ. ὑπόκειται δὲ καὶ ἀσύμμετρα, ὅπερ ἀδύνατόν ἐστιν· οὐκ ἄρα τὰ ΓΑ, ΑΒ μετρήσει τι μέγεθος· ἀσύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ΓΑ, ΑΒ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ τὰ ΑΓ, ΓΒ ἀσύμμετρά ἐστι· τὸ ΑΓ ἄρα ἑκατέρῳ τῶν ΑΒ, ΒΓ ἀσύμμετρόν ἐστιν.



ΑΛΛΑ δὴ τὸ ΑΓ ἑνὶ τῶν ΑΒ, ΒΓ ἀσύμμετρον ἔστω, καὶ πρῶτον τῷ ΑΒ· λέγω ὅτι καὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ ἀσύμμετρά ἐστιν. εἰ γὰρ ἐστι σύμμετρα, μετρήσει τι αὐτὰ μέγεθος. μετρείτω, καὶ ἔστω τὸ Δ. ἐπεὶ οὖν τὸ Δ τὰ ΑΒ, ΒΓ μετρεῖ, καὶ ὅλον ἄρα τὸ ΑΓ μετρήσει. μετρεῖ δὲ καὶ τὸ ΑΒ· τὸ Δ ἄρα τὰ ΓΑ, ΑΒ μετρεῖ· σύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ΓΑ, ΑΒ. ὑπόκειται δὲ καὶ ἀσύμμετρα, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα τὰ ΑΒ, ΒΓ μετρήσει τι μέγεθος· ἀσύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ΑΒ, ΒΓ. ὁμοίως δὴ δείξομεν * ὅτι εἰ τὸ ΑΓ τῷ ΓΒ ἀσύμμετρόν ἐστι καὶ ΑΒ, ΒΓ ἀσύμμετρα ἔσται.

Ἐὰν ἄρα δύο μεγέθη ἀσύμμετρα συντεθῇ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Componantur enim duæ magnitudines incommensurabiles ΑΒ, ΒΓ: dico & totam magnitudinem ΑΓ utrique ipsarum ΑΒ, ΒΓ incommensurabilem esse.

Si enim non sunt incommensurabiles ΓΑ, ΑΒ, metietur eas aliqua magnitudo. metiatur, sitq; Δ, si fieri potest. quoniam igitur Δ metitur ipsas ΓΑ, ΑΒ, & reliquam ΒΓ metietur. metitur autem & ΒΑ: ergo Δ ipsas ΑΒ, ΒΓ metitur; ac propterea [per 1. def. 10.] commensurabiles sunt ΑΒ, ΒΓ. ponuntur autem & incommensurabiles, quod fieri non potest: non igitur ipsas ΓΑ, ΑΒ metietur aliqua magnitudo: quare ΓΑ, ΑΒ incommensurabiles sunt. similiter & ΑΓ, ΓΒ incommensurabiles esse demonstrabimus: ergo ΑΓ utrique ipsarum ΑΒ, ΒΓ est incommensurabilis.

Sed ΑΓ uni ipsarum ΑΒ, ΒΓ incommensurabilis sit; & primum ipsi ΑΒ: dico & ΑΒ, ΒΓ incommensurabiles esse. si enim sunt commensurabiles, [per 1. def. 10.] eas aliqua magnitudo metietur. metiatur, & sit Δ. quoniam igitur Δ metitur ipsas ΑΒ, ΒΓ, & totam ΑΓ metietur. metitur autem & ΑΒ: ergo Δ ipsas ΓΑ, ΑΒ metitur: ideoque ΓΑ, ΑΒ commensurabiles sunt. ponuntur autem & incommensurabiles, quod fieri non potest: non igitur ipsas ΑΒ, ΒΓ metietur aliqua magnitudo: quare ΑΒ, ΒΓ incommensurabiles erunt. similiter demonstrabimus, si ΑΓ incommensurabilis sit ipsi ΓΒ, etiam ΑΒ, ΒΓ incommensurabiles esse.

Si igitur duæ magnitudines incommensurabiles componantur, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

ΛΗΜΜΑ.

Ἐὰν παρά τινα εὐθεῖαν παραβληθῇ παραλληλόγραμμον, ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ· τὸ παραβληθὲν ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς παραβολῆς γενομένων τμημάτων τῆς εὐθείας.

LEMMA.

Si ad aliquam rectam lineam applicetur parallelogrammum, deficiens figura quadrata; parallelogrammum applicatum æquale est ei rectangulo, quod sub partibus rectæ lineæ ex applicatione factis continetur.

* Ita restituimus ex Codd. MSS. antea in Editis erat ὅτι τὸ ΑΓ καὶ λοιπῷ τῷ ΒΓ ἀσύμμετρόν ἐστιν.

Ad aliquam enim rectam AB applicetur AΔ parallelogrammum, deficiens figura quadrata ΔB: dico parallelogrammum AΔ rectangulo sub AΓ, ΓB æquale esse.



Atque hoc per se patet: quoniam enim quadratum est ΔB, erit ΔΓ ipsi ΓB æqualis; atq; AΔ est parallelogrammum quod sub AΓ, ΓB continetur.

Si igitur ad aliquam rectam lineam applicetur parallelogrammum, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

Παρὰ γάρ τινα εὐθεῖαν τὴν ΑΒ παραβεβλήσθω τὸ ΑΔ παραλληλόγραμμον, ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ τῷ ΔΒ· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΔ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ.

Καί ἐστιν αὐτόθεν φανερόν· ἐπεὶ γὰρ τετράγωνόν ἐστι τὸ ΔΒ, ἴση ἐστὶν ἡ ΔΓ τῇ ΓΒ, καί ἐστι τὸ ΑΔ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΒ.

Ἐὰν ἄρα παρά τινα εὐθεῖαν παραβληθῇ παραλληλόγραμμον, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XVIII. Theor.

Si sint duæ rectæ lineæ inæquales, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori æquale parallelogrammum ad majorem applicetur deficiens figura quadrata, & in partes longitudine commensurabiles ipsam dividat; major tanto plus poterit quam minor quantum est quadratum rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis. quod si major tanto plus possit quam minor quantum est quadratum rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori æquale parallelogrammum ad majorem applicetur deficiens figura quadrata; in partes longitudine commensurabiles ipsam dividet.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος ἴσον παραλληλόγραμμον παρὰ τὴν μείζονα παραβληθῇ ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ εἰς σύμμετρα αὐτὴν διαιρῇ μήκει· ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει. καὶ ἐὰν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος ἴσον παραλληλόγραμμον παρὰ τὴν μείζονα παραβληθῇ ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ· εἰς σύμμετρα αὐτὴν διαιρεῖ μήκει.

Sint duæ rectæ lineæ inæquales A, BΓ, quarum major BΓ, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori A (hoc est ei quod fit à dimidia ipsius A) æquale parallelogrammum ad BΓ applicetur deficiens figura quadrata, & sit quod continetur sub BΔ, ΔΓ, sitque BΔ ipsi ΔΓ commensurabilis longitudine: dico BΓ plus posse quam A quadrato rectæ sibi longitudine commensurabilis.



Secetur enim BΓ bifariam in puncto E, & ipsi ΔE æqualis ponatur BZ: reliqua igitur ΔΓ est æqualis BZ. & quoniam recta linea BΓ secatur in partes quidem æquales ad E punctum, in partes vero inæquales ad punctum Δ; erit [per 5. 2.] rectangulum sub BΔ, ΔΓ una cum quadrato ex EΔ æquale quadrato ex EΓ; & eorum quadrupla: quod igitur quater sub BΔ, ΔΓ continetur una cum quadrato quod quater fit ex BΔ æquale est quadrato quod quater fit ex EΓ. sed ei quidem quod quater sub BΔ, ΔΓ continetur æquale est [ex hyp.] quadratum ex A, ei vero quod quater fit ex ΔE æquale est quadratum ex ΔZ; etenim ΔZ ipsius ΔE est dupla; & ei quod quater fit ex EΓ æquale est quadratum ex BΓ; rursus enim BΓ dupla est ipsius EΓ: ergo quadrata quæ fiunt ex A, ΔZ æqualia sunt ei quod fit ex BΓ quadrato: ac propterea quadratum quod fit ex BΓ

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ Α, ΒΓ, ὧν μείζων ἡ ΒΓ, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος τῆς Α, τουτέστι τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τῆς Α, ἴσον παρὰ τὴν ΒΓ παραλληλόγραμμον παραβεβλήσθω ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ, σύμμετρος δὲ ἔστω ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ μήκει· λέγω ὅτι ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

Τετμήσθω γὰρ ἡ ΒΓ δίχα κατὰ τὸ Ε σημεῖον, καὶ κείσθω τῷ ΔΕ ἴση ἡ ΕΖ· λοιπὴ ἄρα ἡ ΔΓ ἴση ἐστὶ τῇ ΒΖ. καὶ ἐπεὶ εὐθεῖα ἡ ΒΓ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Ε, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Δ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΔ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΓ τετραγώνῳ, καὶ τὰ τετραπλάσια· τὸ ἄρα τετράκις ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ τετράκις ἀπὸ τῆς ΕΔ ἴσον ἐστὶ τῷ τετράκις ἀπὸ τῆς ΕΓ τετραγώνῳ. ἀλλὰ τῷ μὲν τετράκις ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον, τῷ δὲ τετράκις ἀπὸ τῆς ΔΕ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΔΖ τετράγωνον, διπλασίων γάρ ἐστι ἡ ΔΖ τῆς ΔΕ· τῷ δὲ τετράκις ἀπὸ τῆς ΕΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον, διπλασίων γάρ ἐστι πάλιν ἡ ΒΓ τῆς ΕΓ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν Α, ΔΖ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετραγώνῳ· ὥστε τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ

τοῦ

τῦ ἀπὸ τῆς Α μεῖζόν ἐστι τῷ ἀπὸ τῆς ΔΖ· ἡ ΒΓ ἄρα τῆς Α μεῖζον δυνάται τῇ ΔΖ. δεικτέον ὅτι καὶ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΔΖ. ἐπεὶ γὰρ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ μήκει, σύμμετρος ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΔΓ μήκει. ἀλλὰ ἡ ΔΓ ταῖς ΓΔ, ΒΖ ἐστὶ σύμμετρος μήκει, ἴση γάρ ἐστιν ἡ ΓΔ τῇ ΒΖ· καὶ ἡ ΒΓ ἄρα ταῖς ΒΖ, ΓΔ ἐστὶ σύμμετρος μήκει· ὥστε καὶ λοιπῇ τῇ ΖΔ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΓΒ μήκει· ἡ ΒΓ ἄρα τῆς Α μεῖζον δυνάται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

ἈΛΛΑ δὴ ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δυνάσθω τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει, τῷ δὲ τετάρτῳ τοῦ ἀπὸ τῆς Α ἴσον παρὰ τὴν ΒΓ παραβεβλήσθω, ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ. δεικτέον ὅτι σύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ μήκει.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ὁμοίως δείξομεν ὅτι ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δυνάται τῷ ἀπὸ τῆς ΖΔ. δυνάται δὲ ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΖΔ μήκει· ὥστε καὶ λοιπῇ συναμφοτέρῳ τῇ ΒΖ, ΔΓ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ μήκει. ἀλλὰ συναμφότερος ἡ ΒΖ, ΔΓ τῇ ΔΓ σύμμετρός ἐστι μήκει, ἴση γάρ ἐστιν ἡ ΒΖ τῇ ΔΓ· καὶ ἡ ΒΓ ἄρα σύμμετρός ἐστι μήκει τῇ ΔΓ· δηλονότι ἄρα ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ ἐστὶ σύμμετρος μήκει.

Ἐὰν ἄρα ὦσι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος ἴσον παρὰ τὴν μείζονα παραβληθῇ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ΄.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος ἴσον παρὰ τὴν μείζονα παραβληθῇ ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ εἰς ἀσύμμετρα αὐτὴν διαιρῇ μήκει· ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ. καὶ ἐὰν ἡ μείζων τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ, τῷ δὲ τετάρτῳ τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος ἴσον παρὰ τὴν μείζονα παραβληθῇ ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ· εἰς ἀσύμμετρα αὐτὴν διαιρεῖ μήκει.

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ Α, ΒΓ, ὧν μείζων ἡ ΒΓ, τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος τῆς Α ἴσον παρὰ τὴν ΒΓ παραβεβλήσθω ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ,

majus est quam quadratum quod ex A quadrato ex ΔZ: recta igitur linea BΓ tanto plus potest quam A quantum est ipsius ΔZ quadratum. ostendendum est & BΓ ipsi ΔZ commensurabilem esse. quoniam enim [ex hyp.] BΔ commensurabilis est ipsi ΔΓ longitudine, erit [per 16. 10.] & BΓ ipsi ΔΓ longitudine commensurabilis. sed [per 6.10.] ΔΓ ipsis ΓΔ, BZ est commensurabilis longitudine, æqualis enim est ΓΔ ipsi BZ: quare & BΓ ipsis BZ, ΓΔ longitudine est commensurabilis: & reliquæ igitur ZΔ [per 16. 10.] longitudine commensurabilis erit: ergo BΓ plus potest quam A quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis.

SED BΓ plus possit quam A quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis, quartæ autem parti quadrati quod fit ex A æquale parallelogrammum ad BΓ applicetur deficiens figura quadrata; & sit quod continetur sub BΔ, ΔΓ. ostendendum est BΔ ipsi ΔΓ longitudine commensurabilem esse.

Iisdem enim constructis, similiter demonstrabimus BΓ plus posse quam A quadrato rectæ lineæ ZΔ. sed [ex hyp.] BΓ plus potest quam A quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis: ergo BΓ commensurabilis est ipsi ZΔ longitudine; & reliquæ igitur, utrique scilicet BZ, ΔΓ, [per 16. 10.] longitudine est commensurabilis. sed utraque BZ, ΔΓ ipsi ΔΓ commensurabilis est longitudine, etenim BZ est æqualis ΔΓ; ergo & BΓ ipsi ΔΓ longitudine est commensurabilis: constat igitur [per 16.10.] BΔ ipsi ΔΓ longitudine commensurabilem esse.

Si igitur duæ rectæ lineæ inæquales sint, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori æquale parallelogrammum ad majorem applicetur, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

PROP. XIX. THEOR.

Si sint duæ rectæ lineæ inæquales, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori æquale parallelogrammum ad majorem applicetur deficiens figura quadrata, & in partes incommensurabiles longitudine ipsam dividat; major tanto plus poterit quam minor quantum est quadratum rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis. quod si major tanto plus possit quam minor quantum est quadratum rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori æquale parallelogrammum ad majorem applicetur deficiens figura quadrata; in partes longitudine incommensurabiles ipsam dividet.

SInt duæ rectæ lineæ inæquales A, BΓ, quarum major BΓ, quartæ autem parti quadrati quod fit à minori A æquale parallelogrammum ad ipsam BΓ applicetur, deficiens figura quadrata, & sit quod continetur sub BΔ, ΔΓ, sitque

sitque ΒΔ ipsi ΔΓ longitudine incommensurabilis: dico ΒΓ plus posse quam Α, quadrato rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis.

Iisdem enim quæ supra constructis, similiter ostendemus ipsam ΒΓ plus posse quam Α quadrato rectæ lineæ ΔΖ. ostendendum igitur est ΒΓ ipsi ΔΖ longitudine incommensurabilem esse. quoniam enim incommensurabilis est ΒΔ ipsi ΔΓ, erit [per 17. 10.] & ΒΓ ipsi ΔΓ longitudine incommensurabilis. sed ΔΓ commensurabilis est utrisque ΒΖ, ΔΓ: ergo [per 14.10.] & ΒΓ utrisque ΒΖ, ΔΓ longitudine est incommensurabilis: ac propterea ΒΓ [per 17.10.] reliquæ ΖΔ incommensurabilis est longitudine, & ΒΓ plus potest quam Α quadrato ex ΖΔ: igitur ΒΓ plus potest quam Α quadrato rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis.



Sed ΒΓ rursus plus possit quam Α quadrato rectæ lineæ sibi incommensurabilis longitudine, quartæ autem parti quadrati quod fit ex Α æquale parallelogrammum ad ΒΓ applicetur deficiens figura quadrata; & sit quod sub ΒΔ, ΔΓ continetur. ostendendum est ΒΔ ipsi ΔΓ longitudine incommensurabilem esse.

Iisdem enim constructis, similiter demonstrabimus ΒΓ plus posse quam Α quadrato rectæ lineæ ΔΖ. sed [ex hyp.] ΒΓ plus potest quam Α quadrato rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis: incommensurabilis igitur est ΒΓ ipsi ΔΖ longitudine: quare [per 17.10.] & reliquæ, videlicet utrique ΒΖ, ΔΓ, est incommensurabilis. sed [per 6. 10.] utraque ΒΖ, ΔΓ commensurabilis est longitudine ipsi ΔΓ: ergo [per 14. 10.] & ΒΓ ipsi ΔΓ est incommensurabilis longitudine; ac propterea dividendo [per 17.10.] ΒΔ ipsi ΔΓ longitudine incommensurabilis erit.

Si igitur duæ rectæ lineæ inæquales sint, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

SCHOLIUM 1.

Quoniam demonstratum est [ad cor.9.10.] longitudine commensurabiles omnino & potentia commensurabiles esse, potentia vero commensurabiles non semper & longitudine, sed posse & longitudine commensurabiles esse & incommensurabiles; manifestum est, si expositæ rationali aliqua commensurabilis fuerit longitudine, illam rationalem vocari, & ipsi commensurabilem non solum longitudine sed etiam potentia: longitudine enim commensurabiles omnino & potentia commensurabiles sunt. si vero expositæ rationali aliqua fuerit potentia commensurabilis, si quidem & longitudine, dicetur & sic rationalis & commensurabilis ipsi longitudine & potentia. quod si expositæ rationali rursus aliqua commensurabilis existens potentia, longitudine fuerit incommensurabilis, dicetur & sic rationalis potentia tantum commensurabilis.

SCHOLIUM 2.

Rationales vocat eas, quæ expositæ rationali vel longitudine & potentia commensurabiles sunt, vel potentia tantum. sunt autem &

ἀσύμμετρος δὲ ἔστω ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ μήκει· λέγω ὅτι ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται, τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων τῷ πρότερῳ, ὁμοίως δείξομεν ὅτι ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ τῆς ΔΖ. δεικτέον οὖν ὅτι ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΔΖ μήκει. ἐπεὶ γὰρ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ, ἀσύμμετρός ἐστι καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΔΓ μήκει. ἀλλὰ ἡ ΔΓ σύμμετρός ἐστι συναμφοτέραις ταῖς ΒΖ, ΔΓ· καὶ ἡ ΒΓ ἄρα ἀσύμμετρός ἐστι συναμφοτέραις ταῖς ΒΖ, ΔΓ· ὥστε καὶ λοιπῇ τῇ ΖΔ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ μήκει, καὶ ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ τῆς ΖΔ· ἡ ΒΓ ἄρα τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ.

ΔΥΝΑΣΘΩ δὴ πάλιν ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ, τῷ δὲ τετάρτῳ τοῦ ἀπὸ τῆς Α ἴσον παρὰ τὴν ΒΓ παραβεβλήσθω ἐλλεῖπον εἴδει τετραγώνῳ, καὶ ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ. δεικτέον ὅτι ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ μήκει.

Τῶν γὰρ αὐτῶν κατασκευασθέντων, ὁμοίως δείξομεν ὅτι ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ τῆς ΔΖ. ἀλλ' ἡ ΒΓ τῆς Α μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΔΖ μήκει· ὥστε καὶ λοιπῇ συναμφοτέρῳ τῇ ΒΖ, ΔΓ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ. ἀλλὰ συναμφότερος ἡ ΒΖ, ΔΓ τῇ ΔΓ σύμμετρός ἐστι μήκει· καὶ ἡ ΒΓ ἄρα τῇ ΔΓ ἀσύμμετρός ἐστι μήκει· ὥστε καὶ διελόντι ἡ ΒΔ τῇ ΔΓ ἀσύμμετρός ἐστι μήκει.

Ἐὰν ἄρα ὦσι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΣΧΟΛΙΟΝ α'.

Ἐπειδὴ δέδεικται ὅτι αἱ μήκει σύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει εἰσὶ σύμμετροι, αἱ δὲ δυνάμει οὐ πάντως καὶ μήκει, ἀλλὰ δηλαδὴ δύνανται καὶ μήκει σύμμετροι εἶναι καὶ ἀσύμμετροι· φανερὸν ὅτι ἐὰν τῇ ἐκκειμένῃ ῥητῇ σύμμετρός τις ᾖ μήκει, λέγεται ῥητὴ καὶ σύμμετρος αὐτῇ οὐ μόνον μήκει ἀλλὰ καὶ δυνάμει, αἱ γὰρ μήκει σύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει. ἐὰν δὲ τῇ ἐκκειμένῃ ῥητῇ σύμμετρός τις ᾖ δυνάμει, εἰ μὲν καὶ μήκει λέγεται, καὶ οὕτως ῥητὴ καὶ σύμμετρος αὐτῇ μήκει καὶ δυνάμει. εἰ δὲ τῇ ἐκκειμένῃ πάλιν ῥητῇ σύμμετρός τις οὖσα δυνάμει μήκει ᾖ ἀσύμμετρος, λέγεται καὶ οὕτως ῥητὴ δυνάμει μόνον σύμμετρος.

*ΣΧΟΛΙΟΝ β'.

Ῥητὰς καλεῖ τὰς τῇ ἐκκειμένῃ ῥητῇ ἤτοι μήκει καὶ δυνάμει συμμέτρους, ἢ δυνάμει μόνον. εἰσὶ δὲ καὶ

* In editis Πρόκλου σχόλιον dicitur: sed in MSS. nulla mentio Procli. Non tamen ideo Euclidis esse arbitramur: nam & hoc Scholium & præcedens, ut & alia pleraque Scholia & Lemmata hujusce libri, Euclidi abjudicanda esse censemus.

ἄλλαι

ἄλλαι εὐθεῖαι, αἱ μήκει μὲν ἀσύμμετροί εἰσι τῇ ἐκκειμένῃ ῥητῇ, δυνάμει δὲ μόνον σύμμετροι, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν λέγονται ῥηταὶ καὶ σύμμετροι πρὸς ἀλλήλας καθ' ὃ ῥηταί, ἀλλὰ σύμμετροι πρὸς ἀλλήλας, ἤτοι μήκει δηλαδὴ καὶ δυνάμει ἢ δυνάμει μόνον. καὶ εἰ μὲν μήκει, λέγονται καὶ αὐταὶ ῥηταὶ μήκει σύμμετροι, ἐπακουομένου ὅτι καὶ δυνάμει· εἰ δὲ δυνάμει μόνον πρὸς ἀλλήλας εἰσὶ σύμμετροι, λέγονται καὶ αὐταὶ ῥηταὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι. ὅτι δὲ αἱ ῥηταὶ σύμμετροί εἰσιν, ἐντεῦθεν δῆλον· ἐπεὶ γὰρ ῥηταί εἰσιν αἱ τῇ ἐκκειμένῃ ῥητῇ σύμμετροι, τὰ δὲ τῷ αὐτῷ σύμμετρα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ σύμμετρα· αἱ ἄρα ῥηταὶ σύμμετροί εἰσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

aliæ rectæ lineæ, quæ longitudine quidem expositæ rationali incommensurabiles sunt, potentia autem solum commensurabiles, atque ob id rursus dicuntur rationales & commensurabiles inter se quatenus rationales; sed commensurabiles inter se, vel longitudine & potentia vel potentia solum. & si quidem longitudine, dicuntur & ipsæ rationales longitudine commensurabiles, ut intelligatur etiam potentia commensurabiles esse: si vero potentia solum inter se sunt commensurabiles, dicuntur ipsæ quoque rationales potentia solum commensurabiles. at vero rationales commensurabiles esse, ex his constat: quoniam enim rationales sunt quæ expositæ rationali sunt commensurabiles, quæ vero eidem commensurabiles [per 12. 10.] etiam inter se commensurabiles sunt; sequitur rationales commensurabiles esse. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κʹ.

Τὸ ὑπὸ ῥητῶν μήκει συμμέτρων κατά τινα τῶν προειρημένων τρόπων εὐθειῶν περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ῥητόν ἐστιν.

Ὑπὸ γὰρ ῥητῶν μήκει συμμέτρων εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΒΓ ὀρθογώνιον περιεχέσθω τὸ ΑΓ· λέγω ὅτι ῥητόν ἐστι τὸ ΑΓ.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ. καὶ ἐπεὶ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ μήκει, ἴση δὲ ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΒΔ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΔ τῇ ΒΓ μήκει. καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΒΔ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ ΔΑ πρὸς τὸ ΑΓ, σύμμετρος δὲ ἐστὶν ἡ ΒΔ τῇ ΒΓ· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ΔΑ τῷ ΑΓ. ῥητὸν δὲ τὸ ΔΑ· ῥητὸν ἄρα καὶ τὸ ΑΓ.

Τὸ ἄρα ὑπὸ ῥητῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XX. Theor.

Quod sub rationalibus longitudine commensurabilibus rectis lineis secundum aliquem prædictorum modorum continetur rectangulum, rationale est.

Sub rationalibus enim longitudine commensurabilibus rectis lineis ΑΒ, ΒΓ contineatur rectangulum ΑΓ: dico ΑΓ rationale esse.



Describatur ex ΑΒ quadratum ΑΔ: ergo ΑΔ est rationale. & quoniam ΑΒ commensurabilis est ipsi ΒΓ longitudine, atque est ΑΒ æqualis ΒΔ; erit ΒΔ ipsi ΒΓ longitudine commensurabilis. est autem [per 1. 6.] & ut ΒΔ ad ΒΓ ita ΔΑ ad ΑΓ, & commensurabilis est ΒΔ ipsi ΒΓ: ergo [per 10. 10.] & ΔΑ ipsi ΑΓ commensurabile erit. estque rationale ΔΑ: quare & ΑΓ est rationale.

Quod igitur sub rationalibus, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ καʹ.

Ἐὰν ῥητὸν παρὰ ῥητὴν παραβληθῇ· πλάτος ποιεῖ ῥητὴν, καὶ σύμμετρον τῇ παρ' ἣν παράκειται μήκει.

Ῥητὸν γὰρ τὸ ΑΓ παρὰ ῥητὴν κατά τινα πάλιν τῶν εἰρημένων τρόπων τὴν ΑΒ παραβεβλήσθω, πλάτος ποιοῦν τὴν ΒΓ· λέγω ὅτι ῥητή ἐστιν ἡ ΒΓ, καὶ σύμμετρος τῇ ΑΒ μήκει.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ. ῥητὸν δὲ καὶ τὸ ΑΓ· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ τῷ ΑΓ. καὶ ἔστιν ὡς τὸ ΔΑ πρὸς τὸ ΑΓ οὕτως ἡ ΔΒ πρὸς τὴν ΒΓ· σύμμετρος ἄρα

Prop. XXI. Theor.

Si rationale ad rationalem applicetur, latitudinem efficit rationalem, & ei ad quam applicatum est longitudine commensurabilem.

Rationale enim ΑΓ ad rationalem secundum aliquem rursus dictorum modorum nempe ΑΒ applicetur, latitudinem faciens ΒΓ: dico ΒΓ rationalem esse, & ipsi ΑΒ longitudine commensurabilem.



Describatur enim ex ΑΒ quadratum ΑΔ: ergo ΑΔ rationale est. sed & rationale est ΑΓ: ergo [per 1. schol. 19. 10.] ΑΔ ipsi ΑΓ est commensurabile. atque [per 1. 6.] est ut ΔΑ ad ΑΓ ita ΔΒ ad ΒΓ: commensurabilis

mensurabilis igitur est ΔB ipsi BΓ. est autem BΔ æqualis BA: quare AB ipsi BΓ commensurabilis est. sed AB est rationalis: rationalis igitur est & BΓ, & ipsi BA longitudine commensurabilis.

Si igitur rationale ad rationalem applicetur, & quæ sequuntur. quod erat demonstrandum.

ἐστὶ καὶ ἡ ΔΒ τῇ ΒΓ. ἴση δὲ ἡ ΒΔ τῇ ΒΑ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ. ῥητὴ δὲ ἐστὶν ἡ ΑΒ· ῥητὴ ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ΒΓ, καὶ σύμμετρος τῇ ΒΑ μήκει.

Ἐὰν ἄρα ῥητὸν παρὰ ῥητὴν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

LEMMA.

Recta linea quæ potest irrationale spatium, irrationalis est.

Possit enim recta linea A spatium irrationale, hoc est quadratum quod fit ab A irrationali spatio sit æquale: dico A irrationalem esse.

Si enim A sit rationalis, erit quod ab ipsa fit quadratum rationale; sic enim in definitionibus ponitur. atqui rationale non est: ergo A irrationalis sit necesse est. quod erat demonstrandum.

ΛΗΜΜΑ.

Ἡ δυναμένη ἄλογον χωρίον, ἄλογός ἐστι.

Δυνάσθω γὰρ ἡ Α ἄλογον χωρίον, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς Α τετράγωνον ἴσον ἔστω ἀλόγῳ χωρίῳ· λέγω ὅτι ἡ Α ἄλογός ἐστιν.

Εἰ γάρ ἐστι ῥητὴ ἡ Α, ῥητὸν ἔσται καὶ τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς τετράγωνον, οὕτως γὰρ ἐν τοῖς ὅροις. οὐκ ἔστι δέ· ἄλογος ἄρα ἡ Α ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXII. Theor.

Quod sub rationalibus potentia solum commensurabilibus rectis lineis continetur rectangulum irrationale est; & recta linea ipsum potens est irrationalis, vocetur autem media.

SUB rationalibus enim potentia solum commensurabilibus rectis lineis AB, BΓ contineatur rectangulum AΓ: dico AΓ irrationale esse, & rectam lineam quæ ipsum potest irrationalem esse, vocetur autem media.

Describatur enim ex AB quadratum AΔ: ergo AΔ rationale est. & quoniam AB incommensurabilis est ipsi BΓ longitudine, potentia enim solum ponuntur commensurabiles, atque est AB æqualis BΔ: incommensurabilis igitur est ΔB ipsi BΓ longitudine. est autem [per 1. 6.] ut ΔB ad BΓ ita AΔ ad AΓ: ergo AΔ ipsi AΓ est incommensurabile. sed AΔ rationale est: irrationale igitur est AΓ: quare [per 11. def. 10.] & recta linea quæ ipsum AΓ potest, videlicet quæ potest quadratum ipsi æquale, est irrationalis. vocetur autem media; propterea quod ipsius quadratum est æquale rectangulo quod sub AB, BΓ continetur, & inter ipsas AB, BΓ media sit proportionalis. quod erat demonstrandum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Τὸ ὑπὸ ῥητῶν δυνάμει μόνον συμμέτρων εὐθειῶν περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἄλογόν ἐστι, καὶ ἡ δυναμένη αὐτὸ ἄλογός ἐστι, καλείσθω δὲ μέση.

ΥΠΟ γὰρ ῥητῶν δυνάμει μόνον συμμέτρων εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΒΓ ὀρθογώνιον περιεχέσθω τὸ ΑΓ· λέγω ὅτι ἄλογόν ἐστι τὸ ΑΓ, καὶ ἡ δυναμένη αὐτὸ ἄλογός ἐστι, καλείσθω δὲ μέση.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ. καὶ ἐπεὶ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ μήκει, δυνάμει γὰρ μόνον ὑπόκεινται σύμμετροι, ἴση δὲ ἡ ΑΒ τῇ ΒΔ· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ΔΒ τῇ ΒΓ μήκει. καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΔΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ ΑΔ πρὸς τὸ ΑΓ· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ τῷ ΑΓ. ῥητὸν δὲ τὸ ΑΔ· ἄλογον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΓ· ὥστε καὶ ἡ δυναμένη τὸ ΑΓ, τουτέστιν ἡ ἴσον αὐτῷ τετράγωνον δυναμένη, ἄλογός ἐστι. καλείσθω δὲ μέση, διὰ τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς τετράγωνον ἴσον εἶναι τῷ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, καὶ μέσην ἀνάλογον αὐτὴν γίνεσθαι τῶν ΑΒ, ΒΓ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

*SCHOLIUM.

Media est irrationalis quæ potest spatium contentum sub rationalibus potentia solum commensurabilibus.

Sub rationalibus enim potentia solum commensurabilibus rectis lineis A, B spatium contineatur. ostendendum est hujusmodi spatium irrationale esse.

Sumatur enim inter ipsas A, B media proportionalis Γ; ergo [per 17. 6.] quod fit sub A, B est æquale quadrato ex Γ; ac propterea Γ potest rectangulum quod sub ipsis A, B continetur: est igitur ut A



*ΣΧΟΛΙΟΝ.

Μέση ἐστὶν ἄλογος ἡ δυναμένη χωρίον περιεχόμενον ὑπὸ ῥητῶν δυνάμει μόνον συμμέτρων.

Ὑπὸ ῥητῶν γὰρ δυνάμει μόνον συμμέτρων εὐθειῶν τῶν Α, Β περιεχέσθω χωρίον. δεικτέον ὅτι ἄλογόν ἐστι τὸ τοιοῦτον χωρίον.

Εἰλήφθω γὰρ τῶν Α, Β μέση ἀνάλογον ἡ Γ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Γ· ὥστε ἡ Γ δύναται τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν

* In MSS. non reperitur.

Β οὕτως

Β οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Γ, ὡς γὰρ ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας, τοῦτο γὰρ δέδεικται ἐν τῷ πορίσματι τοῦ ιθʹ τοῦ ϛʹ στοιχείου. ἀσύμμετρος δὲ ἡ Α τῇ Β μήκει· ἀσύμμετρον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Α τῷ ἀπὸ τῆς Γ. ῥητὸν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Α· ἄλογον ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β· ἄλογος ἄρα ἐστὶν ἡ Γ. μέση δὲ ἐκλήθη, ὅτι ἄλογος οὖσα μέση δύο ῥητῶν τῶν Α, Β ἀνάλογόν ἐστι.

ad B ita quadratum ex A ad id quod fit ex Γ quadratum, nam ut prima ad tertiam ita quadratum quod fit ex prima ad quadratum ex secunda, quod demonstratum est in corollario prop. 28. sexti Elementorum. incommensurabilis autem est A ipsi B longitudine: ergo [per 10. 10.] & quadratum ex A quadrato ex Γ est incommensurabile. sed quadratum ex A rationale est: irrationale igitur est quod sub rectis lineis A, B continetur: ergo Γ est irrationalis. media autem idcirco vocatur, quod irrationalis existens inter ipsas A, B rationales media est proportionalis.

ΛΗΜΜΑ.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι, ἔσται ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν δευτέραν οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν δύο εὐθειῶν.

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ ΖΕ, ΕΗ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΖΕ πρὸς τὴν ΕΗ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΖΕ, ΕΗ.



Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΖΕ τετράγωνον τὸ ΔΖ, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΗΖ. ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ὡς ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΕΗ οὕτως τὸ ΖΔ πρὸς τὸ ΖΗ, καί ἐστι τὸ μὲν ΖΔ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ, τὸ δὲ ΖΗ τὸ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΗ, τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΖΕ, ΕΗ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΖΕ πρὸς τὴν ΕΗ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΖΕ, ΕΗ. ὁμοίως δὲ καὶ ὡς τὸ ὑπὸ τῶν ΗΕ, ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ, τουτέστιν ὡς τὸ ΗΖ πρὸς τὸ ΔΖ, οὕτως ἡ ΗΕ πρὸς τὴν ΕΖ.

LEMMA.

Si sint duæ rectæ lineæ, erit ut prima ad secundam ita quadratum quod fit à prima ad rectangulum quod sub duabus rectis lineis continetur.

Sint duæ rectæ lineæ ZE, EH: dico ut ZE ad EH ita esse quadratum ex ZE ad rectangulum sub ZE, EH.

Describatur ex ZE quadratum ΔZ, & HZ compleatur. quoniam igitur [per 1. 6.] est ut ΔE ad EH ita ZΔ ad ZH, atque est ZΔ quidem quadratum ex ZE, ZH vero quod sub ΔE, EH continetur, hoc est rectangulum sub ZE, EH: erit ut ZE ad EH ita quadratum ex ZE ad rectangulum sub ZE, EH. similiter autem & ut rectangulum sub HE, EZ ad quadratum ex EZ, hoc est ut HZ ad ΔZ, ita est HE ad EZ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγʹ

Τὸ ἀπὸ μέσης παρὰ ῥητὴν παραβαλλόμενον πλάτος ποιεῖ ῥητήν, καὶ ἀσύμμετρον τῇ παρ' ἣν παράκειται μήκει.

Ἔστω μέση μὲν ἡ Α, ῥητὴ δὲ ἡ ΓΒ, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς Α ἴσον παρὰ τὴν ΒΓ παραβεβλήσθω χωρίον τὸ ΒΔ πλάτος ποιοῦν τὴν ΓΔ· λέγω ὅτι ῥητή ἐστιν ἡ ΓΔ, καὶ ἀσύμμετρος τῇ ΒΓ μήκει.



Ἐπεὶ γὰρ μέση ἐστὶν ἡ Α, δύναται χωρίον περιεχόμενον ὑπὸ ῥητῶν δυνάμει μόνον συμμέτρων. δυνάσθω τὸ ΗΖ. δύναται δὲ καὶ τὸ ΒΔ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΔ τῷ ΗΖ. ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ ἰσογώνιον, τῶν δὲ ἴσων τε καὶ ἰσογωνίων παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ πλευραὶ αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΕΗ οὕτως ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΓΔ· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ. σύμ-

PROP. XXIII. THEOR.

Quod fit à media ad rationalem applicatum latitudinem efficit rationalem, & ei ad quam applicatum est longitudine incommensurabilem.

SIT media quidem A, rationalis autem ΓB; & ad ΓB ei quod fit ex A æquale spatium applicetur BΔ latitudinem faciens ΓΔ: dico ΓΔ rationalem esse, & ipsi BΓ longitudine incommensurabilem.



Quoniam enim media est A, [per 22. 10.] potest spatium contentum sub rationalibus potentia solum commensurabilibus. possit HZ. sed potest & BΔ: æquale igitur est BΔ ipsi HZ. atque est illi æquiangulum, æqualium autem & æquiangulorum parallelogrammorum latera quæ circum æquales angulos [per 14. 6.] sunt reciproce proportionalia: ergo ut recta BΓ ad EH rectam ita est EZ ad ΓΔ: est igitur & ut quadratum ex BΓ ad quadratum ex EH ita [per 22. 6.] quadratum ex EZ ad id quod fit ex ΓΔ quadratum. sed quadratum ex B Γ commensurabile est quadrato ex E H, utraque enim ipsarum est rationalis: commensurabile igitur est [per 10. 10.] & quadratum ex E Z quadrato ex Γ Δ. est autem quadratum ex E Z rationale: ergo & rationale est quadratum ex Γ Δ; ac propterea recta linea Γ Δ est rationalis. itaque quoniam Z E incommensurabilis est ipsi E H longitudine, potentia enim solum [per 22. 10] commensurabiles sunt, ut autem Z E ad E H ita [per lem. præc.] quadratum ex E Z ad rectangulum sub Z E, E H: erit [per 10. 10.] quadratum ex E Z incommensurabile rectangulo sub Z E, E H. sed quadrato quidem ex E Z commensurabile est quadratum ex Γ Δ, rationales enim sunt potentia; rectangulo vero sub E Z, E H est commensurabile rectangulum sub Δ Γ, Γ B, utrumque enim est æquale quadrato ex A: ergo [per 13. 10.] quadratum ex Γ Δ incommensurabile est rectangulo sub Δ Γ, Γ B. sed ut quadratum ex Γ Δ ad rectangulum sub Δ Γ, Γ B ita est [per lem. præc.] Δ Γ ad Γ B: ergo Δ Γ ipsi Γ B incommensurabilis est longitudine; & [per 6. def. 10.] ob id Δ Γ est rationalis & ipsi Γ B longitudine incommensurabilis. quod erat demonstrandum.



μετρον δέ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς B Γ τῷ ἀπὸ τῆς E H, ῥητὴ γάρ ἐστιν ἑκατέρα αὐτῶν· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς E Z τῷ ἀπὸ τῆς Γ Δ. ῥητὸν δέ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς E Z· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἡ Γ Δ. καὶ ἐπεὶ ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ E Z τῇ E H μήκει, δυνάμει γὰρ μόνον εἰσὶ σύμμετροι, ὡς δὲ ἡ E Z πρὸς τὴν E H οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς E Z πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Z E, E H· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς E Z τῷ ὑπὸ τῶν Z E, E H. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀπὸ τῆς E Z σύμμετρον τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ, ῥηταὶ γάρ εἰσι δυνάμει, τῷ δὲ ὑπὸ τῶν Z E, E H σύμμετρόν ἐστι τὸ ὑπὸ τῶν Δ Γ, Γ B, ἴσα γάρ εἰσι τῷ ἀπὸ τῆς A· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ τῷ ὑπὸ τῶν Δ Γ, Γ B περιεχομένῳ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Δ Γ, Γ B οὕτως ἐστὶν ἡ Δ Γ πρὸς τὴν Γ B· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ Δ Γ τῇ Γ B μήκει· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἡ Γ Δ καὶ ἀσύμμετρος τῇ Γ B μήκει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



Prop. XXIV. Theor.

Mediæ commensurabilis media est.

SIT media A, & ipsi A commensurabilis sit B: dico & B mediam esse.

Exponatur enim rationalis Γ Δ, & quadrato quidem ex A æquale ad Γ Δ applicetur spatium rectangulum Γ E latitudinem efficiens E Δ: rationalis igitur est E Δ [per 23. 10.] & ipsi Γ Δ longitudine incommensurabilis. quadrato autem ex B æquale ad Δ Γ applicetur spatium rectangulum Γ Z latitudinem efficiens Δ Z. quoniam igitur A commensurabilis est ipsi B, erit [per cor. 9. 10.] quadratum ex A quadrato ex B commensurabile. sed [per constr.] quadrato quidem ex A æquale est rectangulum E Γ; quadrato autem ex B æquale Γ Z: commensurabile igitur est rectangulum E Γ rectangulo Γ Z. atque est [per 1. 6.] ut E Γ ad Γ Z ita E Δ ad Δ Z: ergo E Δ ipsi Δ Z longitudine est commensurabilis est autem [per 23. 10.] E Δ rationalis, & longitudine incommensurabilis ipsi Δ Γ: ergo [per 13. 10.] & Δ Z rationalis est & ipsi Δ Γ longitudine incommensurabilis: rationales igitur sunt Γ Δ, Δ Z potentia solum commensurabiles. quod autem sub rationalibus potentia solum commensurabilibus rectis lineis continetur rectangulum irrationale est; & recta linea ipsum potens [per 22. 10.] est irrationalis, vocaturque



ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδ'.

Η τῇ μέσῃ σύμμετρος μέση ἐστί.

ΕΣτω μέση ἡ A, καὶ τῇ A σύμμετρος ἔστω ἡ B· λέγω ὅτι καὶ ἡ B μέση ἐστίν.

Ἐκκείσθω γὰρ ῥητὴ ἡ Γ Δ, καὶ τῷ μὲν ἀπὸ τῆς A ἴσον παρὰ τὴν Γ Δ παραβεβλήσθω χωρίον ὀρθογώνιον τὸ Γ E πλάτος ποιοῦν τὴν E Δ· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἡ E Δ, καὶ ἀσύμμετρος τῇ Γ Δ μήκει. τῷ δὲ ἀπὸ τῆς B ἴσον παρὰ τὴν Δ Γ παραβεβλήσθω χωρίον ὀρθογώνιον τὸ Γ Z πλάτος ποιοῦν τὴν Δ Z. ἐπεὶ οὖν σύμμετρός ἐστιν ἡ A τῇ B, σύμμετρόν ἐστι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς A τῷ ἀπὸ τῆς B. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀπὸ τῆς A ἴσον ἐστὶ τὸ E Γ, τῷ δὲ ἀπὸ τῆς B ἴσον τὸ Γ Z· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ E Γ τῷ Γ Z. καὶ ἔστιν ὡς τὸ E Γ πρὸς τὸ Γ Z οὕτως ἡ E Δ πρὸς τὴν Δ Z· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ E Δ τῇ Δ Z μήκει. ῥητὴ δ' ἐστὶν ἡ E Δ, καὶ ἀσύμμετρος τῇ Δ Γ μήκει· ῥητὴ ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ Δ Z, καὶ ἀσύμμετρος τῇ Δ Γ μήκει· αἱ Γ Δ, Δ Z ἄρα ῥηταί εἰσι, δυνάμει μόνον σύμμετροι. τὸ δὲ ὑπὸ ῥητῶν δυνάμει μόνον συμμέτρων εὐθειῶν περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἄλογόν ἐστι, καὶ ἡ δυναμένη αὐτὸ ἄλογός ἐστι, καλεῖται δὲ ἡ δυναμένη μέση· ἡ

ἄρα

ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΔΖ δυναμένη μέση ἐστί, καὶ δύναται τὸ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΔΖ ἡ Β· μέση ἄρα ἐστὶν ἡ Β.

media: ergo recta linea quæ potest rectangulum sub ΓΔ, ΔΖ est media. sed Β potest rectangulum sub ΓΔ, ΔΖ: quare Β media erit.

Πόρισμα.

Ἐκ δὲ τούτου φανερὸν, ὅτι τὸ τῷ μέσῳ χωρίῳ σύμμετρον μέσον ἐστίν. δύνανται γὰρ αὐτὰ εὐθεῖαι αἵ εἰσι δυνάμει σύμμετροι, ὧν ἡ ἑτέρα μέση· ὥστε καὶ ἡ λοιπὴ μέση ἐστίν. ὡσαύτως δὲ τοῖς ἐπὶ τῶν ῥητῶν εἰρημένοις καὶ ἐπὶ τῶν μέσων ἐξακολουθεῖ τὴν τῇ μέσῃ μήκει σύμμετρον λέγεσθαι μέσην, καὶ σύμμετρον αὐτῇ μὴ μόνον μήκει ἀλλὰ καὶ δυνάμει, ἐπειδήπερ καθόλου αἱ μήκει σύμμετροι πάντως καὶ δυνάμει. ἐὰν δὲ τῇ μέσῃ σύμμετρός τις ᾖ δυνάμει, εἰ μὲν καὶ μήκει, λέγονται καὶ οὕτως μέσαι καὶ μήκει καὶ δυνάμει σύμμετροι. εἰ δὲ δυνάμει μόνον, λέγονται μέσαι δυνάμει μόνον σύμμετροι. * Εἰσὶ δὲ πάλιν καὶ ἄλλαι εὐθεῖαι, αἱ μήκει μὲν ἀσύμμετροί εἰσι τῇ μέσῃ, δυνάμει δὲ μόνον σύμμετροι, καὶ λέγονται πάλιν μέσαι, διὰ τὸ σύμμετροι εἶναι δυνάμει τῇ μέσῃ καὶ σύμμετροι πρὸς ἀλλήλας, καθὸ μέσαι ἄλλαι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλας ἤτοι μήκει δηλαδὴ καὶ δυνάμει, ἢ δυνάμει μόνον. καὶ εἰ μὲν μήκει, λέγονται καὶ αὗται μέσαι μήκει σύμμετροι, ἑπομένου τοῦ ὅτι καὶ δυνάμει. εἰ δὲ δυνάμει μόνον εἰσὶ σύμμετροι, λέγονται καὶ οὕτως δυνάμει μόνον σύμμετροι. [† ὅτι δὲ αἱ μέσαι σύμμετροί εἰσιν, οὕτω δεικτέον. ἐπεὶ αἱ μέσαι μέσῃ τινὶ σύμμετροί εἰσι, τὰ δὲ τῷ αὐτῷ σύμμετρα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ σύμμετρα· αἱ ἄρα μέσαι σύμμετροί εἰσιν.

Corollarium.

Ex hoc manifestum est spatium medio spatio commensurabile medium esse. possunt enim ipsa rectæ lineæ quæ sunt potentia commensurabiles, quarum altera media est: ergo & reliqua media erit. quemadmodum autem & in rationalibus dictum est ita & in mediis dicemus, rectam lineam mediæ longitudine commensurabilem dici mediam, & ipsi commensurabilem non solum longitudine sed & potentia; universe enim quæ longitudine commensurabiles sunt etiam potentia sunt commensurabiles. si vero mediæ commensurabilis quædam recta linea fuerit potentia, siquidem etiam longitudine, dicuntur & sic mediæ & longitudine & potentia commensurabiles. si autem potentia solum, dicuntur mediæ potentia solum commensurabiles. * Rursus sunt & aliæ rectæ, longitudine quidem incommensurabiles mediæ, & potentia tantum illi commensurabiles, & hæ etiam mediæ dicuntur; quoniam potentia commensurabiles mediæ sunt & inter se commensurabiles: nam mediæ aliæ sunt inter se commensurabiles vel longitudine & potentia vel potentia tantum. & siquidem longitudine, dicuntur mediæ longitudine commensurabiles, & consequenter etiam & potentia. si vero sunt potentia tantum commensurabiles, dicuntur potentia tantum commensurabiles. [† quod vero mediæ sint inter se commensurabiles sic ostenditur. quoniam enim mediæ sunt cuidam mediæ commensurabiles, & quæ eidem sunt commensurabiles inter se sunt commensurabiles, erunt mediæ inter se commensurabiles.]

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κε'.

Τὸ ὑπὸ μέσων μήκει συμμέτρων εὐθειῶν περιεχόμενον ὀρθογώνιον, μέσον ἐστίν.

Ὑπὸ γὰρ μέσων μήκει συμμέτρων εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΒΓ περιεχέσθω ὀρθογώνιον τὸ ΑΓ· λέγω ὅτι τὸ ΑΓ μέσον ἐστίν.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΑΒ τετράγωνον τὸ ΑΔ· μέσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔ. καὶ ἐπεὶ σύμμετρός ἐστι καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ μήκει, ἴση δὲ ἡ ΑΒ τῇ ΒΔ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ΒΔ τῇ ΒΓ μήκει· ὥστε καὶ τὸ ΔΑ τῷ ΑΓ σύμμετρόν ἐστι. μέσον δὲ τὸ ΑΔ· μέσον ἄρα καὶ τὸ ΑΓ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXV. Theor.

Quod sub mediis longitudine commensurabilibus rectis lineis continetur, rectangulum medium est.

Sub mediis enim longitudine commensurabilibus rectis lineis ΑΒ, ΒΓ contineatur rectangulum ΑΓ: dico ΑΓ medium esse.



Describatur enim ex ΑΒ quadratum ΑΔ: ergo ΑΔ medium est. & quoniam commensurabilis est ΑΒ ipsi ΒΓ longitudine, æqualis autem ΑΒ ipsi ΒΔ; erit ΔΒ ipsi ΒΓ longitudine commensurabilis: quare ΔΑ commensurabile est ipsi ΑΓ. sed ΑΔ est medium: ergo [per coroll. 24. 10.] & ΑΓ medium erit. quod erat demonstr.

* Quæ sequuntur desunt in quibusdam exemplaribus, nec ea agnoscit *Commandinus*. † Illa uncis inclusa futilia videntur & scioli alicujus glossemata.

Prop. XXVI. Theor.

Quod sub mediis potentia solum commensurabilibus rectis lineis continetur rectangulum, vel rationale est vel medium.

Sub mediis enim potentia solum commensurabilibus rectis lineis AB, BΓ contineatur rectangulum AΓ: dico AΓ vel rationale esse vel medium.

Describantur enim ex AB, BΓ quadrata AΔ, BE: utrumque igitur ipsorum AΔ, BE medium est. exponatur rationalis ZH, & [per 45. 1.] ipsi quidem AΔ æquale ad ZH applicetur parallelogrammum rectangulum HΘ latitudinem faciens ZΘ, ipsi vero AΓ æquale ad ΘM applicetur rectangulum MK latitudinem faciens ΘK; & insuper ipsi BE æquale similiter ad KN applicetur NΛ latitudinem faciens KΛ: in recta igitur linea [per 14. 1.] sunt ZΘ, ΘK, KΛ. quoniam igitur medium est utrumque ipsorum AΔ, BE, atque est AΔ quidem æquale ipsi HΘ, BE vero ipsi NΛ; erit & utrumque ipsorum HΘ, NΛ medium, & ad rationalem ZH applicata sunt: ergo [per 23. 10.] & utraque ipsarum ZΘ, KΛ est rationalis, & ipsi ZH longitudine incommensurabilis. & quoniam commensurabile est [ex hyp.] AΔ ipsi BE, erit & HΘ ipsi NΛ commensurabile. sed [per 1. 6.] est ut HΘ ad NΛ ita ZΘ ad KΛ: ergo [per 10. 10.] ZΘ ipsi KΛ est commensurabilis longitudine; ac propterea ZΘ, KΛ rationales sunt longitudine commensurabiles: rationale igitur est rectangulum quod sub ZΘ, KΛ continetur. & quoniam BΔ quidem ipsi BA est æqualis, ΞB vero ipsi BΓ; erit ut ΔB ad BΓ ita AB ad BΞ. sed [per 1. 6.] ut ΔB ad BΓ ita ΔA quadratum ad rectangulum AΓ. ut autem AB ad BΞ ita AΓ rectangulum ad quadratum ΓΞ: est igitur ut ΓΞ ad AΓ ita AΓ ad AΔ. æquale autem est AΔ ipsi HΘ, & AΓ ipsi MK, & ΓΞ ipsi NΛ; quare ut HΘ ad MK ita MK ad NΛ; & igitur ut ZΘ ad ΘK ita ΘK ad KΛ: ideoque [per 17. 6.] quod sub ZΘ, KΛ continetur est æquale quadrato quod fit ex ΘK. est autem [per 20. 10.] quod continetur sub ZΘ, KΛ rationale: ergo & rationale est quadratum ex ΘK; ac propterea recta linea ΘK rationalis. & si quidem ΘK commensurabilis est ipsi ΘM, hoc est ipsi ZH, longitudine, erit rectangulum NΘ rationale. si vero ΘK est incommensurabilis ipsi ZH longitudine, KΘ, ΘM rationales erunt potentia solum commensurabiles, & ob id [per 22. 10.] rectangulum ΘN medium erit: ergo ΘN vel rationale est vel medium. sed ΘN est æquale ipsi AΓ: quare AΓ vel rationale vel medium est.

Quod igitur sub mediis potentia solum com-



ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛʹ.

Τὸ ὑπὸ μέσων δυνάμει μόνον συμμέτρων περιεχόμενον ὀρθογώνιον, ἤτοι ῥητὸν ἢ μέσον ἐστίν.

Ὑπὸ γὰρ μέσων δυνάμει μόνον συμμέτρων εὐθειῶν τῶν AB, BΓ ὀρθογώνιον περιεχέσθω τὸ AΓ· λέγω ὅτι τὸ AΓ ἤτοι ῥητόν ἐστιν ἢ μέσον.

Ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῶν AB, BΓ τετράγωνα τὰ AΔ, BE· μέσον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν AΔ, BE. καὶ ἐκκείσθω ῥητὴ ἡ ZH, καὶ τῷ μὲν AΔ ἴσον παρὰ τὴν ZH παραβεβλήσθω ὀρθογώνιον παραλληλόγραμμον τὸ HΘ πλάτος ποιοῦν τὴν ZΘ, τῷ δὲ AΓ ἴσον παρὰ τὴν ΘM παραβεβλήσθω ὀρθογώνιον παραλληλόγραμμον τὸ MK πλάτος ποιοῦν τὴν ΘK, καὶ ἔτι τῷ BE ἴσον ὁμοίως παρὰ τὴν KN παραβεβλήσθω τὸ NΛ πλάτος ποιοῦν τὴν KΛ· ἐπ' εὐθείας ἄρα εἰσὶν αἱ ZΘ, ΘK, KΛ. ἐπεὶ οὖν μέσον ἐστὶν ἑκάτερον τῶν AΔ, BE, καί ἐστιν ἴσον τὸ μὲν AΔ τῷ HΘ, τὸ δὲ BE τῷ NΛ· μέσον ἄρα ἐστὶ καὶ ἑκάτερον τῶν HΘ, NΛ, καὶ παρὰ ῥητὴν τὴν ZH παράκειται· ῥητὴ ἄρα ἐστὶ καὶ ἑκατέρα τῶν ZΘ, KΛ, καὶ ἀσύμμετρος τῇ ZH μήκει. ἐπεὶ οὖν σύμμετρόν ἐστι τὸ AΔ τῷ BE· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ HΘ τῷ NΛ. ἔστιν ἄρα καὶ ὡς τὸ HΘ πρὸς τὸ NΛ οὕτως ἡ ZΘ πρὸς τὴν KΛ· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ZΘ τῇ KΛ μήκει· αἱ ZΘ, KΛ ἄρα ῥηταί εἰσι μήκει σύμμετροι· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῶν ZΘ, KΛ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν BΔ τῇ BA, ἡ δὲ ΞB τῇ BΓ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΔB πρὸς τὴν BΓ οὕτως ἡ AB πρὸς τὴν BΞ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΔB πρὸς τὴν BΓ οὕτως τὸ ΔA πρὸς τὸ AΓ. ὡς δὲ ἡ AB πρὸς τὴν BΞ οὕτως τὸ AΓ πρὸς τὸ ΓΞ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ΓΞ πρὸς τὸ AΓ οὕτως τὸ AΓ πρὸς τὸ AΔ. ἴσον δέ ἐστι τὸ μὲν AΔ τῷ HΘ, τὸ δὲ AΓ τῷ MK, τὸ δὲ ΓΞ τῷ NΛ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ HΘ πρὸς τὸ MK οὕτως τὸ MK πρὸς τὸ NΛ· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς ἡ ZΘ πρὸς τὴν ΘK οὕτως ἡ ΘK πρὸς τὴν KΛ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ZΘ, KΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΘK. ῥητὸν δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ZΘ, KΛ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΘK· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ΘK. καὶ εἰ μὲν ἡ ΘK σύμμετρός ἐστι τῇ ΘM, τουτέστι τῇ ZH, μήκει, ῥητόν ἐστι τὸ NΘ. εἰ δὲ ἀσύμμετρός ἐστι τῇ ZH μήκει, αἱ KΘ, ΘM ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι· μέσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΘN· τὸ ΘN ἄρα ἤτοι ῥητόν ἐστιν ἢ μέσον. ἴσον δὲ τὸ ΘN τῷ AΓ· τὸ AΓ ἄρα ἤτοι ῥητὸν ἢ μέσον ἐστί.

Τὸ ἄρα ὑπὸ μέσων δυνάμει μόνον συμμέτρων περι-

περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἤτοι ῥητόν ἢ μέσον ἐστίν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

mensurabilibus rectis lineis continetur rectangulum vel rationale est vel medium. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ'.

Μέσον μέσου οὐχ ὑπερέχει ῥητῷ.

Εἰ γὰρ δυνατόν, μέσον τὸ ΑΒ μέσου τοῦ ΑΓ ὑπερεχέτω ῥητῷ τῷ ΔΒ, καὶ ἐκκείσθω ῥητὴ ἡ ΕΖ, καὶ τῷ ΑΒ ἴσον παρὰ τὴν ΕΖ παραβεβλήσθω παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον τὸ ΖΘ πλάτος ποιοῦν τὴν ΕΘ, τῷ δὲ ΑΓ ἴσον ἀφῃρήσθω τὸ ΖΗ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΒΔ λοιπῷ τῷ ΚΘ ἴσον ἐστί. ῥητὸν δέ ἐστι τὸ ΒΔ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ΚΘ. ἐπεὶ οὖν μέσον ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΑΒ, ΑΓ, καί ἐστι τὸ μὲν ΑΒ τῷ ΖΘ ἴσον, τὸ δὲ ΑΓ τῷ ΖΗ· μέσον ἄρα καὶ ἑκάτερον τῶν ΖΘ, ΖΗ. καὶ παρὰ ῥητὴν τὴν ΕΖ παράκειται· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ΕΘ, ΕΗ, καὶ ἀσύμμετρος τῇ ΕΖ μήκει. καὶ ἐπεὶ ῥητόν ἐστι τὸ ΔΒ, καί ἐστιν ἴσον τῷ ΚΘ· ῥητὸν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ΚΘ, καὶ παρὰ ῥητὴν τὴν ΕΖ παράκειται· ῥητὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΘ, καὶ σύμμετρος τῇ ΕΖ μήκει. ἀλλὰ καὶ ἡ ΕΗ ῥητή ἐστι, καὶ ἀσύμμετρος τῇ ΕΖ μήκει· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΕ τῇ ΗΘ μήκει. καί ἐστιν ὡς ἡ ΕΗ πρὸς τὴν ΗΘ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ· ἀσύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ τῷ ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀπὸ τῆς ΕΗ σύμμετρά ἐστι τὰ ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ τετράγωνα, ῥητὰ γὰρ ἀμφότερα, τῷ δὲ ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ σύμμετρόν ἐστι τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ, διπλάσιον γάρ ἐστιν· ἀσύμμετρα ἄρα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ· καὶ συναμφότερα ἄρα τά τε ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ καὶ τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΘ, ἀσύμμετρά ἐστι τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ. ῥητὰ δὲ τὰ ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΘ· ἄλογον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΘ· ἄλογος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΘ. ἀλλὰ καὶ ῥητή, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον.



Οὐκ ἄρα μέσον μέσου ὑπερέχει ῥητῷ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXVII. Theor.

Medium non superat medium rationali.

SI enim fieri potest, medium AB superet medium AΓ rationali ΔB, & exponatur rationalis EZ, atque [per 45. 1.] ipsi quidem AB æquale ad EZ applicetur parallelogrammum rectangulum ZΘ latitudinem faciens EΘ, ipsi vero AΓ æquale auferatur ZH: reliquum igitur BΔ reliquo KΘ est æquale. rationale autem est BΔ: ergo & KΘ est rationale. quoniam igitur medium est utrumque ipsorum AB, AΓ, estque AB æquale ZΘ, & AΓ æquale ZH; erit & utrumque ipsorum ZΘ, ZH medium. & ad rationalem EZ applicata sunt: rationalis igitur est utraque earum EΘ, EH [per 23. 10.] & ipsi EZ longitudine incommensurabilis. & quoniam rationale est ΔB, & ipsi KΘ æquale; & KΘ rationale erit. est autem ad EZ applicatum: rationalis igitur est HΘ [per 21. 10.] & ipsi EZ commensurabilis longitudine. sed & EH est rationalis, & ipsi EZ longitudine incommensurabilis: ergo [per 13. 10.] EH incommensurabilis est ipsi HΘ longitudine. atque est [per 1. 6.] ut EH ad HΘ ita quadratum ex EH ad rectangulum quod sub EH, HΘ continetur: incommensurabile igitur [per 10. 10.] est quadratum ex EH rectangulo sub EH, HΘ. sed quadrato quidem ex EH commensurabilia sunt ex EH, HΘ quadrata, utraque enim sunt rationalia, rectangulo autem sub EH, HΘ commensurabile est quod bis sub EH, HΘ continetur, est enim ipsius duplum: ergo [per 14. 10.] quadrata ex EH, HΘ incommensurabilia sunt ei quod bis sub EH, HΘ continetur: & utraq; igitur videlicet quadrata ex EH, HΘ & quod bis continetur sub EH, HΘ, hoc est [per 4. 2.] quadratum ex EΘ, incommensurabilia sunt [per 17. 10.] quadratis ex EH, HΘ. sunt autem rationalia quæ fiunt ex EH, HΘ quadrata: irrationale igitur [per 10. def. 10.] est quadratum ex EΘ: ac propterea EΘ est irrationalis. sed & rationalis, quod fieri non potest.

Non igitur medium superat medium rationali. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κη'.

Μέσας εὑρεῖν δυνάμει μόνον συμμέτρους, ῥητὸν περιεχούσας.

Ἐκκείσθωσαν δύο ῥηταὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ Α, Β, καὶ εἰλήφθω τῶν Α, Β μέση ἀνάλογον ἡ Γ, καὶ γεγονέτω ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ.

Prop. XXVIII. Probl.

Medias invenire potentia solum commensurabiles, quæ rationale contineant.

EXponantur duæ rationales potentia solum commensurabiles A, B, & sumatur inter ipsas A, B [per 13. 6.] media proportionalis Γ, fiatque [per 12. 6.] ut A ad B ita Γ ad Δ.

Quoniam

Quoniam igitur A, B rationales sunt potentia solum commensurabiles, erit [per 22. 10.] quod sub ipsis A, B continetur rectangulum, hoc est [per 17. 6.] quadratum ex Γ, medium: ergo recta linea Γ media est. & quoniam ut A ad B ita est Γ ad Δ, suntque A, B potentia solum commensurabiles; & [per 10. 10.] Γ, Δ potentia solum commensurabiles erunt. est autem recta linea Γ media: media igitur [per 24. 10.] est & Δ: quare Γ, Δ mediæ sunt potentia solum commensurabiles. dico etiam ipsas rationale continere. quoniam enim est ut A ad B ita Γ ad Δ, erit permutando [per 16. 5.] ut A ad Γ ita B ad Δ. sed ut A ad Γ ita Γ ad B: ergo & ut Γ ad B ita B ad Δ: quod igitur sub ipsis Γ, Δ continetur [per 17. 6.] quadrato ex B est æquale. rationale autem est quadratum ex B: ergo & quod continetur sub Γ, Δ rationale erit.

Inventæ igitur sunt mediæ potentia solum commensurabiles, quæ rationale continent. quod erat faciendum.



Καὶ ἐπεὶ αἱ Α, Β ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι, τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Β, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς Γ, μέσον ἐστί· μέση ἄρα ἡ Γ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ, αἱ δὲ Α, Β δυνάμει μόνον σύμμετροι· καὶ αἱ Γ, Δ ἄρα δυνάμει μόνον εἰσὶ σύμμετροι. καὶ ἔστι μέση ἡ Γ· μέση ἄρα καὶ ἡ Δ· αἱ Γ, Δ ἄρα μέσαι εἰσὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι. λέγω δὴ ὅτι καὶ ῥητὸν περιέχουσιν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ, ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Δ. ἀλλ' ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Β· καὶ ὡς ἄρα ἡ Γ πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Β πρὸς τὴν Δ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Γ, Δ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς Β. ῥητὸν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Β· ῥητὸν ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ.

Εὕρηνται ἄρα μέσαι δυνάμει μόνον σύμμετροι, ῥητὸν περιέχουσαι· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. XXIX. Probl.

Medias invenire potentia solum commensurabiles, quæ medium contineant.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Μέσας εὑρεῖν δυνάμει μόνον συμμέτρους, μέσον περιεχούσας.

Exponantur tres rationales potentia solum commensurabiles A, B, Γ, sumaturque [per 13. 6.] inter ipsas A, B media proportionalis Δ, & [per 12. 6.] fiat ut B ad Γ ita Δ ad E.

Quoniam igitur A, B rationales sunt potentia solum commensurabiles, erit [per 22. 10.] quod sub A, B continetur rectangulum, hoc est [per 17. 6.] quadratum ex Δ, medium: ergo Δ media est. & quoniam B, Γ sunt rationales potentia solum commensurabiles, atque est ut B ad Γ ita Δ ad E; rectæ lineæ Δ, E [per 10. 10.] potentia solum commensurabiles erunt. est autem Δ media: ergo [per 24. 10.] & E media est; ac propterea Δ, E mediæ sunt potentia solum commensurabiles. dico ipsas etiam medium continere. quoniam enim est ut B ad Γ ita Δ ad E, erit permutando ut B ad Δ ita Γ ad E. ut autem B ad Δ ita est Δ ad A: ergo & ut Δ ad A ita Γ ad E: quod igitur sub A, Γ continetur rectangulum [per 16. 6.] est æquale contento sub Δ, E. est autem [per 22. 10.] quod continetur sub A, Γ medium: ergo & quod continetur sub Δ, E medium erit.

Inventæ igitur sunt mediæ potentia solum commensurabiles, quæ medium continent. quod erat faciendum.



Ἐκκείσθωσαν τρεῖς ῥηταὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ Α, Β, Γ, καὶ εἰλήφθω τῶν Α, Β μέση ἀνάλογον ἡ Δ, καὶ γεγονέτω ὡς ἡ Β πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε.

Ἐπεὶ αἱ Α, Β ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι, τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Β, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς Δ, μέσον ἐστί· μέση ἄρα ἡ Δ. καὶ ἐπεὶ αἱ Β, Γ δυνάμει μόνον εἰσὶ σύμμετροι, καί ἐστιν ὡς ἡ Β πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε· αἱ Δ, Ε ἄρα σύμμετροι δυνάμει μόνον εἰσί. μέση δὲ ἡ Δ· μέση ἄρα καὶ ἡ Ε· αἱ Δ, Ε ἄρα μέσαι εἰσὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι. λέγω δὴ ὅτι καὶ μέσον περιέχουσιν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ Β πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε, ἐναλλὰξ ἄρα ὡς ἡ Β πρὸς τὴν Δ οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Ε. ὡς δὲ ἡ Β πρὸς τὴν Δ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Α, καὶ ὡς ἄρα ἡ Δ πρὸς τὴν Α οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Ε· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν Δ, Ε. μέσον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Γ· μέσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε.

Εὕρηνται ἄρα μέσαι δυνάμει μόνον σύμμετροι, μέσον περιέχουσαι· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

LEMMA.

Invenire duos numeros quadratos, ita ut qui ex ipsis componitur etiam quadratus sit.

ΛΗΜΜΑ.

Εὑρεῖν δύο τετραγώνους ἀριθμούς, ὥστε καὶ τὸν συγκείμενον ἐξ αὐτῶν εἶναι τετράγωνον.

Ἐκκείσθωσαν

Ἐκκείσθωσαν δύο ἀριθμοὶ οἱ ΑΒ, ΒΓ, ἔστωσαν δὴ ἤτοι ἄρτιοι ἢ περιττοί. καὶ ἐπεὶ ἐάντε ἀπὸ ἀρτίου ἄρτιος ἀφαιρεθῇ, ἐάντε ἀπὸ περιττοῦ περιττός, ὁ λοιπὸς ἄρτιός ἐστιν· ὁ λοιπὸς ἄρα ὁ ΑΓ ἄρτιός ἐστι. τετμήσθω ὁ ΑΓ δίχα κατὰ τὸ Δ. ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ ΑΒ, ΒΓ ἤτοι ὅμοιοι ἐπίπεδοι ἢ τετράγωνοι, οἳ καὶ αὐτοὶ ὅμοιοί εἰσιν ἐπίπεδοι· ὁ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΔ τετραγώνου ἴσος ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΔ τετραγώνῳ. καί ἐστι τετράγωνος ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ἐπειδήπερ ἐδείχθη ὅτι ἐὰν δύο ὅμοιοι ἐπίπεδοι πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ποιῶσί τινα, ὁ γενόμενος τετράγωνός ἐστιν· εὕρηνται ἄρα δύο τετράγωνοι ἀριθμοί, ὅ, τε ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ΓΔ, οἳ συντεθέντες ποιοῦσι τὸν ἀπὸ τοῦ ΒΔ τετράγωνον. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Α . . . . . Δ . . . . . . Γ . . . . Β

Exponantur duo numeri ΑΒ, ΒΓ, qui vel pares sint vel impares. & quoniam sive à pari par auferatur, sive ab impari impar [per 24, & 26. 9.] reliquus par est; erit ΑΓ numerus par. secetur ΑΓ bifariam in Δ. sint autem ΑΒ, ΒΓ vel similes plani vel quadrati, qui & ipsi similes plani sunt: ergo [per 6. 2.] qui fit sub ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΔ est æqualis ei qui fit ex ΒΔ quadrato. atque qui fit ex ΑΒ, ΒΓ est quadratus; ostensum enim est [ad 1. 9.] si duo similes plani sese multiplicantes aliquem faciant, factum quadratum esse: inventi igitur sunt duo quadrati numeri, videlicet qui fit sub ΑΒ, ΒΓ & qui fit ex ΓΔ, qui quidem inter se compositi quadratum numerum faciunt, nempe eum qui fit ex ΒΔ. quod erat faciendum.

Πόρισμα.

Καὶ φανερὸν ὅτι εὕρηνται πάλιν δύο τετράγωνοι, ὅ, τε ἀπὸ τοῦ ΒΔ καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ΓΔ, ὥστε τὴν ὑπεροχὴν αὐτῶν τὴν ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ εἶναι τετράγωνον, ὅταν οἱ ΑΒ, ΒΓ ὅμοιοι ἐπίπεδοι ὦσιν. ὅταν δὲ μὴ ὦσιν ὅμοιοι ἐπίπεδοι, εὕρηνται δύο τετράγωνοι, ὅ, τε ἀπὸ τοῦ ΒΔ καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ΓΔ, ὧν ἡ ὑπεροχή, ὁ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, οὐκ ἔστι τετράγωνος.

Corollarium.

Et manifestum est rursus inventos esse duos numeros quadratos, & qui fit ex ΒΔ & qui ex ΓΔ, ita ut ipsorum excessus, videlicet qui fit sub ΑΒ, ΒΓ, sit quadratus, quando ΑΒ, ΒΓ similes plani sunt. quando autem non sunt similes plani, inventi sunt duo quadrati, & qui fit ex ΒΔ & qui ex ΓΔ, quorum excessus, nempe qui sub ΑΒ, ΒΓ, non est quadratus.

ΛΗΜΜΑ β'.

Εὑρεῖν δύο τετραγώνους ἀριθμούς, ὥστε τὸν ἐξ αὐτῶν συγκείμενον μὴ εἶναι τετράγωνον.

Ἔστω γὰρ ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ὡς ἔφαμεν, τετράγωνος, καὶ ἄρτιος ὁ ΓΑ, καὶ τετμήσθω ὁ ΓΑ δίχα κατὰ τὸ Δ· φανερὸν δὴ ὅτι ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνος μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΔ τετραγώνου ἴσος ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΔ τετραγώνῳ. ἀφῃρήσθω μονὰς ἡ ΔΕ· ὁ ἄρα ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνος μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ ἐλάσσων ἐστὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΒΔ τετραγώνου. λέγω οὖν ὅτι ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ τετράγωνος μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ οὐκ ἔσται τετράγωνος.

Εἰ γὰρ ἔσται τετράγωνος, ἤτοι ἴσος ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΕ ἢ ἐλάσσων, οὐκέτι δὲ καὶ μείζων, ἵνα μήτε τμηθῇ ἡ μονάς, μήτε ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΔ, ὅς ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ ΒΔ, ἴσος ᾖ τῷ ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ. ἔστω εἰ δυνατὸν πρότερον ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ ἴσος τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΕ, καὶ ἔστω διπλασίων ὁ ΗΑ τῆς ΔΕ μονάδος. ἐπεὶ οὖν ὅλος ὁ ΑΓ ὅλου τοῦ ΓΔ ἐστὶ διπλασίων, ὧν ὁ ΑΗ ἐστὶ διπλασίων τοῦ ΔΕ· καὶ λοιπὸς ἄρα ὁ ΓΗ λοιποῦ τοῦ ΕΓ ἐστὶ διπλασίων. δίχα ἄρα τέτμηται ὁ ΗΓ τῷ Ε· ὁ ἄρα ἐκ τῶν ΗΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ ἴσος ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΕ τετραγώνῳ. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ ἴσος ὑπόκειται τῷ ἀπὸ τοῦ ΒΕ τετραγώνῳ· ὁ ἄρα ἐκ τῶν ΗΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ ἴσος ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ. καὶ κοινοῦ ἀφαιρεθέντος τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓΕ, συνάγεται ὁ ΑΒ ἴσος τῷ ΗΒ, ὅπερ ἄτ-

Α . . Η . . Θ . Δ . Ε . Ζ . . . Γ . . . . Β

LEMMA 2.

Invenire duos quadratos numeros, ita ut qui ex ipsis componitur non sit quadratus.

Sit enim qui sub ΑΒ, ΒΓ quadratus, ut dictum est [ad lem. præc.] & par numerus ΓΑ; seceturque ΓΑ bifariam in Δ: perspicuum est [per 6. 2.] quadratum factum ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΔ æqualem esse ei qui fit ex ΒΔ quadrato. auferatur unitas ΔΕ; ergo quadratus ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ minor est quadrato ex ΒΔ. dico igitur quadratum factum ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ quadratum non esse.

Si enim est quadratus, vel æqualis est quadrato ex ΒΕ vel eo minor, non autem major, ut ne unitas secetur, neve qui ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΔ, qui est æqualis quadrato ex ΒΔ, æqualis sit quadrato facto ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ. sit primum, si fieri potest, qui ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ æqualis quadrato ex ΒΕ; & sit ΗΑ duplus ipsius ΔΕ unitatis. quoniam igitur totus ΑΓ totius ΓΔ est duplus, quorum ΑΗ est duplus ΔΕ; erit & reliquus ΓΗ reliqui ΕΓ duplus. ergo ΗΓ in Ε bifariam secatur: ac propterea qui ex ΗΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ æqualis [per 6. 2.] ei qui fit ex ΒΕ quadrato. sed & qui ex ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ æqualis ponitur quadrato ex ΒΕ: ergo qui ex ΗΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ est æqualis ei qui sub ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΓΕ. & communi detracto quadrato ex ΓΕ, concludetur ΑΒ ipsi ΗΒ æqualis, quod est absurdum: non igitur qui ex AB, BΓ una cum quadrato ex ΓE æqualis est quadrato ex BE. dico neque quadrato ex BE minorem esse. si enim fieri potest, sit quadrato ex BZ æqualis, & ipsius ΔZ duplus ponatur ΘA. concludetur rursus ΘΓ duplus ΓZ, ita ut & ΘΓ in Z bifariam dividatur; ac propterea qui ex ΘB, BΓ una cum quadrato ex ΓZ [per 6. 2.] æqualis sit quadrato ex BZ. ponitur autem & qui ex AB, BΓ una cum quadrato ex ΓE æqualis quadrato ex ZB: ergo sequitur qui ex AB, BΓ una cum quadrato ex ΓE æqualem esse ei qui ex ΘB, BΓ una cum quadrato ex ΓZ, quod est absurdum: non igitur qui ex AB, BΓ una cum quadrato ex ΓE est æqualis minori quam sit quadratus ex BE. ostensum est autem neque ipsi quadrato ex BE, neque majori eo æqualem esse: ergo qui fit ex AB, BΓ una cum quadrato ex ΓE non est quadratus. & cum fieri possit, ut idem pluribus modis ostendatur, unus qui proxime dictus est nobis sufficiat, ne longam tractationem longius producamus.

A . . H . . Θ . . Δ . E . Z . . . Γ . . . . B

πον· οὐκ ἄρα ὁ ἐκ τῶν AB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓE ἴσος ἐστὶ τῷ ἀπὸ τοῦ BE. λέγω δὴ ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων τοῦ ἀπὸ τοῦ BE. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω τῷ ἀπὸ τοῦ BZ ἴσος, καὶ τοῦ ΔZ διπλάσιος κείσθω ὁ ΘA. συναχθήσεται πάλιν διπλάσιος ὁ ΘΓ τοῦ ΓZ, ὥστε καὶ τὸν ΘΓ δίχα τετμῆσθαι κατὰ τὸ Z· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐκ τῶν ΘB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓZ ἴσον γίνεσθαι τῷ ἀπὸ τοῦ BZ. ὑπόκειται δὲ καὶ ὁ ἐκ τῶν AB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓE ἴσος τῷ ἀπὸ τοῦ ZB· συναχθήσεται ἄρα ἴσος ὁ ἐκ τῶν AB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓE τῷ ἐκ τῶν ΘB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓZ, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ὁ ἐκ τῶν AB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓE ἴσος ἐστὶ τῷ ἐλάττονι τοῦ ἀπὸ BE. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ αὐτῷ τῷ ἀπὸ τοῦ BE, οὐδὲ μείζονι αὐτοῦ· οὐκ ἄρα ὁ ἐκ τῶν AB, BΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ ΓE τετράγωνός ἐστι. δυνατοῦ δὲ ὄντος καὶ κατὰ πλείονας τρόπους τὸ εἰρημένον ἐπιδεικνύναι, ἀρκείσθω ἡμῖν ὁ εἰρημένος, ἵνα μὴ μακροτέρας οὔσης τῆς πραγματείας ἐπιπλέον αὐτὴν μηκύνωμεν.

Prop. XXX. Probl.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ′.

Invenire duas rationales potentia solum commensurabiles, ita ut major plus possit quam minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis.

Εὑρεῖν δύο ῥητὰς δυνάμει μόνον συμμέτρους, ὥστε τὴν μείζονα τῆς ἐλάττονος μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

Exponatur enim quædam rationalis AB, & [per cor. lem. 1.] duo quadrati numeri ΓΔ, ΔE, ita ut ipsorum excessus ΓE non sit quadratus: describatur autem super rectam lineam AB semicirculus AZB, fiatque [per cor. 6. 10.] ut ΔΓ ad ΓE ita ex AB quadratum ad quadratum ex AZ; & ZB jungatur.

Quoniam igitur est ut quadratum ex BA ad quadratum ex AZ ita ΔΓ ad ΓE, habebit quadratum ex BA ad quadratum ex AZ rationem eam quam numerus ΔΓ ad ΓE numerum: ergo [per 6. 10.] quadratum ex BA quadrato ex AZ est commensurabile. sed [per 8. def. 10.] rationale est quadratum ex AB: ergo [per 9. def. 10.] & quadratum ex AZ rationale erit; ac propterea [per 6. def. 10.] recta linea AZ est rationalis. & quoniam [per constr.] ΔΓ ad ΓE rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum, neque quadratum ex BA ad quadratum ex AZ rationem habebit quam quadratus numerus ad quadratum numerum: incommensurabilis igitur est [per 9. 10.] recta linea BA ipsi AZ longitudine: ergo [per 3. def. 10.] AB, AZ rationales sunt potentia solum commensurabiles. quod cum sit ut ΔΓ ad ΓE ita



Γ . . . . E . . . . Δ

Ἐκκείσθω γάρ τις ῥητὴ ἡ AB, καὶ δύο τετράγωνοι ἀριθμοὶ οἱ ΓΔ, ΔE, ὥστε τὴν ὑπεροχὴν αὐτῶν τὴν ΓE μὴ εἶναι τετράγωνον, καὶ γεγράφθω ἐπὶ τῆς AB ἡμικύκλιον τὸ AZB, καὶ πεποιήσθω ὡς ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓE οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς AB τετράγωνον πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς AZ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ZB.

Ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς BA πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς AZ οὕτως ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓE, τὸ ἀπὸ τῆς BA ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς AZ λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς ὁ ΔΓ πρὸς ἀριθμὸν τὸν ΓE· σύμμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς BA τῷ ἀπὸ τῆς AZ. ῥητὸν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς AB· ῥητὸν ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς AZ· ῥητὴ ἄρα καὶ ἡ AZ. καὶ ἐπεὶ ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓE λόγον οὐκ ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς BA ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς AZ λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ BA τῇ AZ μήκει· αἱ AB, AZ ἄρα ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓE οὕτως

οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΖΑ· ἀναστρέψαντι ἄρα ὡς ὁ ΓΔ πρὸς τὸν ΔΕ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΖ. ὁ δὲ ΓΔ πρὸς τὸν ΔΕ λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΖ λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· σύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΒΖ μήκει. καὶ ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ ἴσον τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΖ, ΖΒ· ἡ ΑΒ ἄρα τῆς ΑΖ μεῖζον δύναται τῇ ΒΖ συμμέτρῳ ἑαυτῇ μήκει.

Εὕρηνται ἄρα δύο ῥηταὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ ΒΑ, ΑΖ, ὥστε τὴν μείζονα τὴν ΒΑ τῆς ἐλάσσονος τῆς ΑΖ μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ τῆς ΖΒ συμμέτρῳ ἑαυτῇ μήκει. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

quadratum ex BA ad quadratum ex ZA, erit per conversionem rationis [per 19. 5. & 47. 1.] ut ΓΔ ad ΔE ita quadratum ex AB ad quadratum ex BZ. sed ΓΔ ad ΔE rationem habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum: ergo & quadratum ex AB ad quadratum ex BZ rationem habebit quam quadratus numerus ad quadratum numerum; & ob id recta linea AB [per 9. 10.] ipsi BZ longitudine est commensurabilis. atque est [per 47. 1.] quadratum ex AB æquale quadratis ex AZ, ZB: ergo AB plus potest quam AZ quadrato rectæ lineæ BZ sibi commensurabilis longitudine.

Inventæ igitur sunt duæ rationales potentia solum commensurabiles BA, AZ, ita ut major BA plus possit quam minor AZ quadrato ipsius ZB sibi longitudine commensurabilis. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λα'.

Εὑρεῖν δύο ῥητὰς δυνάμει μόνον συμμέτρους, ὥστε τὴν μείζονα τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

Ἐκκείσθω ῥητὴ ἡ ΑΒ, καὶ δύο τετράγωνοι οἱ ΓΕ, ΕΔ, ὥστε τὸν συγκείμενον ἐξ αὐτῶν τὸν ΓΔ μὴ εἶναι τετράγωνον, καὶ γεγράφθω ἐπὶ τῆς ΑΒ ἡμικύκλιον τὸ ΑΖΒ, καὶ πεποιήσθω ὡς ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓΕ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΒ· ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου, ὅτι αἱ ΑΒ, ΑΖ ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι. καὶ ἐπεὶ ἐστιν ὡς ὁ ΔΓ πρὸς τὸν ΓΕ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΖ· ἀναστρέψαντι ἄρα ὡς ὁ ΓΔ πρὸς τὸν ΔΕ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΖ. ὁ δὲ ΓΔ πρὸς τὸν ΔΕ λόγον οὐκ ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· οὐδ' ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΖ λόγον ἔχει ὃν τετράγωνος ἀριθμὸς πρὸς τετράγωνον ἀριθμόν· ἀσύμμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΒΖ μήκει. καὶ δύναται ἡ ΑΒ τῆς ΑΖ μεῖζον τῷ ἀπὸ τῆς ΒΖ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ· αἱ ΑΒ, ΒΖ ἄρα ῥηταί εἰσι δυνάμει μόνον σύμμετροι, καὶ ἡ ΑΒ τῆς ΑΖ μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ τῆς ΖΒ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ μήκει. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

PROP. XXXI. PROBL.

Invenire duas rationales potentia solum commensurabiles, ita ut major plus possit quam minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis.

Exponatur rationalis AB, & [per 2. lem. 30. 10.] duo numeri quadrati ΓE, EΔ, ita ut ΓΔ qui ex ipsis componitur non sit quadratus; atque super rectam lineam AB semicirculus AZB describatur, & fiat [per cor. 6. 10.] ut ΔΓ ad ΓE ita quadratum ex AB ad quadratum ex AZ, & jungatur ZB: similiter quidem ostendemus, ut in antecedente, AB, AZ rationales esse potentia solum commensurabiles. & quoniam est ut ΔΓ ad ΓE ita quadratum ex BA ad id quod ex AZ quadratum; erit per conversionem rationis ut ΓΔ ad ΔE ita quadratum ex AB ad quadratum ex BZ. sed [per constr.] ΓΔ ad ΔE rationem non habet quam quadratus numerus ad quadratum numerum: non igitur quadratum ex AB ad quadratum ex BZ rationem habebit quam quadratus numerus ad quadratum numerum: ergo [per 9. 5.] AB ipsi BZ longitudine est incommensurabilis. & AB plus potest quam AZ quadrato rectæ lineæ BZ sibi incommensurabilis longitudine: quare AB, BZ rationales sunt potentia solum commensurabiles, & AB plus potest quam AZ quadrato rectæ lineæ ZB sibi longitudine incommensurabilis. quod erat faciendum.



*ΛΗΜΜΑ.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι ἐν λόγῳ τινί, ἔσται ὡς ἡ εὐθεῖα πρὸς εὐθεῖαν οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν δύο πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης.

Ἔστωσαν δὴ δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΒΓ ἐν λόγῳ τινί· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ

LEMMA.

Si sint duæ rectæ lineæ in ratione aliqua, erit ut recta linea ad rectam lineam ita rectangulum sub duabus rectis lineis contentum ad quadratum minoris.

Sint duæ rectæ lineæ AB, BΓ in ratione aliqua: dico ut AB ad BΓ ita esse re-

* Lemma hoc non agnoscunt pleraque exemplaria.

ctangulum sub A B, B Γ ad quadratum ex B Γ. describatur enim ex B Γ quadratum B Δ E Γ, & compleatur A Δ parallelogrammum. manifestum est [per 1. 6.] ut A B ad B Γ ita esse A Δ parallelogrammum ad parallelogrammum B E. atque est A Δ quidem quod sub A B, B Γ continetur, est enim B Γ ipsi B Δ æqualis, B E vero est quadratum ex B Γ: ut igitur A B ad B Γ ita rectangulum sub A B, B Γ ad quadratum ex B Γ. quod erat demonstrandum.



ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ. ἀναγεγράφθω γὰρ ἀπὸ τῆς ΒΓ τετράγωνον τὸ ΒΔΕΓ, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΑΔ παραλληλόγραμμον. φανερὸν δὴ ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ ΑΔ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ ΒΕ παραλληλόγραμμον. καί ἐστι τὸ μὲν ΑΔ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ἴση γὰρ ἡ ΒΓ τῇ ΒΔ, τὸ δὲ ΒΕ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ· ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XXXII. Probl.

Invenire duas medias potentia solum commensurabiles, quæ rationale contineant; ita ut major plus possit quam minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis.

Exponantur enim [per 30. 10.] duæ rationales potentia solum commensurabiles A, B, ita ut A major plus possit quam B minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis. & sit rectangulo sub A, B æquale quadratum quod fit à recta linea Γ. medium autem est [per 22. 10.] quod sub A, B: ergo & quadratum ex Γ medium erit; ideoque ipsa Γ media. quadrato vero quod fit ex B æquale sit rectangulum sub Γ, Δ; rationale autem est quod ex B: ergo & rectangulum sub Γ, Δ est rationale. & quoniam est [per lem. præc.] ut A ad B ita rectangulum sub A, B ad quadratum ex B, sed [per constr.] rectangulo quidem sub A, B æquale est quadratum ex Γ, quadrato autem ex B æquale rectangulum sub Γ, Δ: erit ut A ad B ita quadratum ex Γ ad rectangulum sub Γ, Δ. sed [per lem. præc.] ut quadratum ex Γ ad rectangulum sub Γ, Δ ita recta linea Γ ad ipsam Δ: ut igitur A ad B ita Γ ad Δ. commensurabilis autem est A ipsi B potentia solum: ergo [per 10. 10.] & Γ ipsi Δ potentia solum est commensurabilis. atque est Γ media: media igitur [per 24. 10.] est & Δ. & quoniam est ut A ad B ita Γ ad Δ, & A plus potest quam B quadrato rectæ lineæ sibi commensurabilis longitudine; & Γ plus poterit quam Δ [per 15. 10.] quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis.



Inventæ igitur sunt duæ mediæ potentia solum commensurabiles Γ, Δ, quæ rationale continent, & Γ plus potest quam Δ quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis. quod erat faciendum.

Similiter autem ostendetur *inveniri posse duas medias potentia solum commensurabiles & continentes rationale, ita ut major plus possit quam minor* quadrato *rectæ lineæ* sibi incommensurabilis *longitudine*, quando A plus possit *quam* B quadrato rectæ lineæ sibi *longitudine* incommensurabilis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ'.

Εὑρεῖν δύο μέσας δυνάμει μόνον συμμέτρους, ῥητὸν περιεχούσας· ὥστε τὴν μείζονα τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει.

Ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο ῥηταὶ δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ Α, Β, ὥστε τὴν Α μείζονα οὖσαν τῆς ἐλάσσονος τῆς Β μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ μήκει. καὶ τῷ ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἔστω τὸ ἀπὸ τῆς Γ. μέσον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β· μέσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ· μέση ἄρα καὶ ἡ Γ. τῷ δὲ ἀπὸ τῆς Β ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ, ῥητὸν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Β· ῥητὸν ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ, τῷ δὲ ἀπὸ τῆς Β ἴσον τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ· ὡς ἄρα ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Γ, Δ οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· καὶ ὡς ἄρα ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ. σύμμετρος δὲ ἡ Α τῇ Β δυνάμει μόνον· σύμμετρος ἄρα καὶ ἡ Γ τῇ Δ δυνάμει μόνον. καὶ ἔστι μέση ἡ Γ· μέση ἄρα καὶ ἡ Δ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ, ἡ δὲ Α τῆς Β μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ· καὶ ἡ Γ ἄρα τῆς Δ μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ.

Εὕρηνται ἄρα δύο μέσαι δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ Γ, Δ ῥητὸν περιέχουσαι, καὶ ἡ Γ τῆς Δ μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῷ μήκει. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται καὶ τὸ ἀπὸ ἀσυμμέτρου, ὅταν ἡ Α μεῖζον δύνηται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ.

* LEMMA.

Si fuerint tres rectæ lineæ in ratione aliqua, erit ut prima ad tertiam ita rectangulum conten-

* ΛΗΜΜΑ.

Ἐὰν ὦσι τρεῖς εὐθεῖαι ἐν λόγῳ τινί, ἔσται ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην οὕτως τὸ ὑπὸ τῆς

* Lemma hoc non agnoscunt Codd. MSS.

πρώτης

πρώτης καὶ μέσης πρὸς τὸ ὑπὸ τῆς μέσης καὶ ἐλαχίστης.

Ἔστωσαν τρεῖς εὐθεῖαι ἐν λόγῳ τινί, αἱ ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΓΔ.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Α σημείου τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΕ, καὶ κείσθω τῇ ΒΓ ἴση ἡ ΑΕ, καὶ διὰ τοῦ Ε σημείου τῇ ΑΔ εὐθείᾳ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΗ, διὰ δὲ τῶν Β, Γ, Δ σημείων τῇ ΑΕ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΖΒ, ΘΓ, ΗΔ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως τὸ ΑΖ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ ΒΘ παραλληλόγραμμον, ὡς δὲ ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως τὸ ΒΘ πρὸς τὸ ΓΗ· δι' ἴσου ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως τὸ ΑΖ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ ΓΗ παραλληλόγραμμον. καί ἐστι τὸ μὲν ΑΖ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, ἴση γὰρ ἡ ΑΕ τῇ ΒΓ, τὸ δὲ ΓΗ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΓΔ, ἴση γὰρ ἡ ΒΓ τῇ ΓΘ.

Ἐὰν ἄρα τρεῖς ὦσιν εὐθεῖαι ἐν λόγῳ τινί, ἔσται ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην οὕτως τὸ ὑπὸ τῆς πρώτης καὶ μέσης πρὸς τὸ ὑπὸ τῆς μέσης καὶ τρίτης. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

tum sub prima & media ad id quod sub media & tertia continetur.

Sint tres rectæ lineæ in ratione aliqua ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ: dico ut ΑΒ ad ΓΔ ita esse rectangulum contentum sub ΑΒ, ΒΓ ad id quod sub ΒΓ, ΓΔ continetur.

Ducatur enim à puncto Α ipsi ΑΒ ad rectos angulos ΑΕ, ponaturque ΑΕ ipsi ΒΓ æqualis, & per Ε quidem ipsi ΑΔ parallela recta ducatur ΕΗ, per puncta vero Β,Γ,Δ ducantur ΖΒ, ΘΓ, ΗΔ parallelæ ipsi ΑΕ. quoniam igitur est [per 1. 6.] ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΑΖ parallelogrammum ad ΒΘ parallelogrammum, ut autem ΒΓ ad ΓΔ ita parallelogrammum ΒΘ ad ipsum ΓΗ: erit ex æquo ut ΑΒ ad ΓΔ ita ΑΖ parallelogrammum ad parallelogrammum ΓΗ. & est parallelogrammum quidem ΑΖ quod sub ΑΒ, ΒΓ continetur, namque ΑΕ est æqualis ΒΓ; parallelogrammum vero ΓΗ est quod continetur sub ΒΓ, ΓΔ, etenim ΒΓ est æqualis ΓΘ.



Si igitur fuerint tres rectæ lineæ in ratione aliqua, erit ut prima ad tertiam, ita rectangulum quod continetur sub prima & media ad rectangulum sub media & tertia contentum. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Εὑρεῖν δύο μέσας δυνάμει μόνον συμμέτρους, μέσον περιεχούσας· ὥστε τὴν μείζονα τῆς ἐλάττονος μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ.

Prop. XXXIII. Theor.

Invenire duas medias potentia solum commensurabiles, quæ medium contineant; ita ut major plus possit quam minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis.

Ἐκκείσθωσαν τρεῖς ῥηταὶ αἱ Α, Β, Γ δυνάμει μόνον σύμμετροι, ὥστε τὴν Α τῆς Γ μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ· καὶ τῷ μὲν ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἔστω τὸ ἀπὸ τῆς Δ, * μέσον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β· μέσον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Δ· καὶ ἡ Δ ἄρα μέση ἐστί. τῷ δὲ ὑπὸ τῶν Β, Γ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Β, Γ οὕτως ἡ Α πρὸς τὴν Γ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Δ, τῷ δὲ ὑπὸ τῶν Β, Γ ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Γ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Δ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε. ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Δ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε· καὶ ὡς ἄρα ἡ Α πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε. σύμμετρος δὲ ἡ Α τῇ Γ δυνάμει μόνον· σύμμετρος ἄρα καὶ ἡ Δ τῇ Ε δυνάμει μόνον. μέση δὲ ἡ Δ· μέση ἄρα καὶ ἡ Ε. καὶ



Exponantur [per 30.10.] tres rationales Α, Β, Γ potentia solum commensurabiles, ita ut Α plus possit quam Γ quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis, & [per 14. 2.] fit rectangulo sub ipsis Α, Β æquale quadratum quod fit ex Δ, medium autem est [per 22.10.] rectangulum sub Α, Β: ergo & quadratum ex Δ medium erit; ideoque recta linea Δ media. rectangulo autem sub Β,Γ æquale sit [per 45.1.] rectangulum sub Δ, Ε. quoniam igitur est [per 1. 6.] ut rectangulum sub Α, Β ad rectangulum sub Β, Γ ita recta linea Α ad ipsam Γ, sed rectangulo quidem sub Α, Β æquale est quod fit ex Δ quadratum, rectangulo autem sub Β, Γ æquale rectangulum sub Δ, Ε; erit ut Α ad Γ ita quadratum ex Δ ad rectangulum sub Δ, Ε. sed [per lem. 32. 10] ut quadratum ex Δ ad rectangulum sub Δ, Ε ita Δ ad Ε: & igitur ut Α ad Γ ita Δ ad Ε. commensurabilis autem est [per constr.] Α ipsi Γ potentia solum: ergo [per 10. 10.] & Δ ipsi Ε potentia solum est commensurabilis. atque est Δ media: media igitur [per 24. 10.] est & Ε. itaque

* Illa μέσον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Α, Β desiderantur in Codd. MSS.

quoniam est ut A ad Γ ita Δ ad E, & A plus potest quam Γ quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis; & Δ plus poterit quam E [per 15. 10.] quadrato rectæ lineæ sibi commensurabilis longitudine. dico præterea rectangulum sub Δ, E medium esse. quoniam enim rectangulo sub B, Γ æquale est [per constr.] rectangulum sub Δ,E; medium autem est quod sub B,Γ: ergo & quod sub Δ,E medium erit.



ἐπεὶ ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Γ οὕτως ἡ Δ πρὸς τὴν Ε, ἡ δὲ Α τῆς Γ μεῖζον δύναται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ· καὶ ἡ Δ ἄρα τῆς Ε μεῖζον δυνήσεται τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ. λέγω δὴ ὅτι καὶ μέσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε. ἐπεὶ γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν Β, Γ τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε, μέσον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν Β, Γ· μέσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Δ, Ε.

Inventæ igitur sunt duæ mediæ potentia solum commensurabiles Δ, E, quæ medium contineant; ita ut major plus possit quam minor quadrato rectæ lineæ sibi longitudine commensurabilis. quod erat faciendum.

Εὕρηνται ἄρα δύο μέσαι δυνάμει μόνον σύμμετροι αἱ Δ, Ε, μέσον περιέχουσαι· ὥστε τῆς ἐλάσσονος μεῖζον δύνασθαι τῷ ἀπὸ συμμέτρου ἑαυτῇ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Rursus similiter ostenditur *quomodo inveniuntur duæ mediæ potentia solum commensurabiles & medium continentes, ita ut major plus possit quam minor* quadrato rectæ lineæ sibi incommensurabilis *longitudine*; quando A scilicet plus possit quam Γ quadrato rectæ lineæ sibi longitudine incommensurabilis.

Ὁμοίως δὲ πάλιν δειχθήσεται καὶ τὸ ἀπὸ ἀσυμμέτρου, ὅταν ἡ Α τῆς Γ μεῖζον δύνηται τῷ ἀπὸ ἀσυμμέτρου ἑαυτῇ.

LEMMA I.

Sit triangulum rectangulum ABΓ, rectum habens angulum BAΓ, & ducatur AΔ perpendicularis: dico rectangulum quidem sub ΓB, BΔ æquale esse quadrato quod fit ex BA, quod vero sub BΓ, ΓΔ æquale quadrato ex ΓA, & quod sub BΔ, ΔΓ æquale quadrato ΔA, & denique rectangulum sub BΓ, AΔ rectangulo sub BA, AΓ æquale esse. & primum quod rectangulum sub ΓB, BΔ æquale est quadrato ex BA.

Quoniam enim in triangulo rectangulo ab angulo recto ad basim perpendicularis ducta est AΔ, triangula ABΔ, AΔΓ [per 8. 6.] similia sunt & toti triangulo ABΓ & inter sese. & quoniam simile est ABΓ triangulum triangulo ABΔ, [per 1. def. 6.] erit ut ΓB ad BA ita BA ad BΔ: ergo [per 17.6.] rectangulum sub ΓB, BΔ quadrato ex AB est æquale. eadem ratione & rectangulum sub BΓ, ΓΔ æquale est quadrato ex AΓ.



& quoniam si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad basim perpendicularis ducatur, [per cor. 8. 6.] ducta inter segmenta basis media proportionalis est, erit ut BΔ ad ΔA ita AΔ ad ΔΓ; ac propterea rectangulum sub BΔ, ΔΓ est æquale quadrato ex AΔ. dico & rectangulum sub BΓ, AΔ ei quod sub BA, AΓ continetur æquale esse. quoniam enim, ut diximus, triangulum ABΓ triangulo ABΔ est simile, ut BΓ ad ΓA ita erit BA ad ΔA. si autem quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint, [per 16. 6.] rectangulum sub extremis est æquale ei quod sub mediis: ergo rectangulum sub BΓ, AΔ rectangulo sub BA, AΓ æquale erit. dico præterea si describamus parallelogrammum re-

ΛΗΜΜΑ α'.

Ἔστω τρίγωνον ὀρθογώνιον τὸ ΑΒΓ, ὀρθὴν ἔχον τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν, καὶ ἤχθω κάθετος ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΒΑ, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΓΔ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΓΑ, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΑΔ, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ΒΓ, ΑΔ ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ. καὶ πρῶτον ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΒΑ.

Exponatur enim rationalis Θ, & [per 45. 1.] quadrato ex Θ æquale ad ipsam ΓΔ applicetur, latitudinem faciens KΛ; apotome igitur [per 113.10.] est KΛ, cujus nomina KM, MΛ commensurabilia sint nominibus ejus quæ est ex binis nominibus sc. ΓE, EΔ, & in eadem ratione. sed [ex hyp.] ΓE, EΔ commensurabiles sunt ipsis AZ, ZB, atque in eadem ratione: est igitur [per 11. 5.] ut AZ ad ZB ita KM ad MΛ: & permutando ut AZ ad KM ita ZB ad MΛ: quare [per 19. 5.] & reliqua AB ad reliquam KΛ est ut AZ ad KM. commensurabilis autem est AZ ipsi KM: ergo [per 10.10.] & AB ipsi KΛ est commensurabilis. estq; [per 1.6.] ut AB ad KΛ ita rectangulum contentum sub ΓΔ, AB ad id quod continetur sub ΓΔ, KΛ: commensurabile igitur est rectangulum contentum sub ΓΔ, AB rectangulo quod sub ΓΔ, KΛ continetur. sed [per constr.] rectangulum contentum sub ΓΔ, KΛ est æquale quadrato ex Θ: ergo rectangulum quod continetur sub ΓΔ, AB quadrato ex Θ est commensurabile. rectangulum autem quod continetur sub ΓΔ, AB [ex hyp.] est æquale quadrato ex H: ergo quadratum ex H commensurabile est quadrato ex Θ. atqui est quadratum ex Θ rationale: rationale igitur est quadratum ex H; & idcirco ipsa H est rationalis, & potest quod sub ΓΔ, AB continetur.

Si igitur spatium contineatur sub apotoma & ea quæ ex binis nominibus, cujus nomina commensurabilia sunt nominibus apotomæ, & in eadem ratione; recta linea spatium potens est rationalis. quod erat demonstrandum.

Corol-

Corollarium.

Ex iis manifesto constat fieri posse, ut spatium rationale sub irrationalibus rectis lineis contineatur.

Πόρισμα.

Καὶ γέγονεν ἡμῖν καὶ διὰ τούτων φανερὸν, ὅτι δυνατόν ἐστι ῥητὸν χωρίον ὑπὸ ἀλόγων εὐθειῶν περιέχεσθαι.

Prop. CXVI. Theor.

A media infinitæ irrationales fiunt, & nulla alicui antecedentium est eadem.

SIT media A: dico ex ipsa A infinitas irrationales fieri, & nullam alicui antecedentium eandem esse.

Exponatur rationalis B, & rectangulo contento sub A, B æquale sit quadratum ex Γ: irrationalis igitur [per 11.def.10.] est ipsa Γ: nam [per sch.39.10.] quod sub irrationali & rationali continetur irrationale est. & est eadem nulli earum quæ prius [in hoc lib.]; non enim [per 61, 62, 63, 64, 65, 66, & 98, 99, 100, 101, 102, 103. lib. 10.] quadratum alicujus antecedentium ad rationalem applicatum latitudinem efficit mediam. rursus, rectangulo quod sub B, Γ continetur æquale sit quadratum ex Δ: irrationale igitur [per schol. 39.10.] est quod fit ex Δ: & idcirco ipsa Δ est irrationalis, & nulli antecedentium eadem: neque enim quadratum alicujus earum quæ prius sunt ad rationalem applicatum latitudinem efficit ipsam Γ. similiter & eodem ordine infinite protracto, manifestum est à media infinitas irrationales fieri, & nullam alicui antecedentium eandem esse. quod erat demonstrandum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ριϛ´.

Ἀπὸ μέσης ἄπειροι ἄλογοι γίνονται, καὶ οὐδεμία οὐδεμιᾷ τῶν πρότερον ἡ αὐτή.

Ἔστω μέση ἡ Α· λέγω ὅτι ἀπὸ τῆς Α ἄπειροι ἄλογοι γίνονται, καὶ οὐδεμία οὐδεμιᾷ τῶν πρότερόν ἐστιν ἡ αὐτή.

Ἐκκείσθω ῥητὴ ἡ Β, καὶ τῷ ὑπὸ τῶν Α, Β ἴσον ἔστω τὸ ἀπὸ τῆς Γ· ἄλογος ἄρα ἐστὶν ἡ Γ· τὸ γὰρ ὑπὸ ἀλόγου καὶ ῥητῆς ἄλογόν ἐστι. καὶ οὐδεμιᾷ τῶν πρότερόν ἐστιν ἡ αὐτή· τὸ γὰρ ἀπὸ οὐδεμιᾶς τῶν πρότερον παρὰ ῥητὴν παραβαλλόμενον πλάτος ποιεῖ μέσην. πάλιν δὴ, τῷ ὑπὸ τῶν Β, Γ ἴσον ἔστω τὸ ἀπὸ τῆς Δ· ἄλογον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Δ· ἄλογος ἄρα ἐστὶν ἡ Δ, καὶ οὐδεμιᾷ τῶν πρότερόν ἐστιν ἡ αὐτή· τὸ γὰρ ἀπ' οὐδεμιᾶς τῶν πρότερον παρὰ ῥητὴν παραβαλλόμενον πλάτος ποιεῖ τὴν Γ. ὁμοίως δὴ τῆς τοιαύτης τάξεως ἐπ' ἄπειρον προβαινούσης, φανερὸν ὅτι ἀπὸ τῆς μέσης ἄπειροι ἄλογοι γίνονται, καὶ οὐδεμία οὐδεμιᾷ τῶν πρότερον ἡ αὐτή. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

*Aliter.

Sit media AΓ: dico ex ipsa AΓ infinitas irrationales fieri, & nullam alicui priorum eandem esse.

Ducatur ipsi AΓ ad rectos angulos AB, sitque AB rationalis, & BΓ compleatur: irrationale igitur est BΓ, & ipsum potens est irrationalis. possit autem ipsum recta linea ΓΔ; ergo ΓΔ irrationalis est, & nulli priorum eadem; non enim quadratum alicujus priorum ad rationalem applicatum latitudinem efficit mediam. rursus, compleatur EΔ, erit EΔ irrationale; & recta linea ipsum potens irrationalis. possit ipsum recta linea ΔZ: ergo ΔZ irrationalis est, & nulli priorum eadem; nullius enim priorum quadratum ad rationalem applicatum latitudinem efficit ipsam ΓΔ.

Ergo à media infinitæ irrationales fiunt, & nulla alicui priorum est eadem.



*ΑΛΛΩΣ.

Ἔστω μέση ἡ ΑΓ· λέγω ὅτι ἀπὸ τῆς ΑΓ ἄπειροι ἄλογοι γίνονται, καὶ οὐδεμία οὐδεμιᾷ πρότερον ἐστιν ἡ αὐτή.

Ἤχθω τῇ ΑΓ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΒ, καὶ ἔστω ῥητὴ ἡ ΑΒ, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΒΓ· ἄλογον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΓ, καὶ ἡ δυναμένη αὐτὸ ἄλογός ἐστι. δυνάσθω αὐτὸ ἡ ΓΔ· ἄλογος ἄρα ἡ ΓΔ, καὶ οὐδεμιᾷ τῶν πρότερον ἡ αὐτή· τὸ γὰρ ἀπ' οὐδεμιᾶς τῶν πρότερον παρὰ ῥητὴν παραβαλλόμενον πλάτος ποιεῖ μέσην. πάλιν, συμπεπληρώσθω τὸ ΕΔ· ἄλογον ἄρα τὸ ΕΔ, καὶ ἡ δυναμένη αὐτὸ ἄλογός ἐστι. δυνάσθω αὐτὸ ἡ ΔΖ· ἄλογος ἄρα ἡ ΔΖ, καὶ οὐδεμιᾷ τῶν πρότερον ἡ αὐτή· τὸ γὰρ ἀπ' οὐδεμιᾶς τῶν πρότερον παρὰ ῥητὴν παραβαλλόμενον πλάτος ποιεῖ τὴν ΓΔ.

Ἀπὸ τῆς μέσης ἄρα ἄπειροι ἄλογοι γίνονται, καὶ οὐδεμία οὐδεμιᾷ τῶν πρότερον ἡ αὐτή.

* Demonstratio hæc, quæ pro alia habetur tam in *Codd. MSS.* quam in *Editis*, parum differt à præcedente. Illam tamen cum *Commandino* retinuimus; duas licet propositiones, quæ sequuntur in *Græcis Exemplaribus*, plane ejiciendas censuimus; utpote easdem cum propp. 106 & 107.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ριζ'.

Προκείσθω ἡμῖν δεῖξαι, ὅτι ἐπὶ τῶν τετραγώνων σχημάτων ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ διάμετρος τῇ πλευρᾷ μήκει.

Ἔστω τετράγωνον τὸ ΑΒΓΔ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΑΓ· λέγω ὅτι ἡ ΑΓ ἀσύμμετρός ἐστι τῇ ΑΒ μήκει.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω σύμμετρος· λέγω ὅτι συμβήσεται τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἄρτιον εἶναι καὶ περιττόν· φανερὸν μὲν οὖν ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΒ. καὶ ἐπεὶ σύμμετρός ἐστιν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ, ἡ ΑΓ ἄρα πρὸς τὴν ΑΒ λόγον ἔχει ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. ἐχέτω ὃν ὁ ΕΖ πρὸς τὸν Η, καὶ ἔστωσαν οἱ ΕΖ, Η ἐλάχιστοι τῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἐχόντων αὐτοῖς· οὐκ ἄρα μονάς ἐστιν ὁ ΕΖ. εἰ γὰρ ἔσται μονὰς ὁ ΕΖ, καὶ ἔχει λόγον πρὸς τὸν Η ὃν ἔχει ἡ ΑΓ πρὸς τὴν ΑΒ, καὶ μείζων ἡ ΑΓ τῆς ΑΒ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΕΖ μονὰς τοῦ Η ἀριθμοῦ, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα μονὰς ὁ ΕΖ· ἀριθμὸς ἄρα. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΑΓ πρὸς τὴν ΑΒ οὕτως ὁ ΕΖ πρὸς τὸν Η, καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Η. διπλάσιον δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΒ· διπλασίων ἄρα καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ τοῦ ἀπὸ τοῦ Η· ἄρτιος ἄρα ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ· ὥστε καὶ αὐτὸς ὁ ΕΖ ἄρτιός ἐστιν. εἰ γὰρ ἦν περισσὸς, καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ τετράγωνος περισσὸς ἂν ἦν, ἐπειδήπερ ἐὰν περισσοὶ ἀριθμοὶ ὁποσοιοῦν συντεθῶσιν, τὸ δὲ πλῆθος αὐτῶν περισσὸν ᾖ, ὅλος περισσός ἐστι· ὁ ΕΖ ἄρα ἄρτιός ἐστι. τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Θ. καὶ ἐπεὶ οἱ ΕΖ, Η ἀριθμοὶ ἐλάχιστοί εἰσι τῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἐχόντων αὐτοῖς, πρῶτοι πρὸς ἀλλήλους εἰσί. καὶ ἔστιν ὁ ΕΖ ἄρτιος· περισσὸς ἄρα ἐστὶν ὁ Η. εἰ γὰρ ἦν ἄρτιος, τοὺς ΕΖ, Η δυὰς ἂν ἐμέτρει, πᾶς γὰρ ἄρτιος ἔχει μέρος ἥμισυ, πρώτους ὄντας πρὸς ἀλλήλους, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἄρτιός ἐστιν ὁ Η· περισσὸς ἄρα. καὶ ἐπεὶ διπλασίων ἐστὶν ὁ ΕΖ τοῦ ΕΘ, τετραπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΘ· διπλάσιος ἄρα ὁ ἀπὸ τοῦ Η τοῦ ἀπὸ τοῦ ΕΘ· ἄρτιος ἄρα ἐστὶν ὁ ἀπὸ τοῦ Η· ἄρτιος ἄρα διὰ τὰ εἰρημένα ὁ Η. ἀλλὰ καὶ περισσὸς, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα σύμμετρός ἐστιν ἡ ΑΓ τῇ ΑΒ μήκει· ἀσύμμετρος ἄρα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



ΑΛΛΩΣ.

Δεικτέον δὴ καὶ ἑτέρως, ὅτι ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ τοῦ τετραγώνου διάμετρος τῇ πλευρᾷ.

Ἔστω γὰρ ἀντὶ μὲν τῆς διαμέτρου ἡ Α, ἀντὶ δὲ τῆς πλευρᾶς ἡ Β· λέγω ὅτι ἀσύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Β μήκει. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω σύμμετρος, καὶ γεγονέτω πάλιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ὁ ΕΖ ἀριθμὸς πρὸς τὸν Η, καὶ ἔστωσαν ἐλάχιστοι τῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἐχόντων αὐτοῖς· οἱ ΕΖ, Η ἄρα πρῶ-

Prop. XCVII. Theor.

Propositum sit nobis ostendere in quadratis figuris diametrum lateri incommensurabilem esse longitudine.

Sit quadratum ΑΒΓΔ, cujus diameter ΑΓ: dico ΑΓ ipsi ΑΒ longitudine incommensurabilem esse.

Si enim fieri potest, sit commensurabilis: dico ex hoc sequi eundem numerum parem esse & imparem: itaque manifestum est [per 47.1.] quadratum ex ΑΓ duplum esse quadrati ex ΑΒ. & quoniam ΑΓ commensurabilis est ipsi ΑΒ, habebit ΑΓ ad ΑΒ rationem eam, quam habet numerus ad numerum. habeat quam ΕΖ ad Η: sintque ΕΖ, Η numeri minimi eandem cum ipsis rationem habentium: non igitur unitas est ΕΖ. si enim est unitas, & habet ad Η rationem eam quam ΑΓ ad ΑΒ, estque ΑΓ major quam ΑΒ; & ΕΖ unitas quam Η numerus major erit, quod est absurdum: ergo ΕΖ non est unitas; quare numerus sit necesse est. & quoniam ut ΑΓ ad ΑΒ ita est ΕΖ ad Η, erit & ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΑΒ ita quadratus ex ΕΖ ad eum qui fit ex Η quadratum. duplum autem est quadratum ex ΑΓ quadrati ex ΑΒ: ergo & quadratus ex ΕΖ quadrati ex Η est duplus: ac propterea quadratus ex ΕΖ par est, & ipse ΕΖ par. si enim esset impar, & qui fit ab ipso quadratus impar esset, quoniam [per 23.9.] si impares numeri quotcunque componantur, multitudo autem ipsorum sit impar; & totus impar erit: ergo ΕΖ est par. secetur bifariam in Θ. & quoniam numeri ΕΖ, Η minimi sunt eandem cum ipsis rationem habentium, inter se primi sunt. & est ΕΖ par: impar igitur est Η. si enim esset par, binarius metiretur numeros ΕΖ, Η, (omnis enim par dimidiam partem habet) primos inter se existentes, quod fieri non potest: non igitur Η est par, ergo impar. & quoniam ΕΖ duplus est ipsius ΕΘ, erit [per 11.8.] quadratus ex ΕΖ quadrati ex ΕΘ quadruplus. est autem quadratus ex ΕΖ duplus quadrati ex Η: duplus igitur est quadratus ex Η quadrati ex ΕΘ; ergo qui fit ex Η quadratus est par: ideoque ex jam dictis [ad 29.9.] ipse Η est par. sed & impar, quod fieri non potest: non igitur ΑΓ commensurabilis est ipsi ΑΒ longitudine: ergo est incommensurabilis. quod erat demonstrandum.

Aliter.

Sed & aliter ostendendum est incommensurabilem esse quadrati diametrum ipsius lateri.

Sit enim pro diametro quidem Α, pro latere autem Β: dico Α ipsi Β longitudine incommensurabilem esse. si enim fieri potest, sit commensurabilis; & rursus, fiat ut Α ad Β ita ΕΖ numerus ad ipsum Η; sintque minimi eorum qui eandem habent rationem: ergo [per 24.7.] ΕΖ, H primi inter se sunt. dico primum H non esse unitatem. si enim fieri potest, sit H unitas. & quoniam est ut A ad B ita EZ ad H, erit & ut quadratum ex A ad quadratum ex B ita quadratus ex EZ ad eum qui fit ex H quadratum. duplum autem est quadratum ex A quadrati ex B: ergo & quadratus ex EZ quadrati ex H est duplus. atque est H unitas: binarius igitur est quadratus ex EZ, quod fieri non potest: ergo H non est unitas; igitur est numerus. & quoniam est ut quadratum ex A ad quadratum ex B ita quadratus ex EZ ad quadratum ex H, & invertendo ut quadratum ex B ad quadratum ex A ita quadratus ex H ad quadratum ex EZ. sed quadratum ex B metitur quadratum ex A: ergo & qui fit ex H quadratus metitur eum qui fit ex EZ; & propterea [per 14.8.] latus H ipsum EZ latus metitur. metitur autem & seipsum: ergo H numeros EZ, H metitur, primos inter se existentes, quod fieri non potest: non igitur A ipsi B longitudine est commensurabilis: ergo est incommensurabilis. quod erat demonstrandum.



τοι πρὸς ἀλλήλους εἰσί. λέγω πρῶτον ὅτι ὁ Η οὐκ ἔστι μονάς. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω μονάς. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως ὁ ΕΖ πρὸς τὸν Η· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Η. διπλάσιον δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Α τοῦ ἀπὸ τῆς Β· διπλάσιος ἄρα καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ τοῦ ἀπὸ τοῦ Η. καί ἐστι μονὰς ὁ Η· δυὰς ἄρα ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ τετράγωνος, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα μονάς ἐστιν ὁ Η· ἀριθμὸς ἄρα. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ ΕΖ πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ Η, καὶ ἀνάπαλιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Β πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Α οὕτως ὁ ἀπὸ τοῦ Η πρὸς τὸν ἀπὸ τοῦ ΕΖ. μετρεῖ δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Β τὸ ἀπὸ τῆς Α· μετρεῖ ἄρα καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Η τετράγωνος τὸν ἀπὸ τοῦ ΕΖ· ὥστε καὶ ἡ πλευρὰ αὐτοῦ ὁ Η τὸν ΕΖ μετρεῖ. μετρεῖ δὲ καὶ ἑαυτὸν ὁ Η· ὁ Η ἄρα τοὺς ΕΖ, Η μετρεῖ, πρώτους ὄντας ἀλλήλους, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα σύμμετρός ἐστιν ἡ Α τῇ Β μήκει· ἀσύμμετρος ἄρα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

SCHOLIUM.

*Itaque inventis longitudine incommensurabilibus rectis lineis, ut A, B, invenientur & aliæ quamplurimæ magnitudines ex duabus dimensionibus, nimirum superficies incommensurabiles inter sese. si enim [per 13.6.] inter ipsas A, B mediam proportionalem sumamus rectam lineam Γ, erit [per 20.6.] ut A ad B ita figura quæ fit ex A ad eam quæ ex Γ similem & similiter descriptam, sive quadrata, sive alia rectilinea similia, sive circuli qui circa diametros A Γ describantur; quandoquidem circuli [per 2.12.] inter se sunt ut diametrorum quadrata: inventa sunt igitur spatia plana inter se incommensurabilia. quod erat demonstrandum.



Ostensis autem figuris diversis incommensurabilibus duarum dimensionum, ostendemus ex solidorum contemplatione dari etiam solida commensurabilia & incommensurabilia inter sese. nam si super quadrata ex A, B, vel rectilinea quæ ipsis æqualia sint, solida æque alta constituamus, sive pyramides sive prismata, erunt [per 32.11.& 5. vel 6.12.] ea inter se uti bases. & si quidem bases commensurabiles sint, [per 10.10.] erunt solida commensurabilia: si vero incommensurabiles, & ipsa incommensurabilia erunt. quod erat demonstrandum.

Sed & duobus circulis existentibus A, B, si super ipsos conos æque altos sive cylindros constituamus, erunt hi [per 11.12.] inter se uti ipsorum bases, hoc est ut A, B circuli. & si quidem circuli commensurabiles sint, [per 10.10.] commensurabiles erunt & coni inter sese & cylindri: si vero incommensurabiles, & coni & cylindri incommensurabiles erunt. ex quibus perspicuum est non solum in lineis & superficiebus esse commensurabilitatem & incommensurabilitatem, sed & in solidis figuris.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

*Εὑρημένων δὴ τῶν μήκει ἀσυμμέτρων εὐθειῶν, ὡς τῶν Α, Β, εὑρίσκεται καὶ ἄλλα πλεῖστα μεγέθη ἐκ δύο διαστάσεων, λέγω δὴ ἐπίπεδα ἀσύμμετρα ἀλλήλοις. ἐὰν γὰρ τῶν Α, Β μέσην ἀνάλογον λάβωμεν τὴν Γ, ἔσται ὡς ἡ Α πρὸς τὴν Β οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς Α εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Γ, τὸ ὅμοιον καὶ ὁμοίως ἀναγραφόμενον, εἴτε τετράγωνα εἴη τὰ ἀναγεγραμμένα, εἴτε ἕτερα εὐθύγραμμα ὅμοια, εἴτε κύκλοι περὶ διαμέτρους τὰς Α, Γ, ἐπείπερ οἱ κύκλοι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν ὡς τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων τετράγωνα· εὕρηνται ἄρα ἐπίπεδα χωρία ἀσύμμετρα ἀλλήλοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Δεδειγμένων δὴ καὶ τῶν ἐκ δύο διαστάσεων διαφόρων χωρίων ἀσυμμέτρων, δείξομεν ἀπὸ τῆς τῶν στερεῶν θεωρίας, ὡς ἔστι καὶ στερεὰ σύμμετρά τε καὶ ἀσύμμετρα ἀλλήλοις. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν Α, Β τετραγώνων, ἢ τῶν ἴσων αὐτοῖς εὐθυγράμμων, ἀναστήσωμεν ἰσοϋψῆ στερεὰ, παραλληλεπίπεδα, ἢ πυραμίδας, ἢ πρίσματα, ἔσται τὰ ἀνασταθέντα πρὸς ἄλληλα ὡς αἱ βάσεις. καὶ εἰ μὲν σύμμετροί εἰσιν αἱ βάσεις, σύμμετρα ἔσται τὰ στερεά· εἰ δὲ ἀσύμμετροι, ἀσύμμετρα. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ἀλλὰ μὴν καὶ δύο κύκλων ὄντων τῶν Α, Β, ἐὰν ἀπ' αὐτῶν ἰσοϋψεῖς κώνους, ἢ κυλίνδρους ἀναγράψωμεν, ἔσονται πρὸς ἀλλήλους ὡς αἱ βάσεις, τουτέστιν ὡς οἱ Α, Β κύκλοι. καὶ εἰ μὲν σύμμετροί εἰσιν οἱ κύκλοι, σύμμετροι ἔσονται οἵ τε κῶνοι ἀλλήλοις καὶ οἱ κύλινδροι· εἰ δὲ ἀσύμμετροί εἰσιν οἱ κύκλοι, ἀσύμμετροι ἔσονται καὶ οἱ κῶνοι καὶ οἱ κύλινδροι. καὶ φανερὸν ἡμῖν γέγονεν ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ γραμμῶν ἐστι συμμετρία καὶ ἀσυμμετρία, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν στερεῶν σχημάτων.

* Sequentia videntur non esse *Euclidis*. Saltem loco non suo posita sunt; quippe ex sequentibus pendentia.

ET-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ,

Καὶ Στερεῶν πρῶτον.

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBER UNDECIMUS,

Et Solidorum primus.

ΟΡΟΙ.

α'. ΣΤΕΡΕΟΝ ἐστι, τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ἔχον.

β'. Στερεοῦ δὲ πέρας, ἐπιφάνεια.

γ'. Εὐθεῖα πρὸς ἐπίπεδον ὀρθή ἐστιν, ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, ὀρθὰς ποιῇ γωνίας.

δ'. Ἐπίπεδον πρὸς ἐπίπεδον ὀρθόν ἐστιν, ὅταν αἱ τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων πρὸς ὀρθὰς ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐν ἑνὶ τῶν ἐπιπέδων τῷ λοιπῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὦσιν.

ε'. Εὐθείας πρὸς ἐπίπεδον κλίσις ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τοῦ μετεώρου πέρατος τῆς εὐθείας ἐπὶ τὸ ἐπίπεδον κάθετος ἀχθῇ, καὶ ἀπὸ τοῦ γενομένου σημείου καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ πέρατος τῆς εὐθείας εὐθεῖα ἐπιζευχθῇ, ἡ περιεχομένη ὀξεῖα γωνία ὑπὸ τῆς ἀχθείσης καὶ τῆς ἐφεστώσης.

ϛ'. Ἐπιπέδου πρὸς ἐπίπεδον κλίσις ἐστὶν, ἡ περιεχομένη ὀξεῖα γωνία ὑπὸ τῶν πρὸς ὀρθὰς τῇ κοινῇ τομῇ ἀγομένων πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων.

ζ'. Ἐπίπεδον πρὸς ἐπίπεδον ὁμοίως κε-

DEFINITIONES.

1. SOLIDUM est, quod longitudinem & latitudinem & crassitudinem habet.

2. Solidi autem terminus est superficies.

3. Recta linea ad planum recta est, quando ad rectas omnes lineas, quæ ipsam contingunt & in subjecto plano jacent, rectos angulos efficiat.

4. Planum ad planum rectum est, quando rectæ lineæ, quæ communi planorum sectioni ad rectos angulos & in uno plano ducuntur, alteri plano ad angulos rectos fuerint.

5. Rectæ lineæ ad planum inclinatio est, quando à sublimi termino rectæ illius lineæ ad planum acta perpendiculari, à puncto facto ad terminum lineæ, qui est in plano, recta linea juncta fuerit, angulus nempe acutus qui juncta linea & insistente continetur.

6. Plani ad planum inclinatio est angulus acutus rectis lineis contentus, quæ ad rectos angulos communi planorum sectioni ad unum ipsius punctum in utroque planorum ducuntur.

7. Planum ad planum similiter incli-

nari dicitur, atque alterum ad alterum, quando dicti inclinationum anguli inter se fuerint æquales.

8. Plana parallela sunt, quæ inter se non conveniunt.

9. Similes figuræ solidæ sunt, quæ similibus planis ac multitudine æqualibus continentur.

10. Æquales vero & similes figuræ solidæ sunt, quæ similibus planis multitudine simul & magnitudine æqualibus continentur.

11. Solidus angulus est plurium, quam duarum linearum, quæ sese contingant & non in eadem sint superficie, ad omnes lineas inclinatio. ALITER. Solidus angulus est, qui pluribus quam duobus planis angulis in eodem non jacentibus plano atque ad unum punctum constitutis comprehenditur.

12. Pyramis est figura solida planis comprehensa, quæ ab uno plano ad unum punctum constituitur.

13. Prisma est figura solida planis comprehensa, quorum adversa duo æqualia & similia parallela sunt; reliqua vero parallelogramma.

14. Sphæra est figura quidem comprehensa, cum circa manentem diametrum semicirculus convertitur, donec in eundem locum, à quo moveri cœperat, rursus restituatur.

15. Axis vero sphæræ est manens illa recta linea, circa quam semicirculus convertitur.

16. Centrum autem sphæræ est idem illud quod & semicirculi.

17. Diameter vero sphæræ est recta linea quædam per centrum ducta, & ex utraque parte à sphæræ superficie terminata.

18. Conus est figura quidem comprehensa, cum rectanguli trianguli manente uno latere eorum, quæ circa rectum angulum sunt, triangulum ipsum convertitur, donec in eundem locum, à quo moveri cœperat, rursus restituatur. Verum si manens recta linea æqualis fuerit reliquo lateri, quod circa rectum angulum convertitur, conus orthogonius erit: si vero minor, amblygonius: & si major, oxygonius.

19. Axis autem coni est manens illa recta linea circa quam triangulum convertitur.

κλίνεσθαι λέγεται, καὶ ἕτερον πρὸς ἕτερον, ὅταν αἱ εἰρημέναι τῶν κλίσεων γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι.

η΄. Παράλληλα ἐπίπεδά ἐστι τὰ ἀσύμπτωτα.

θ΄. Ὅμοια στερεὰ σχήματά ἐστι τὰ ὑπὸ ὁμοίων ἐπιπέδων περιεχόμενα ἴσων τὸ πλῆθος.

ι΄. Ἴσα δὲ καὶ ὅμοια στερεὰ σχήματά ἐστι τὰ ὑπὸ ὁμοίων ἐπιπέδων περιεχόμενα ἴσων τῷ πλήθει καὶ τῷ μεγέθει.

ια΄. Στερεὰ γωνία ἐστὶν ἡ ὑπὸ πλειόνων ἢ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ οὐσῶν πρὸς πάσαις ταῖς γραμμαῖς κλίσις. ΑΛΛΩΣ. Στερεὰ γωνία ἐστὶν ἡ ὑπὸ πλειόνων ἢ δύο ἐπιπέδων γωνιῶν περιεχομένη, μὴ οὐσῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, πρὸς ἑνὶ σημείῳ συνισταμένων.

ιβ΄. Πυραμίς ἐστι σχῆμα στερεὸν ἐπιπέδοις περιεχόμενον, ἀπὸ ἑνὸς ἐπιπέδου πρὸς ἑνὶ σημείῳ συνεστώς.

ιγ΄. Πρίσμα ἐστὶ σχῆμα στερεὸν ἐπιπέδοις περιεχόμενον, ὧν δύο τὰ ἀπεναντίον ἴσα τε καὶ ὅμοιά ἐστι παράλληλα, τὰ δὲ λοιπὰ παραλληλόγραμμα.

ιδ΄. Σφαῖρά ἐστιν, ὅταν ἡμικυκλίου μενούσης τῆς διαμέτρου, περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὸ περιληφθὲν σχῆμα.

ιε΄. Ἄξων δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν ἡ μένουσα εὐθεῖα περὶ ἣν τὸ ἡμικύκλιον στρέφεται.

ις΄. Κέντρον δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶ τὸ αὐτὸ ὃ καὶ τοῦ ἡμικυκλίου.

ιζ΄. Διάμετρος δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

ιη΄. Κῶνός ἐστιν, ὅταν ὀρθογωνίου τριγώνου μενούσης μιᾶς πλευρᾶς τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν γωνίαν, περιενεχθὲν τὸ τρίγωνον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὸ περιληφθὲν σχῆμα. κἂν μὲν ἡ μένουσα εὐθεῖα ἴση ᾖ τῇ λοιπῇ τῇ περὶ τὴν ὀρθὴν περιφερομένῃ, ὀρθογώνιος ἔσται κῶνος· ἐὰν δὲ ἐλάττων, ἀμβλυγώνιος· ἐὰν δὲ μείζων, ὀξυγώνιος.

ιθ΄. Ἄξων δὲ τοῦ κώνου ἐστὶν ἡ μένουσα περὶ ἣν τὸ τρίγωνον στρέφεται.

κ'. Βάσις δὲ, ὁ κύκλος ὁ ὑπὸ τῆς περιφερομένης εὐθείας γραφόμενος.

20. Basis vero, circulus à conversa recta linea descriptus.

κα'. Κύλινδρος δὲ, ὅταν ὀρθογωνίου παραλληλογράμμου μενούσης μιᾶς πλευρᾶς τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν, περιενεχθὲν τὸ παραλληλόγραμμον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὸ περιληφθὲν σχῆμα.

21. Cylindrus est figura comprehensa, quando rectanguli parallelogrammi manente uno latere eorum quæ circa rectum angulum sunt, parallelogrammum ipsum convertitur, donec in eundem locum, à quo moveri cœperat, rursus restituatur.

κβ'. Ἄξων δὲ τοῦ κυλίνδρου ἐστὶν ἡ μένουσα εὐθεῖα περὶ ἣν τὸ παραλληλόγραμμον στρέφεται.

22. Axis vero cylindri est manens illa recta linea, circa quam parallelogrammum convertitur.

κγ'. Βάσεις δὲ, οἱ κύκλοι οἱ ὑπὸ τῶν ἀπεναντίον περιαγομένων δύο πλευρῶν γραφόμενοι.

23. Bases autem sunt circuli, qui à duobus ex adverso circumactis lateribus describuntur.

κδ'. Ὅμοιοι κῶνοι καὶ κύλινδροί εἰσιν, ὧν οἵ τε ἄξονες καὶ αἱ διάμετροι τῶν βάσεων ἀνάλογόν εἰσιν.

24. Similes coni & cylindri sunt, quorum & axes & basium diametri proportionales sunt.

κε'. Κύβος ἐστὶ σχῆμα στερεὸν ὑπὸ ἓξ τετραγώνων ἴσων περιεχόμενον.

25. Cubus est figura solida sex quadratis æqualibus contenta.

κϛ'. Τετράεδρόν ἐστι σχῆμα στερεὸν ὑπὸ τεσσάρων τριγώνων ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

26. Tetraëdrum est figura solida quatuor triangulis æqualibus & æquilateris comprehensa.

κζ'. Ὀκτάεδρόν ἐστι σχῆμα στερεὸν ὑπὸ ὀκτὼ τριγώνων ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

27. Octaëdrum est figura solida octo triangulis æqualibus & æquilateris comprehensa.

κη'. Δωδεκάεδρόν ἐστι σχῆμα στερεὸν ὑπὸ δώδεκα πενταγώνων ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων καὶ ἰσογωνίων περιεχόμενον.

28. Dodecaëdrum est figura solida quæ duodecim pentagonis æqualibus & æquilateris & æquiangulis continetur.

κθ'. Εἰκοσάεδρόν ἐστι σχῆμα στερεὸν ὑπὸ εἴκοσι τριγώνων ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

29. Icosaëdrum est figura solida quæ viginti triangulis æqualibus & æquilateris comprehenditur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Εὐθείας γραμμῆς μέρος μέν τι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, μέρος δέ τι ἐν τῷ μετεώρῳ.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, εὐθείας γραμμῆς τῆς ΑΒΓ μέρος μέν τι τὸ ΑΒ ἔστω ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, μέρος δέ τι τὸ ΒΓ ἐν μετεώρῳ.

Ἔσται δή τις τῇ ΑΒ συνεχὴς εὐθεῖα ἐπ' εὐθείας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ. ἔστω ἡ ΒΔ.* δύο δὴ δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΑΒΓ, ΑΒΔ κοινὸν τμῆμά ἐστιν ἡ ΑΒ, ὅπερ ἀδύνατον· εὐθεῖα γὰρ εὐθείᾳ οὐ συμβάλλει κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ καθ' ἕν· εἰ δὲ μὴ, ἐφαρμόσουσιν ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εὐθείας ἄρα γραμμῆς μέρος μέν τι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, μέρος δέ τι ἐν τῷ μετεώρῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

PROP. I. THEOR.

Rectæ lineæ pars quædam non est in subjecto plano, quædam vero in sublimi.

Si enim fieri potest, rectæ lineæ ΑΒΓ pars quidem ΑΒ sit in subjecto plano, pars vero ΒΓ in sublimi.



Erit igitur recta linea quædam ipsi ΑΒ in directum continuata in subjecto plano. sit ΒΔ. duabus igitur datis rectis lineis ΑΒΓ, ΑΒΔ commune segmentum est ΑΒ, quod fieri non potest: recta enim linea cum recta linea non convenit in pluribus punctis, quam uno; alias rectæ lineæ sibi ipsis congruent.

Non igitur rectæ lineæ pars quædam est in subjecto plano, quædam vero in sublimi. quod erat demonstrandum.

* Hic in ora Codd. MSS. adscribitur πᾶσαν γὰρ δυνατὸν εὐθεῖαν ἐπ' εὐθείας ἐκβαλεῖν.

Prop. II. Theor.

Si duæ rectæ lineæ ſe invicem ſecent, in uno ſunt plano, item omne triangulum in uno plano conſiſtit.

DUÆ enim rectæ lineæ A B, Γ Δ ſe invicem in puncto E ſecent: dico ipſas A B, Γ Δ in uno eſſe plano, nec non omne triangulum in uno plano conſiſtere.

Sumantur enim in ipſis E B, E Γ quævis puncta Z, H; junganturque Γ B, Z H, atque ducantur Z Θ, H K: dico primum E B Γ triangulum conſiſtere in uno plano. ſi enim trianguli E B Γ pars quidem Z Θ Γ, vel H B K in ſubjecto plano eſt, reliqua vero in alio plano; erit & unius linearum E Γ, E B pars in ſubjecto plano, & pars in alio. quod ſi trianguli E Γ B pars Z Γ B H ſit in ſubjecto plano, reliqua vero in alio, utrarumque rectarum linearum E Γ E B quædam pars erit in ſubjecto plano, quædam vero in alio. quod abſurdum eſſe oſtendimus: triangulum igitur E B Γ in uno eſt plano. in quo autem plano eſt B Γ E triangulum in hoc eſt utraque ipſarum E Γ, E B: in quo autem utraque ipſarum E Γ, E B, in hoc [per 1.11.] ſunt & A B, Γ Δ: ergo rectæ lineæ A B, Γ Δ in uno ſunt plano, & omne triangulum in uno plano conſiſtit. quod erat demonſtrandum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ, καὶ πᾶν τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ.

ΔΥΟ γὰρ εὐθεῖαι αἱ Α Β, Γ Δ τεμνέτωσαν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε σημεῖον· λέγω ὅτι αἱ Α Β, Γ Δ ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ, καὶ πᾶν τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ.

Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῶν Ε Β, Ε Γ τυχόντα σημεῖα, τὰ Ζ, Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Γ Β, Ζ Η, καὶ διήχθωσαν αἱ Ζ Θ, Η Κ· λέγω πρῶτον ὅτι τὸ Ε Β Γ τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ. εἰ γάρ ἐστι τοῦ Ε Β Γ τριγώνου μέρος ἤτοι τὸ Ζ Θ Γ, ἢ τὸ Η Β Κ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν ἄλλῳ, ἔσται καὶ μιᾶς τῶν Ε Γ, Ε Β εὐθειῶν μέρος μέν τι ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ ἐν ἄλλῳ. εἰ δὲ τοῦ Ε Γ Β τριγώνου τὸ Ζ Γ Β Η μέρος εἴη ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν ἄλλῳ, ἔσται καὶ ἀμφοτέρων τῶν Ε Γ, Ε Β εὐθειῶν μέρος μέν τι ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ ἐν ἄλλῳ, ὅπερ ἄτοπον ἐδείχθη· τὸ ἄρα Ε Β Γ τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ. ἐν ᾧ δέ ἐστι τὸ Β Γ Ε τρίγωνον ἐν τούτῳ καὶ ἑκατέρα τῶν Ε Γ, Ε Β, ἐν ᾧ δὲ ἑκατέρα τῶν Ε Γ, Ε Β ἐν τούτῳ καὶ αἱ Α Β, Γ Δ· αἱ Α Β, Γ Δ ἄρα εὐθεῖαι ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ, καὶ πᾶν τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. III. Theor.

Si duo plana ſe invicem ſecent, communis ipſorum ſectio eſt linea recta.

DUO enim plana A B, B Γ ſe invicem ſecent, communis autem ipſorum ſectio ſit Δ B linea: dico lineam Δ B rectam eſſe.

Si enim non ita ſit, ducatur à puncto Δ ad B in plano quidem A B recta linea Δ E B; in plano autem B Γ recta linea Δ Z B: erunt ergo duarum rectarum linearum Δ E B, Δ Z B iidem termini, & ipſæ ſpatium continebunt, quod [per 12. ax.] eſt abſurdum; non igitur Δ E B, Δ Z B rectæ lineæ ſunt. ſimiliter oſtendemus neque aliam quampiam, quæ à puncto Δ ad B ducitur rectam eſſe, præter ipſam Δ B, communem ſcilicet planorum A B, B Γ ſectionem.

Si igitur duo plana ſe invicem ſecent, communis ipſorum ſectio recta linea erit. quod erat demonſtrandum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Ἐὰν δύο ἐπίπεδα τέμνῃ ἄλληλα, ἡ κοινὴ αὐτῶν τομὴ εὐθεῖά ἐστι.

ΔΥΟ γὰρ ἐπίπεδα τὰ Α Β, Β Γ τεμνέτωσαν ἄλληλα, κοινὴ δὲ αὐτῶν τομὴ ἔστω ἡ Δ Β γραμμή· λέγω ὅτι ἡ Δ Β γραμμὴ εὐθεῖά ἐστιν.

Εἰ γὰρ μή, ἐπεζεύχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Β, ἐν μὲν τῷ Α Β ἐπιπέδῳ εὐθεῖα ἡ Δ Ε Β, ἐν δὲ τῷ Β Γ ἐπιπέδῳ εὐθεῖα ἡ Δ Ζ Β· ἔσται δὴ δύο εὐθειῶν τῶν Δ Ε Β, Δ Ζ Β τὰ αὐτὰ πέρατα, καὶ περιέξουσι δηλαδὴ χωρίον, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα αἱ Δ Ε Β, Δ Ζ Β εὐθεῖαί εἰσιν. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις, ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη, εὐθεῖα ἔσται, πλὴν τῆς Δ Β κοινῆς τομῆς τῶν Α Β, Β Γ ἐπιπέδων.

Ἐὰν ἄρα δύο ἐπίπεδα τέμνῃ ἄλληλα, ἡ κοινὴ αὐτῶν τομὴ εὐθεῖά ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Ἐὰν εὐθεῖα δύο εὐθείαις τεμνούσαις ἀλλήλας πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπισταθῇ, καὶ τῷ δι' αὐτῶν ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔσται.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ ΕΖ δύο εὐθείαις ταῖς ΑΒ, ΓΔ τεμνούσαις ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε σημεῖον ἀπὸ τοῦ Ε πρὸς ὀρθὰς ἐφεστάτω· λέγω ὅτι ἡ ΕΖ καὶ τῷ διὰ τῶν ΑΒ, ΓΔ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστι.

Ἀπειλήφθωσαν γὰρ αἱ ΑΕ, ΕΒ, ΓΕ, ΕΔ ἴσαι ἀλλήλαις, καὶ διήχθω τις διὰ τοῦ Ε, ὡς ἔτυχεν, ἡ ΗΕΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΓΒ, καὶ ἔτι ἀπὸ τυχόντος τοῦ Ζ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΑ, ΖΗ, ΖΔ, ΖΓ, ΖΘ, ΖΒ. καὶ ἐπεὶ δύο αἱ ΑΕ, ΕΔ δυσὶ ταῖς ΓΕ, ΕΒ ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι, βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΓΒ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΕΔ τρίγωνον τῷ ΓΕΒ ἴσον ἔσται, ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΑΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΒΓ ἴση ἐστίν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΕΗ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΕΘ ἴση· δύο δὴ τρίγωνά ἐστι τὰ ΑΗΕ, ΒΕΘ τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις τὴν ΑΕ τῇ ΕΒ· καὶ τὰς λοιπὰς ἄρα πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξουσιν· ἴση ἄρα ἡ μὲν ΗΕ τῇ ΕΘ, ἡ δὲ ΑΗ τῇ ΒΘ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΕ τῇ ΕΒ, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΖΕ, βάσις ἄρα ἡ ΖΑ βάσει τῇ ΖΒ ἴση ἐστί· διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΖΔ ἐστιν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΓΒ, ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΑ τῇ ΖΒ ἴση· δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΔ δυσὶ ταῖς ΖΒ, ΒΓ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ. καὶ βάσις ἡ ΖΔ βάσει τῇ ΖΓ ἐδείχθη ἴση· καὶ γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΖΑΔ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΖΒΓ ἴση ἐστίν. καὶ πάλιν ἐδείχθη ἡ ΑΗ τῇ ΒΘ ἴση, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ ΖΑ τῇ ΖΒ ἴση· δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΗ δυσὶ ταῖς ΖΒ, ΒΘ ἴσαι εἰσί. καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΖΑΗ ἐδείχθη ἴση τῇ ὑπὸ ΖΒΘ· βάσις ἄρα ἡ ΖΗ βάσει τῇ ΖΘ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ πάλιν ἐδείχθη ἴση ἡ ΗΕ τῇ ΕΘ, κοινὴ δὲ ἡ ΕΖ, δύο δὴ αἱ ΗΕ, ΕΖ δυσὶ ταῖς ΘΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσί. καὶ βάσις ἡ ΖΘ βάσει τῇ ΖΗ ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΗΕΖ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΘΕΖ ἴση ἐστίν· ὀρθὴ ἄρα ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΗΕΖ, ΘΕΖ γωνιῶν· ἡ ΖΕ ἄρα πρὸς τὴν ΗΘ τυχόντως διὰ τοῦ Ε ἀχθεῖσαν ὀρθή ἐστιν. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἡ ΖΕ καὶ πρὸς πάσας τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας καὶ οὔσας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ὀρθὰς ποιήσει γωνίας. εὐθεῖα δὲ πρὸς ἐπίπεδον ὀρθή ἐστιν, ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἁπτομέ-



PROP. IV. THEOR.

Si recta linea duabus rectis lineis se invicem secantibus in communi sectione ad rectos angulos insistat, etiam ducto per ipsas plano ad rectos angulos erit.

Recta enim linea quædam E Z duabus rectis lineis A B, Γ Δ se invicem secantibus in E puncto ab ipso E ad rectos angulos insistat: dico E Z etiam plano per A B, Γ Δ ducto ad rectos angulos esse.

Sumantur enim rectæ lineæ A E, E B, Γ E, E Δ inter se æquales: perque E ducatur recta linea H E Θ utcunque, & jungantur A Δ, Γ B; deinde à quovis puncto Z ducantur Z A, Z H, Z Δ, Z Γ, Z Θ, Z B. & quoniam duæ rectæ lineæ A E, E Δ duabus rectis lineis Γ E, E B æquales sunt, & [per 15. 1.] angulos æquales continent, erit [per 4. 1.] A Δ basis basi Γ B æqualis, & triangulum A E Δ triangulo Γ E B æquale, & etiam angulus Δ A E æqualis est angulo E B Γ. est autem [per 15. 1.] & angulus A E H æqualis angulo B E Θ: duo igitur triangula sunt A H E, B E Θ duos angulos duobus angulis æquales habentia, alterum alteri, & unum latus A E uni lateri E B æquale, quod æqualibus adjacet angulis: quare [per 26. 1.] & reliqua latera reliquis lateribus æqualia habebunt: ergo H E quidem est æqualis E Θ; A H vero ipsi B Θ. & quoniam A E est æqualis E B, communis autem & ad rectos angulos Z E; erit [per 4. 1.] basis Z A basi Z B æqualis: eadem quoque ratione & Z Γ æqualis erit ipsi Z Δ. præterea quoniam A Δ est æqualis Γ B, & Z A ipsi Z B; erunt duæ Z A, A Δ duabus Z B, B Γ æquales, altera alteri. & ostensa est basis Z Δ æqualis basi Z Γ: angulus igitur Z A Δ angulo Z B Γ [per 8. 1.] est æqualis. rursus ostensa est A H æqualis B Θ; sed & Z A ipsi Z B est æqualis: duæ igitur Z A, A H duabus Z B, B Θ æquales sunt. & angulus Z A H ostensus est æqualis angulo Z B Θ: basis igitur Z H basi Z Θ [per 4. 1.] est æqualis. & quoniam rursus H E ostensa est æqualis E Θ, communis autem E Z; erunt duæ H E, E Z æquales duabus Θ E, E Z. & basis Z Θ est æqualis basi Z H; angulus igitur H E Z angulo Θ E Z [per 8. 1.] est æqualis; & idcirco rectus est uterque angulorum H E Z, Θ E Z: ergo Z E ad H Θ utcunque per E ductam rectos efficit angulos. similiter ostendemus Z E etiam ad omnes rectas lineas, quæ ipsam contingunt, & in subjecto sunt plano, rectos angulos efficere. recta autem ad planum recta est [per 3. def. 11.] quando ad omnes rectas lineas ipsam contin-

contingentes & in eodem existentes plano rectos efficit angulos: quare EZ subjecto plano ad rectos angulos insistit. at subjectum planum est quod per rectas lineas AB, ΓΔ ducitur: ergo EZ ad rectos angulos erit ducto per AB, ΓΔ plano.

Si igitur recta linea duabus rectis lineis se invicem secantibus in communi sectione ad rectos angulos insistat, etiam ducto per ipsas plano ad rectos angulos erit. quod erat demonstrandum.

Prop. V. Theor.

Si recta linea tribus rectis lineis sese tangentibus in communi sectione ad rectos angulos insistat, tres illæ rectæ lineæ in uno plano erunt.

Recta enim linea quædam AB tribus rectis lineis BΓ, BΔ, BE in contactu B ad rectos angulos insistat: dico BΓ, BΔ, BE in uno plano esse.



Non enim, sed si fieri potest, sint BΔ, BE quidem in subjecto plano, BΓ vero in sublimi, & planum per AB, BΓ producatur: communem igitur sectionem in subjecto plano faciet [per 3. 11.] rectam lineam. faciat BZ. in uno igitur sunt plano per AB, BΓ ducto tres rectæ lineæ AB, BΓ, BZ. & quoniam AB utrique ipsarum BΔ, BE ad rectos angulos insistit, & ducto per ipsas ΔB, BE plano [per 4. 11.] ad rectos angulos erit. planum autem per ΔB, BE est subjectum planum: ergo AB ad subjectum planum recta est: quare [per 3. deff. 11.] & ad omnes rectas lineas ipsam contingentes, quæ in eodem plano sunt, rectos faciet angulos. sed ipsam tangit BZ in subjecto existens plano: ergo angulus ABZ rectus est. ponitur autem & angulus ABΓ rectus: æqualis igitur est angulus ABZ angulo ABΓ. & in eodem sunt plano: quod [per 9. ax.] fieri non potest: recta igitur linea BΓ non est in plano sublimi: quare tres rectæ lineæ BΓ, BΔ, BE sunt in uno plano.

Si igitur recta linea tribus rectis lineis sese tangentibus in communi sectione ad rectos angulos insistat, tres illæ rectæ in uno plano erunt. quod erat demonstrandum.

Prop. VI. Theor.

Si duæ rectæ lineæ eidem plano ad rectos angulos fuerint, parallelæ erunt ipsæ rectæ lineæ.

Duæ enim rectæ lineæ AB, ΓΔ subjecto plano sint ad rectos angulos: dico AB ipsi ΓΔ parallelam esse.

νας αὐτῆς εὐθείας καὶ οὔσας ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ὀρθὰς ποιεῖ γωνίας· ἡ EZ ἄρα τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστι. τὸ δὲ ὑποκείμενον ἐπίπεδόν ἐστι τὸ ὑπὸ τῶν AB, ΓΔ εὐθειῶν· ἡ EZ ἄρα πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ διὰ τῶν AB, ΓΔ ἐπιπέδῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα δύο εὐθείαις τεμνούσαις ἀλλήλας πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπισταθῇ, καὶ τῷ δι' αὐτῶν ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔσται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε΄.

Ἐὰν εὐθεῖα τρισὶν εὐθείαις ἁπτομέναις ἀλλήλων πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπισταθῇ, αἱ τρεῖς εὐθεῖαι ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ.

Εὐθεῖα γάρ τις ἡ AB τρισὶν εὐθείαις ταῖς BΓ, BΔ, BE πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ B ἁφῆς ἐφεστάτω· λέγω ὅτι αἱ BΓ, BΔ, BE ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ.

Μὴ γάρ, ἀλλ' εἰ δυνατόν, ἔστωσαν αἱ μὲν BΔ, BE ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, ἡ δὲ BΓ ἐν μετεώρῳ, καὶ ἐκβεβλήσθω τὸ διὰ τῶν AB, BΓ ἐπίπεδον· κοινὴν δὴ τομὴν ποιήσει ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ εὐθεῖαν. ποιείτω τὴν BZ. ἐν ἑνὶ ἄρα εἰσὶν ἐπιπέδῳ τῷ διηγμένῳ διὰ τῶν AB, BΓ αἱ τρεῖς εὐθεῖαι αἱ AB, BΓ, BZ. καὶ ἐπεὶ ἡ AB ὀρθή ἐστι πρὸς ἑκατέραν τῶν BΔ, BE· καὶ τῷ διὰ τῶν ΔB, BE ἄρα ἐπιπέδῳ ὀρθή ἐστιν ἡ AB. τὸ δὲ διὰ τῶν ΔB, BE ἐπίπεδον τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν· ἡ AB ἄρα ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον· ὥστε καὶ πρὸς πάσας τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας καὶ οὔσας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ὀρθὰς ποιήσει γωνίας ἡ AB. ἅπτεται δὲ ἡ BZ αὐτῆς οὖσα ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ· ἡ ἄρα ὑπὸ ABZ γωνία ὀρθή ἐστιν. ὑπόκειται δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ABΓ ὀρθή· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ABZ γωνία τῇ ὑπὸ ABΓ. καί εἰσιν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἡ BΓ εὐθεῖα ἐν μετεώρῳ ἐστὶν ἐπιπέδῳ· αἱ τρεῖς ἄρα εὐθεῖαι αἱ BΓ, BΔ, BE ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα τρισὶν εὐθείαις ἁπτομέναις ἀλλήλων πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπισταθῇ, αἱ τρεῖς εὐθεῖαι ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ΄.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὦσι, παράλληλοι ἔσονται αἱ εὐθεῖαι.

Δύο γὰρ εὐθεῖαι αἱ AB, ΓΔ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔστωσαν· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ AB τῇ ΓΔ.

Συμβαλλέ-

Συμβαλλέτωσαν γὰρ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ κατὰ τὰ Β, Δ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ εὐθεῖα, καὶ ἤχθω τῇ ΒΔ πρὸς ὀρθὰς ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ἡ ΔΕ, καὶ κείσθω τῇ ΑΒ ἴση ἡ ΔΕ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΑΕ, ΑΔ.

Καὶ ἐπεὶ ἡ ΑΒ ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ὀρθάς, ποιήσει γωνίας. ἅπτεται δὲ τῆς ΑΒ ἑκατέρα τῶν ΒΔ, ΒΕ, οὖσα ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ· ὀρθὴ ἄρα ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΒΕ γωνιῶν. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΓΔΒ, ΓΔΕ ὀρθή ἐστι. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΔ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΔ δυσὶ τῶν ΕΔ, ΔΒ ἴσαι εἰσί, καὶ γωνίας ὀρθὰς περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΒΕ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ, ἀλλὰ καὶ ἡ ΑΔ τῇ ΒΕ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΕ δυσὶ τῶν ΕΔ, ΔΒ ἴσαι εἰσί, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΑΕ· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΑ ἴση ἐστίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΑΒΕ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΕΔΑ· ἡ ΕΔ ἄρα πρὸς τὴν ΔΑ ὀρθή ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ πρὸς ἑκατέραν τῶν ΒΔ, ΔΓ ὀρθή· ἡ ΕΔ ἄρα τρισὶν εὐθείαις ταῖς ΒΔ, ΔΑ, ΔΓ πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῆς ἁφῆς ἐφέστηκεν· αἱ τρεῖς ἄρα εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΔΑ, ΔΓ ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ. ἐν ᾧ δὲ αἱ ΔΒ, ΔΑ, ἐν τούτῳ καὶ ἡ ΑΒ, πᾶν γὰρ τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ· αἱ ἄρα ΑΒ, ΒΔ, ΔΓ ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ. καὶ ἔστιν ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΑΒΔ, ΒΔΓ γωνιῶν· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Ἐὰν ἄρα δύο εὐθεῖαι τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὦσι, παράλληλοι ἔσονται αἱ εὐθεῖαι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



Occurrant enim subjecto plano in punctis B, Δ, jungaturque BΔ recta linea, cui ad rectos angulos in subjecto plano ducatur ΔE; & posita ΔE ipsi AB æquali jungantur BE, AE, AΔ.

Quoniam igitur AB recta est ad subjectum planum; & ad omnes rectas lineas quæ ipsam contingunt & in subjecto sunt plano [per 3. def. 11.] rectos angulos efficiet. contingit autem ipsam AB utraque ipsarum BΔ, BE existens in subjecto plano: ergo uterque angulorum ABΔ, ABE rectus est. eadem ratione rectus etiam est uterque ipsorum ΓΔB, ΓΔE. quoniam autem AB æqualis est ipsi ΔE, communis autem BΔ, duæ quidem AB, BΔ duabus EΔ, ΔB sunt æquales, & rectos angulos continent: basis igitur AΔ [per 4. 1.] basi BE est æqualis. & quoniam AB est æqualis ΔE & AΔ ipsi BE, duæ quidem AB, BE duabus EΔ, ΔB æquales sunt, & basis ipsarum AE communis: ergo [per 8. 1.] angulus ABE angulo EΔA est æqualis. sed ABE rectus est: rectus igitur & EΔA; & idcirco EΔ ad ΔA est perpendicularis. sed & perpendicularis est ad utramque ipsarum BΔ, ΔΓ: quare EΔ tribus rectis lineis BΔ, ΔA, ΔΓ in contactu ad rectos insistit angulos: tres igitur rectæ lineæ BΔ, ΔA, ΔΓ [per 5. 11.] in uno sunt plano. in quo autem sunt BΔ, ΔA, in hoc est & AB, omne enim triangulum [per 2. 11.] in uno est plano: ergo AB, BΔ, ΔΓ in uno plano sunt. atque est uterque angulorum ABΔ, BΔΓ rectus: parallela igitur [per 28. 1.] est AB ipsi ΓΔ.

Quare si duæ rectæ lineæ eidem plano ad rectos angulos fuerint, parallelæ erunt ipsæ rectæ lineæ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι παράλληλοι, ληφθῇ δὲ ἐφ' ἑκατέρας αὐτῶν τυχόντα σημεῖα· ἡ ἐπὶ τὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ἐστὶ ταῖς παραλλήλοις.

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ εἰλήφθω ἐφ' ἑκατέρας αὐτῶν τυχόντα σημεῖα τὰ Ε, Ζ· λέγω ὅτι ἡ ἐπὶ τὰ Ε, Ζ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ἐστὶ ταῖς παραλλήλοις.

Μὴ γάρ, ἀλλ' εἰ δυνατόν, ἔστω ἐν μετεώρῳ, ὡς ἡ ΕΗΖ, καὶ διήχθω τὸ διὰ τῆς ΕΗΖ ἐπίπεδον· τομὴν δὴ ποιήσει ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ εὐθεῖαν. ποιείτω ὡς τὴν ΕΖ· δύο ἄρα εὐθεῖαι αἱ ΕΗΖ, ΕΖ χωρίον περιέξουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα



PROP. VII. THEOR.

Si duæ rectæ lineæ parallelæ sint, sumantur autem in utraque ipsarum quælibet puncta; quæ dicta puncta conjungit recta linea in eodem cum parallelis plana erit.

Sint duæ rectæ lineæ parallelæ AB, ΓΔ, & in utraque ipsarum sumantur quælibet puncta E, Z: dico rectam lineam quæ puncta E, Z conjungit in eodem plano esse cum parallelis.

Non enim sit, sed si fieri potest, sit in sublimi ut EHZ, & per EHZ planum ducatur, quod in subjecto plano [per 3. 11.] sectionem faciat rectam lineam. faciat ut EZ: ergo duæ rectæ lineæ EHZ, EZ spatium continebunt, quod [per 12. ax.] fieri non potest: non igitur

tur quæ à puncto E ad Z ducitur recta linea in sublimi est plano: quare erit in eo quod per parallelas AB, ΓΔ transit.

Si igitur duæ rectæ lineæ parallelæ sint, sumantur autem in utraque ipsarum quælibet puncta; quæ dicta puncta conjungit recta linea in eodem cum parallelis plano erit. quod erat demonstrandum.

PROP. VIII. THEOR.

Si fuerint duæ rectæ lineæ parallelæ, atque altera earum plano alicui sit ad rectos angulos; & reliqua quoque eidem plano ad rectos angulos erit.

Sint duæ rectæ lineæ parallelæ AB, ΓΔ, & altera ipsarum AB subjecto plano sit ad rectos angulos: dico & reliquam ΓΔ eidem plano ad rectos angulos esse.

Occurrant enim AB, ΓΔ subjecto plano in punctis B,Δ,& BΔ jungatur: ergo [per 7.11.] AB, ΔΓ, BΔ in uno sunt plano. ducatur ipsi BΔ ad rectos angulos in subjecto plano ΔE, dein ponatur ΔE ipsi AB æqualis, junganturque BE, AE, AΔ. quoniam autem AB perpendicularis est ad subjectum planum, & ad omnes rectas lineas quæ ipsam contingunt, atque in subjecto plano sunt [per 3. deff. 11.] perpendicularis erit: rectus igitur est uterque angulorum ABΔ, ABE. quoniam vero in parallelas rectas lineas AB, ΓΔ recta incidit BΔ, erunt anguli ABΔ, ΓΔB [per 29. 1.] duobus rectis æquales. rectus autem est ABΔ: ergo & ΓΔB est rectus; quare ΓΔ perpendicularis est ad BΔ. & quoniam AB est æqualis ΔE, communis autem BΔ, duæ quidem AB, BΔ duabus EΔ, ΔB æquales sunt, & angulus AΔB est æqualis angulo EΔB, rectus enim uterque est; basis igitur AΔ [per 4. 1.] basi BE est æqualis. & quoniam AB æqualis est ΔE, & BE ipsi AΔ, duæ quidem AB, BE duabus EΔ, ΔA erunt æquales, altera alteri, & basis earum communis AE: ergo [per 8. 1.] angulus ABE est æqualis angulo EΔA. rectus autem est ABE; ergo & EΔA est rectus, adeoque EΔ ad ΔA perpendicularis. sed & perpendicularis est ad BΔ: ergo [per 4.11.] EΔ etiam ad planum per BΔ, ΔA perpendicularis erit: & ad omnes rectas lineas quæ in eodem plano ipsam contingunt rectos faciet angulos. at in plano per BA, AΔ est ΔΓ, quia in plano per BΔ, ΔA [per 2.11.] sunt AB, BΔ. in quo autem sunt AB, BΔ [per 7.11.] in eodem est & ipsa ΔΓ: quare EΔ ipsi ΔΓ est ad rectos angulos: ideoque ΓΔ ad rectos angulos est ipsi ΔE. sed & ΓΔ ipsi BΔ: ergo ΓΔ duabus rectis lineis ΔE, ΔB se mutuo secantibus in communi sectione Δ ad rectos angulos insistit; ac propterea ipsa ΓΔ [per 4.11.] plano



ἡ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὸ Ζ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐν μετεώρῳ ἐστὶν ἐπιπέδῳ· ἐν τῷ διὰ τῶν ΑΒ, ΓΔ ἄρα παραλλήλων ἐστὶν ἐπιπέδῳ ἡ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὸ Ζ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα.

Ἐὰν ἄρα ὦσι δύο εὐθεῖαι παράλληλοι, ληφθῇ δὲ ἐφ' ἑκατέρας αὐτῶν τυχόντα σημεῖα· ἡ ἐπὶ τὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ἐστὶ ταῖς παραλλήλοις. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι παράλληλοι, ἡ δὲ ἑτέρα αὐτῶν ἐπιπέδῳ τινὶ πρὸς ὀρθὰς ᾖ· καὶ ἡ λοιπὴ τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔσται.

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ, ἡ δὲ ἑτέρα αὐτῶν ἡ ΑΒ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔστω· λέγω ὅτι καὶ ἡ λοιπὴ ἡ ΓΔ τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔσται.

Συμβαλλέτωσαν γὰρ αἱ ΑΒ, ΓΔ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ κατὰ τὰ Β, Δ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ· αἱ ἄρα ΑΒ, ΓΔ, ΒΔ ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ. ἤχθω τῇ ΒΔ πρὸς ὀρθὰς ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ἡ ΔΕ, καὶ κείσθω τῇ ΑΒ ἴση ἡ ΔΕ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΑΕ, ΑΔ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΑΒ ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, ὀρθή ἐστιν ἡ ΑΒ· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΒΕ γωνιῶν. καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθείας ἐμπέπτωκεν ἡ ΒΔ, αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΒΔ, ΓΔΒ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΑΒΔ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΓΔΒ· ἡ ΓΔ ἄρα πρὸς τὴν ΒΔ ὀρθή ἐστι. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΔ· δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΔ δυσὶ ταῖς ΕΔ, ΔΒ ἴσαι εἰσί, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΔ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΒ ἴση, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα· βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΒΕ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΒΕ τῇ ΑΔ· δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΕ δυσὶ ταῖς ΕΔ, ΔΑ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΑΕ· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΑ ἐστὶν ἴση. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΑΒΕ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΕΔΑ· ἡ ΕΔ ἄρα πρὸς τὴν ΑΔ ὀρθή ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὴν ΒΔ ὀρθή· ἡ ΕΔ ἄρα καὶ τῷ διὰ τῶν ΒΔ, ΔΑ ἐπιπέδῳ ὀρθή ἐστι· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ διὰ τῶν ΑΔ, ΔΒ ἐπιπέδῳ, ὀρθὰς ποιήσει γωνίας ἡ ΕΔ. ἐν δὲ τῷ διὰ τῶν ΒΑ, ΑΔ ἐπιπέδῳ ἐστὶν ἡ ΔΓ, ἐπειδήπερ ἐν τῷ διὰ τῶν ΒΔ, ΔΑ ἐπιπέδῳ εἰσὶν αἱ ΑΒ, ΒΔ. ἐν ᾧ δὲ αἱ ΑΒ, ΒΔ ἐν τούτῳ ἐστὶ καὶ ἡ ΔΓ· ἡ ΕΔ ἄρα τῇ ΔΓ πρὸς ὀρθάς ἐστιν· ὥστε καὶ ἡ ΓΔ τῇ ΔΕ πρὸς ὀρθάς ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΓΔ τῇ ΒΔ· ἡ ΓΔ ἄρα δύο εὐθείαις τεμνούσαις ἀλλήλας ταῖς ΔΕ, ΔΒ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Δ τομῆς πρὸς ὀρθὰς ἐφέστηκεν· ὥστε καὶ ἡ ΓΔ καὶ τῷ

διὰ

διὰ τῶν Δ Ε, Δ Β ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστι· τὸ δὲ διὰ τῶν Δ Ε, Δ Β ἐπίπεδον τὸ ὑποκείμενόν ἐστι· ἡ Γ Δ ἄρα τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

per Δ E, Δ B est ad rectos angulos. planum autem per Δ E, Δ B est subjectum planum: ergo Γ Δ subjecto plano ad rectos angulos erit. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Αἱ τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ παράλληλοι, καὶ μὴ οὖσαι αὐτῇ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, καὶ ἀλλήλαις εἰσὶ παράλληλοι.

Ἔστω γὰρ ἑκατέρα τῶν Α Β, Γ Δ παράλληλος τῇ Ε Ζ, μὴ οὖσαι αὐτῇ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ Α Β τῇ Γ Δ.

Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῆς Ε Ζ τυχὸν σημεῖον τὸ Η, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τῇ Ε Ζ ἐν μὲν τῷ διὰ τῶν Ε Ζ, Α Β ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ Η Θ, ἐν δὲ τῷ διὰ τῶν Ζ Ε, Γ Δ τῇ Ε Ζ πάλιν πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ Η Κ. καὶ ἐπεὶ ἡ Ε Ζ πρὸς ἑκατέραν τῶν Η Θ, Η Κ ὀρθή ἐστιν, ἡ Ε Ζ ἄρα καὶ τῷ διὰ τῶν Η Θ, Η Κ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστι. καί ἐστιν ἡ Ε Ζ τῇ Α Β παράλληλος· καὶ ἡ Α Β ἄρα τῷ διὰ τῶν Θ, Η, Κ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστι. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ Γ Δ τῷ διὰ τῶν Θ, Η, Κ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστιν· ἑκατέρα ἄρα τῶν Α Β, Γ Δ τῷ διὰ τῶν Θ, Η, Κ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστιν. ἐὰν δὲ δύο εὐθεῖαι τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὦσι, παράλληλοί εἰσιν αἱ εὐθεῖαι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ Α Β τῇ Γ Δ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.



PROP. IX. THEOR.

Quæ eidem rectæ lineæ sunt parallelæ, sed non in eodem cum illa plano, etiam inter se parallelæ sunt.

SIT enim utraque ipsarum A B, Γ Δ parallela rectæ E Z, non jacentes vero in eodem cum ipsa plano: dico A B ipsi Γ Δ parallelam esse.

Sumatur in E Z quodvis punctum H, à quo ipsi E Z in plano quidem per E Z, A B transeunte ad rectos angulos ducatur H Θ; in plano autem transeunte per Z E, Γ Δ rursus ducatur ipsi E Z ad rectos angulos H K. quoniam ergo E Z ad utramque ipsarum H Θ, H K est perpendicularis, erit E Z [per 4. 11.] etiam ad rectos angulos plano per H Θ, H K transeunte. atque E Z ipsi A B parallela est: ergo [per 8. 11.] & A B plano per Θ, H, K ad rectos angulos est. eadem ratione & Γ Δ plano per Θ, H, K est ad rectos angulos: utraque igitur ipsarum A B, Γ Δ plano per Θ, H, K ad rectos angulos erit. si autem duæ rectæ lineæ eidem plano ad rectos angulos fuerint [per 6. 11.] parallelæ erunt inter sese: ergo A B ipsi Γ Δ parallela est. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων παρὰ δύο εὐθείας ἁπτομένας ἀλλήλων ὦσι, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ· ἴσας γωνίας περιέξουσι.

Δύο γὰρ εὐθεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων αἱ Α Β, Β Γ παρὰ δύο εὐθείας τὰς Δ Ε, Ε Ζ ἁπτομένας ἀλλήλων ἔστωσαν, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ Α Β Γ γωνία τῇ ὑπὸ Δ Ε Ζ.

Ἀπειλήφθωσαν γὰρ αἱ Β Α, Β Γ, Ε Δ, Ε Ζ ἴσαι ἀλλήλαις, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Α Δ, Γ Ζ, Β Ε, Α Γ, Δ Ζ. καὶ ἐπεὶ ἡ Β Α τῇ Ε Δ ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος, * καὶ ἡ Α Δ ἄρα τῇ Β Ε ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ Γ Ζ τῇ Β Ε ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος· ἑκατέρα ἄρα τῶν Α Δ, Γ Ζ τῇ Β Ε ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος. αἱ δὲ τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ παράλληλοι καὶ ἀλλήλαις εἰσὶ παράλληλοι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ Α Δ τῇ Γ Ζ καὶ ἴση. καὶ ἐπιζευγνύουσιν αὐτὰς αἱ Α Γ, Δ Ζ· καὶ ἡ Α Γ



PROP. X. THEOR.

Si duæ rectæ lineæ sese tangentes duabus rectis lineis sese tangentibus sint parallelæ, non autem in eodem plano; illæ æquales angulos continebunt.

DUÆ enim rectæ lineæ sese tangentes A B, B Γ duabus rectis lineis Δ E, E Z sese tangentibus sint parallelæ, non autem in eodem plano: dico angulum A B Γ angulo Δ E Z æqualem esse.

Assumantur enim B A, B Γ, E Δ, E Z inter se æquales; & jungantur A Δ, Γ Z, B E, A Γ, Δ Z. quoniam igitur B A ipsi E Δ æqualis est & parallela, erit [per 33. 1.] & A Δ æqualis & parallela ipsi B E. eadem ratione & Γ Z ipsi B E æqualis & parallela erit: utraque igitur ipsarum A Δ, Γ Z ipsi B E æqualis est & parallela. quæ autem eidem rectæ lineæ sunt parallelæ, [per 9. 11.] & inter se parallelæ erunt: ergo A Δ parallela est ipsi Γ Z & æqualis. & ipsas conjungunt rectæ A Γ, Δ Z; quare

* Illa καὶ ἡ Α Δ ἄρα τῇ Β Ε ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος supplevimus ex *Codd. MSS.*

ΑΓ ipsi ΔΖ æqualis est & parallela. & quoniam duæ rectæ lineæ ΑΒ, ΒΓ duabus ΔΕ, ΕΖ æquales sunt, & basis ΑΓ æqualis est basi ΔΖ; erit [per 8. 1.] angulus ΑΒΓ angulo ΔΕΖ æqualis.

Si igitur duæ rectæ lineæ sese tangentes duabus rectis lineis sese tangentibus sint parallelæ, non autem in eodem plano; illæ æquales angulos continebunt. quod erat demonstrandum.

ἄρα τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος. καὶ ἐπεὶ δύο αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶ, καὶ βάσις ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΓ τῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση.

Ἐὰν ἄρα δύο εὐθεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων παρὰ δύο εὐθείας ἁπτομένας ἀλλήλων ὦσι, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, ἴσας γωνίας περιέξουσι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Prop. XI. Probl.

A dato puncto in sublimi ad subjectum planum perpendicularem rectam lineam ducere.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιαʹ.

Ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου μετεώρου ἐπὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

SIT datum quidem punctum in sublimi Α, datum autem planum illud quod subjectum est: oportet à puncto Α ad subjectum planum perpendicularem rectam ducere.

In subjecto plano ducatur quædam recta linea utcunque ΒΓ,& [per 12.1.] à puncto Α ad ΒΓ perpendicularis agatur ΑΔ. si igitur ΑΔ sit etiam perpendicularis ad subjectum planum; factum jam erit,quod proponebatur: sin minus,ducatur [per 11. 1.] à puncto Δ ipsi ΒΓ in subjecto plano ad rectos angulos ΔΕ; & [per 12.1.] à puncto Α ad ΔΕ perpendicularis ducatur ΑΖ; denique per Ζ ducatur ΗΘ ipsi ΒΓ parallela.



SIT pentagonum æquilaterum & æquiangulum ΑΒΓΔΕ, & circa ipſum circulus; ſumatur autem ejus centrum Ζ, & à Ζ ad ΓΔ perpendicularis ducatur ΖΗ: dico quod tricies ſub ΓΔ, ΖΗ continetur duodecim pentagonis ΑΒΓΔΕ æquale eſſe.



Ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΓΖ, ΖΔ. καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΖΗ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΓΔΖ τριγώνου, τὸ ἄρα πεντάκις ὑπὸ ΓΔ, ΖΗ δέκα τρίγωνά ἐστιν ἴσα. τὰ δὲ δέκα τρίγωνα δύο ἐστὶ πεντάγωνα καὶ πάντα ἑξάκις· τὸ ἄρα τριακοντάκις ὑπὸ ΓΔ, ΖΗ ἴσον ἐστὶ δώδεκα πενταγώνοις. δώδεκα δὲ πεντάγωνα ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐστὶν ἐπιφάνεια· τὸ ἄρα τριακοντάκις ὑπὸ ΓΔ, ΖΗ ἴσον ἐστὶ τῇ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφανείᾳ.

Jungantur ΓΖ, ΖΔ. & quoniam [per 41. 1.] quod ſub ΓΔ, ΖΗ continetur duplum eſt trianguli ΓΔΖ, erit quod quinquies continetur ſub ΓΔ, ΖΗ decem triangulis æquale. decem autem triangula ſunt duo pentagona; pariterque eorum ſextupla: ergo quod tricies ſub ΓΔ, ΖΗ continetur eſt æquale duodecim pentagonis. ſed duodecim pentagona ſunt dodecaedri ſuperficies: ergo quod tricies continetur ſub ΓΔ, ΖΗ ſuperficiei dodecaedri æquale erit.

ΟΜΟΙΩΣ δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἐὰν ᾖ τρίγωνον ἰσόπλευρον ὡς τὸ ΑΒΓ, καὶ περὶ αὐτὸ κύκλος, καὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Δ, καὶ κάθετος ἡ ΔΕ, τὸ τριακοντάκις ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ ἴσον ἐστὶ τῇ τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφανείᾳ.

SIMILITER demonſtrabimus, ſi fuerit triangulum æquilaterum, ut ΑΒΓ, & circa ipſum circulus cujus centrum Δ, & ab eo perpendicularis ΔΕ, quod tricies ſub ΒΓ, ΔΕ contineτur ſuperficiei icoſaedri æquale eſſe.



Ἐπεὶ γὰρ πάλιν τὸ ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΔΒΓ, δύο ἄρα τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ, καὶ πάντα τρίς· ἓξ ἄρα τρίγωνα τὰ ΔΒΓ ἴσα ἐστὶ τρισὶ τοῖς ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ. ἓξ δὲ τρίγωνα ὡς τὰ ΔΒΓ ἴσα ἐστὶ δύο τοῖς ΑΒΓ, καὶ πάντα δεκάκις· τὸ ἄρα τριακοντάκις ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ ἴσον ἐστὶν εἴκοσι τοῖς ΑΒΓ τριγώνοις, τουτέστι τῇ τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφανείᾳ· ὥστε ἔσται ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΓ, ΔΕ.

Quoniam enim rurſus [per 41. 1.] quod ſub ΒΓ, ΔΕ continetur duplum eſt trianguli ΔΒΓ, erunt duo triangula æqualia ei quod continetur ſub ΒΓ, ΔΕ; pariterque eorum tripla: ſex igitur triangula ΔΒΓ æqualia ſunt tribus quæ ſub ΒΓ, ΔΕ continentur. at ſex triangula ΔΒΓ ſunt æqualia duobus ΑΒΓ triangulis; pariterque eorum decupla: ergo quod tricies ſub ΒΓ, ΔΕ continetur eſt æquale viginti triangulis ΑΒΓ, hoc eſt icoſaedri ſuperficiei. erit igitur ut dodecaedri ſuperficies ad ſuperficiem icoſaedri ita quod continetur ſub ΓΔ, ΖΗ [fig. præc.] ad id quod ſub ΒΓ, ΔΕ continetur [fig. annex.]

Πόρισμα.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν, οὕτως τὸ ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ πενταγώνου καὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ περὶ τὸ πεντάγωνον κύκλου ἐπ' αὐτὴν καθέτου ἀγομένης, πρὸς τὸ ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ εἰκοσαέδρου καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ περὶ τὸ τρίγωνον κύκλου ἐπ' αὐτὴν καθέτου ἀγομένης, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων εἰκοσαέδρου καὶ δωδεκαέδρου.

Corollarium.

Ex hoc vero perſpicuum eſt, ut dodecaedri ſuperficies ad ſuperficiem icoſaedri, ita eſſe quod continetur ſub latere pentagoni & recta linea, quæ à centro circuli circa pentagonum deſcripti in ipſum latus perpendicularis ducitur, ad id quod continetur ſub latere icoſaedri & perpendiculari, quæ à centro circuli circa triangulum deſcripti ad ipſum latus ducta fuerit; nimirum dodecaedro & icoſaedro in eadem ſphæra deſcriptis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Τούτου δῆλου ὄντος, δεικτέον, ὅτι ἔσται ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκο-

PROP. IV. THEOR.

Hoc probato, demonſtrandum erit, ut dodecaedri ſuperficies ad ſuperficiem icoſae-

icosaedri ita esse latus cubi ad icosaedri latus.

EXponatur circulus ΔΒΓ comprehendens [per 2. 14.] & dodecaedri pentagonum & icosaedri triangulum in eadem sphæra descriptorum, & in ipso describatur trianguli quidem æquilateri latus ΓΔ, pentagoni vero latus ΑΓ; sumatur circuli centrum Ε, & ab eo ad ΔΓ, ΓΑ perpendiculares ducantur ΕΖ, ΕΗ, & producatur in directum ipsi ΕΗ recta linea ΗΒ; jungaturque ΒΓ, & exponatur cubi latus Θ: dico ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita esse Θ ad ipsam ΓΔ.



Quoniam enim [per 9.13.] utriusque simul ΕΒΓ extrema ac media ratione sectæ major portio est ΒΕ, & est [per 1. 14.] utriusque quidem ΕΒΓ dimidia ΕΗ, ipsius vero ΒΕ [per cor. 1. 14.] dimidia ΕΖ: erit & ipsius ΕΗ extrema ac media ratione sectæ major portio ΕΖ. est autem & ipsius Θ extrema ac media ratione sectæ major portio ΓΑ, ut in dodecaedro [ad cor. 17. 13.] ostensum fuit: ut igitur Θ ad ΓΑ ita est [per 7. 14.] ΕΗ ad ΕΖ; ideoque [per 16. 6.] contentum sub Θ, ΖΕ est æquale ei quod sub ΓΑ, ΕΗ continetur. & quoniam est [per 1. 6.] ut Θ ad ΓΔ ita quod continetur sub Θ, ΕΖ ad contentum sub ΓΔ, ΕΖ; ei vero, quod sub Θ, ΕΖ continetur est æquale contentum sub ΓΑ, ΕΗ: erit [per 16.6.] ut Θ ad ΓΔ ita contentum sub ΓΑ, ΕΗ ad id quod sub ΓΔ, ΕΖ continetur, hoc est [per cor. 3. 14.] ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita Θ ad ΓΔ.

ALITER

Demonstrare, ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri, ita esse latus cubi ad icosaedri latus, hoc quidem præmisso.

LEMMA.

Sit circulus ΑΒΓ, & in eo describantur æquilateri pentagoni latera ΑΒ, ΑΓ, & jungatur ΒΓ; sumatur autem circuli centrum Δ, & jungatur ΑΔ, ipsique ΑΔ producatur in directum ΔΕ, ponatur ipsius ΑΔ dimidia ΔΖ, sitque ΗΓ ipsius ΓΘ tripla: dico quod sub ΑΖ, ΒΘ continetur pentagono æquale esse.

Jungatur enim ΒΔ. & quoniam ΑΔ dupla est ipsius ΔΖ, erit ΑΖ ipsius ΑΔ sesquial-

σαέδρου οὕτως ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν.

ΕΚκείσθω κύκλος περιλαμβάνων τό, τε τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον καὶ τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, ὁ ΔΒΓ, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν ΔΒΓ κύκλον τριγώνου μὲν ἰσοπλεύρου πλευρὰ ἡ ΓΔ, πενταγώνου δὲ ἡ ΑΓ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὰς ΔΓ, ΓΑ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΕΖ, ΕΗ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας τῇ ΕΗ εὐθεῖα ἡ ΗΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ ἐκκείσθω κύβου πλευρὰ ἡ Θ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου οὕτως ἡ Θ πρὸς τὴν ΓΔ.

Ἐπεὶ γὰρ συναμφοτέρου τῆς ΕΒΓ ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμημένης τὸ μεῖζον τμῆμά ἐστιν ἡ ΒΕ, καὶ ἔστι συναμφοτέρου μὲν τῆς ΕΒΓ ἡμίσεια ἡ ΕΗ, τῆς δὲ ΒΕ ἡμίσεια ἡ ΕΖ· καὶ τῆς ΕΗ ἄρα ἄκρον καὶ μέσον λόγον τεμνομένης τὸ μεῖζον τμῆμά ἐστιν ἡ ΕΖ. ἔστι δὲ καὶ τῆς Θ ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμημένης τὸ μεῖζον τμῆμα ἡ ΓΑ, ὡς ἐν τῷ δωδεκαέδρῳ ἐδείχθη· ὡς ἄρα ἡ Θ πρὸς τὴν ΓΑ οὕτως ἡ ΕΗ πρὸς τὴν ΕΖ· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ Θ, ΖΕ τῷ ὑπὸ ΓΑ, ΕΗ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Θ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως τὸ ὑπὸ Θ, ΕΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΕΖ, τῷ δὲ ὑπὸ Θ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΓΑ, ΕΗ· ὡς ἄρα ἡ Θ πρὸς τὴν ΓΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΓΑ, ΕΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΔ, ΕΖ, τουτέστιν ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν οὕτως ἡ Θ πρὸς τὴν ΓΔ.

ΑΛΛΩΣ

Δεῖξαι, ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν, οὕτως ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευρὰν προγραφέντος τοῦδε.

ΛΗΜΜΑ.

Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον πενταγώνου ἰσοπλεύρου πλευραὶ αἱ ΑΒ, ΑΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Δ ἐπεζεύχθω εὐθεῖα ἡ ΑΔ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας τῇ ΑΔ εὐθεῖα ἡ ΔΕ, καὶ κείσθω τῆς μὲν ΑΔ εὐθείας ἡμίσεια ἡ ΔΖ, ἡ δὲ ΗΓ τῆς ΓΘ τριπλῆ ἔστω· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΒΘ ἴσον ἐστὶ τῷ πενταγώνῳ.

Ἀπὸ γὰρ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Δ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ. καὶ ἐπεὶ διπλῆ ἐστιν ἡ ΑΔ τῆς ΔΖ, ἡμιολία ἄρα ἐστὶ τῆς ΑΔ ἡ ΑΖ.

ΑΖ. πάλιν, ἐπεὶ τριπλῆ ἐστιν ἡ ΗΓ τῆς ΓΘ, διπλῆ δὲ ἡ ΗΘ τῆς ΘΓ, ἡμιολία ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΓ τῆς ΘΗ· ὡς ἄρα ἡ ΖΑ πρὸς τὴν ΑΔ οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς τὴν ΗΘ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΘΗ τῷ ὑπὸ ΔΑ, ΓΗ. ἡ δὲ ΓΗ τῇ ΒΗ ἴση ἐστί· τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΔ, ΒΗ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΑΖ, ΘΗ. τὸ δὲ ὑπὸ ΑΔ, ΒΗ δύο ἐστὶ τρίγωνα ὡς τὰ ΑΒΔ· καὶ τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ ἄρα δύο ἐστὶ ΑΒΔ· πέντε ἄρα τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ δέκα τρίγωνά ἐστι. δέκα δὲ τρίγωνα δύο ἐστὶ πεντάγωνα· πέντε ἄρα τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ δύο πενταγώνοις ἴσα ἐστί. καὶ ἐπεὶ διπλῆ ἐστιν ἡ ΗΘ τῆς ΘΓ, τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ διπλοῦν ἐστι τοῦ ὑπὸ ΑΖ, ΘΓ· δύο ἄρα τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΘΓ ἴσα ἐστὶν ἑνὶ τῷ ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ, καὶ δέκα τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΘΓ ἴσα ἐστὶν πέντε τοῖς ὑπὸ ΑΖ, ΗΘ, τουτέστι δύο πενταγώνοις· ὥστε πέντε τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΘΓ ἴσα ἐστὶν ἑνὶ πενταγώνῳ. πεντάκις δὲ τὰ ὑπὸ ΑΖ, ΘΓ ἴσα ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΑΖ, ΘΒ, ἐπεὶ δὴ πενταπλῆ ἐστιν ἡ ΘΒ τῆς ΘΓ, καὶ κοινὸν ὕψος ἐστὶν ἡ ΑΖ. τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΖ, ΒΘ ἴσον ἐστὶν ἑνὶ πενταγώνῳ.



ΤΟΥΤΟΥ δήλου ὄντος, νῦν ἐκκείσθω κύκλος ὁ περιλαμβάνων τό, τε τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον καὶ τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, καὶ ἐγγεγράφθωσαν εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον πενταγώνου ἰσοπλεύρου πλευραὶ αἱ ΒΑ, ΑΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Ε ἐπεζεύχθω ἡ ΑΕ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΕ ἐπὶ τὸ Ζ, καὶ ἔστω ἡ ΑΕ τῆς ΕΘ διπλῆ, τριπλῆ δὲ ἡ ΚΓ τῆς ΓΘ, καὶ ἀπὸ τοῦ Η τῇ ΑΖ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΜ· τριγώνου ἄρα ἐστὶν ἰσοπλεύρου ἡ ΔΜ· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΔΜ τρίγωνον. καὶ ἐπεὶ τὸ μὲν ὑπὸ ΑΗ, ΘΒ ἴσον ἐστὶ τῷ πενταγώνῳ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΗ, ΗΔ τῷ ΑΔΜ τριγώνῳ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΘΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΗΔ οὕτω τὸ πεντάγωνον πρὸς τὸ τρίγωνον. ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΒΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΗΔ οὕτως ἡ ΒΘ πρὸς τὴν ΔΗ· καὶ ὡς ἄρα δώδεκα αἱ ΘΒ πρὸς εἴκοσι ΔΗ οὕτω δώδεκα πεντάγωνα πρὸς εἴκοσι τρίγωνα, τουτέστι ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου. καὶ ἐστι δώδεκα μὲν αἱ ΒΘ δέκα αἱ ΒΓ, ἡ μὲν γὰρ ΒΘ τῆς ΘΓ ἐστι πενταπλῆ, ἡ δὲ ΒΓ τῆς ΘΓ ἑξαπλῆ·

tera. rursus, quoniam ΗΓ tripla est ipsius ΓΘ, erit ΗΘ ipsius ΘΓ dupla: sesquialtera igitur est ΗΓ ipsius ΘΗ: quare ut ΖΑ ad ΑΔ ita ΓΗ ad ΗΘ: ideoque [per 16. 6.] contentum sub ΑΖ, ΘΗ est æquale ei quod sub ΔΑ, ΓΗ continetur. sed ΓΗ est æqualis ΒΗ: ergo contentum sub ΑΔ, ΒΗ est æquale ei quod sub ΑΖ, ΘΗ continetur. contentum autem sub ΑΔ, ΒΗ [per 41. 1.] est æquale duobus triangulis ut ΑΒΔ: quod igitur sub ΑΖ, ΗΘ continetur æquale est duobus triangulis ΑΒΔ: ergo quinque rectangula contenta sub ΑΖ, ΗΘ decem sunt triangula. decem autem triangula duo pentagona sunt: quinque igitur rectangula contenta sub ΑΖ, ΗΘ duobus pentagonis sunt æqualia. & quoniam ΗΘ est dupla ΘΓ, erit contentum sub ΑΖ, ΗΘ duplum ejus quod sub ΑΖ, ΘΓ continetur; ergo duo rectangula contenta sub ΑΖ, ΘΓ sunt æqualia uni quod continetur sub ΑΖ, ΗΘ decem igitur rectangula contenta sub ΑΖ, ΘΓ sunt æqualia quinque quæ sub ΑΖ, ΗΘ continentur, hoc est duobus pentagonis: ergo quinque contenta sub ΑΖ, ΘΓ uni pentagono sunt æqualia. quinque autem rectangula contenta sub ΑΖ, ΘΓ sunt æqualia ei quod continetur sub ΑΖ, ΘΒ; quoniam ΘΒ quidem quintupla est ipsius ΘΓ, & ΑΖ est communis altitudo: quod igitur sub ΑΖ, ΒΘ continetur uni pentagono est æquale.

Hoc demonstrato, nunc exponatur circulus comprehendens & dodecaedri pentagonum & icosaedri triangulum in eadem sphæra descriptorum, atque in circulo ΑΒΓ describantur æquilateri pentagoni latera ΒΑ, ΑΓ, & jungatur ΒΓ; sumatur præterea circuli centrum Ε, & ab Α ad Ε ducatur ΑΕ, & producatur ΑΕ ad Ζ; sitque ΑΕ dupla ipsius ΕΗ, ipsa vero ΚΓ ipsius ΓΘ tripla; & per Η ipsi ΑΖ ad rectos angulos ducatur ΔΜ: ergo [per cor. 1. 14.] ΔΜ est latus trianguli æquilateri, & æquilaterum est ΑΔΜ triangulum. & quoniam [per lem. præm.] rectangulum quidem contentum sub ΑΗ, ΘΒ est æquale pentagono; contentum vero sub ΑΗ, ΗΔ [per 41. 1.] æquale triangulo ΑΔΜ: erit ut rectangulum contentum sub ΑΗ, ΘΒ ad rectangulum sub ΑΗ, ΗΔ ita pentagonum ad triangulum. ut autem rectangulum contentum sub ΑΗ, ΒΘ ad rectangulum sub ΑΗ, ΗΔ ita [per 1. 6.] ΒΘ ad ΔΗ: & igitur ut duodecim ΘΒ ad viginti ΔΗ ita duodecim pentagona ad viginti triangula; hoc est, dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri. & duodecim quidem ΒΘ sunt decem ΒΓ; etenim ΒΘ quintupla est [per constr.] ipsius ΘΓ, & ΒΓ ipsius ΘΓ sextupla:



 ideo-

ideoque duodecim ΒΘ sunt æquales decem ΒΓ. viginti autem ΔΗ sunt decem ΔΜ; dupla enim est ΔΜ ipsius ΔΗ: ut igitur decem ΒΓ ad decem ΔΜ, hoc est ut ΒΓ ad ΔΜ, ita dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri. atque [per 8. & 17. 13.] est ΒΓ quidem cubi latus, ΔΜ vero latus icosaedri: & igitur ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita ΒΓ ad ΔΜ, hoc est cubi latus ad latus icosaedri.

δώδεκα ἄρα αἱ ΒΘ ἴσαι εἰσὶ δέκα τῆς ΒΓ. εἴκοσι δὲ ἡ ΔΗ δέκα εἰσὶν αἱ ΔΜ, διπλῆ γὰρ ἡ ΔΜ τῆς ΔΗ· ὡς ἄρα δέκα αἱ ΒΓ πρὸς δέκα τὰς ΔΜ, τουτέστιν ὡς ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΔΜ, οὕτως ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν. καὶ ἔστιν ἡ μὲν ΒΓ ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ, ἡ δὲ ΔΜ ἡ τοῦ εἰκοσαέδρου πλευρά· καὶ ὡς ἄρα ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν οὕτως ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΔΜ, τουτέστιν ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν.

Prop. V. Theor.

Ostendendum vero est etiam, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, quam rationem habet ea quæ potest quadratum totius & quadratum majoris portionis ad eam quæ potest quadratum totius & quadratum minoris portionis, eandem habere cubi latus ad latus icosaedri.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ έ.

Δεικτέον δὴ, ὅτι καὶ εὐθείας ἡσδηποτοῦν τμηθείσης ἄκρον καὶ μέσον λόγον, ὃν λόγον ἔχει ἡ δυναμένη τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμήματος πρὸς τὴν δυναμένην τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος τμήματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν.

SIT circulus ΑΒ comprehendens & dodecaedri pentagonum & [per 2. 14.] icosaedri triangulum in eadem sphæra descriptorum, sumaturque circuli centrum Γ, & à Γ ducatur recta linea utcunque ΓΒ, & secetur extrema ac media ratione in Δ ita ut ΓΔ sit major portio: quare [per 5. & 9. 13.] ΓΔ est latus decagoni in eodem circulo descripti. exponatur [per 18. 13.] icosaedri latus Ε, dodecaedri Ζ, & cubi Η: ergo Ε est trianguli æquilateri latus, Ζ pentagoni in eodem circulo descripti, atque [per cor. 17. 13.] est Ζ ipsius Η major portio. & quoniam Ε est æqualis lateri trianguli æquilateri; trianguli autem æquilateri latus [per 12. 13.] est potentia triplum ipsius ΒΓ: ergo quadratum ex Ε quadrati ex ΒΓ est triplum. suntque [per 4. 13.] quadrata ex ΒΓ, ΒΔ quadrati ex ΓΔ tripla; & permutando igitur ut quadratum ex Ε ad quadrata ex ΓΒ, ΒΔ ita quadratum ex ΓΒ ad quadratum ex ΓΔ. sed [per 7. 14.] ut quadratum ex ΒΓ ad quadratum ex ΓΔ ita est quadratum ex Η ad quadratum ex Ζ, est enim [per 17. 13.] Ζ major portio ipsius Η: & igitur ut quadratum ex Ε ad quadrata ex ΓΒ, ΒΔ ita quadratum ex Η ad quadratum ex Ζ; & permutando invertendoque: ergo ut quadratum ex Η ad quadratum ex Ε ita quadratum ex Ζ ad quadrata ex ΓΒ, ΒΔ. quadrato autem ex Ζ æqualia sunt quæ ex ΒΓ, ΔΓ fiunt quadrata; etenim [per 10. 13.] latus pentagoni potest & hexagoni & decagoni latus: ut igitur quadratum ex Η ad quadratum ex



Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒ περιλαμβάνων τό, τε τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον καὶ τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Γ, καὶ προσεκβεβλήσθω τις ἀπὸ τοῦ Γ ὡς ἔτυχεν εὐθεῖα ἡ ΓΒ, καὶ τετμήσθω ἄκρον καὶ μέσον λόγον κατὰ τὸ Δ, καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα ἔστω ἡ ΓΔ· δεκαγώνου ἄρα ἐστὶ πλευρὰ ἡ ΓΔ εἰς τὸν αὐτὸν κύκλον ἐγγραφομένου. ἐκκείσθω δὴ εἰκοσαέδρου πλευρὰ ἡ Ε, δωδεκαέδρου δὲ ἡ Ζ, κύβου δὲ ἡ Η· ἡ μὲν ἄρα Ε τριγώνου ἰσοπλεύρου ἐστὶ πλευρὰ, ἡ δὲ Ζ πενταγώνου τοῦ εἰς τὸν αὐτὸν κύκλον ἐγγραφομένου, ἡ δὲ Ζ τῆς Η μεῖζόν ἐστι τμῆμα. καὶ ἐπεὶ ἡ Ε ἴση ἐστὶ τῇ τοῦ ἰσοπλεύρου πλευρᾷ, ἡ δὲ τοῦ τριγώνου τοῦ ἰσοπλεύρου πλευρὰ δυνάμει τριπλασία ἐστὶ τῆς ΒΓ· τριπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Ε τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΓ. ἔστι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ΒΓ, ΒΔ τριπλάσια τοῦ ἀπὸ ΓΔ· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ Ε πρὸς τὰ ἀπὸ ΓΒ, ΒΔ οὕτω τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΔ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΔ οὕτως ἐστὶ τὸ ἀπὸ Η πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ· μεῖζον γάρ ἐστι τμῆμα ἡ Ζ τῆς Η· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ Ε πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΒ, ΒΔ οὕτω τὸ ἀπὸ Η πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ, καὶ ἐναλλὰξ καὶ ἀνάπαλιν· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ Η πρὸς τὸ ἀπὸ Ε οὕτω τὸ ἀπὸ Ζ πρὸς τὰ ἀπὸ ΓΒ, ΒΔ. τῷ δὲ ἀπὸ Ζ ἴσα εἰσὶ τὰ ἀπὸ ΒΓ, ΔΓ, ἡ γὰρ τοῦ πενταγώνου πλευρὰ δύναται τήν τε τοῦ ἑξαγώνου πλευρὰν, καὶ τὴν τοῦ δεκαγώνου· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ Η πρὸς τὸ ἀπὸ Ε οὕτω

Ε οὕτω τὰ ἀπὸ ΒΓ, ΓΔ πρὸς τὰ ἀπὸ ΓΒ, ΒΔ. ὡς δὲ τὰ ἀπὸ ΒΓ, ΓΔ πρὸς τὰ ἀπὸ ΓΒ, ΒΔ, οὕτως, εὐθείας ἧς δήποτε ἄκρον καὶ μέσον λόγον τεμνομένης, τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμήματος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος τμήματος· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς Η πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Ε, οὕτως, εὐθείας ἧς δήποτε ἄκρον καὶ μέσον λόγον τεμνομένης, ἡ δυναμένη τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμήματος πρὸς τὴν δυναμένην τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος τμήματος. καὶ ἔστι ἡ μὲν Η κύβου πλευρά, ἡ δὲ Ε εἰκοσαέδρου.

Ἐὰν ἄρα εὐθεῖα ἄκρον καὶ μέσον λόγον τμηθῇ, ἔσται ὡς ἡ δυναμένη τὴν ὅλην καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὴν δυναμένην τὴν ὅλην καὶ τὸ ἔλασσον τμῆμα, οὕτως ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

E ita quadrata ex ΒΓ, ΓΔ ad quadrata ex ΓΒ, ΒΔ. sed [per 7.14.] ut quadrata ex ΒΓ, ΓΔ ad quadrata ex ΓΒ, ΒΔ, ita, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, quadratum totius & majoris portionis ad quadratum totius & minoris portionis: & igitur ut quadratum ex Η ad quadratum ex Ε, ita, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, quadratum totius & majoris portionis ad quadratum totius & minoris portionis. sed est Η quidem cubi latus, Ε vero icosaedri.

Si igitur recta linea extrema ac media ratione secetur, erit ut ea quæ potest totam & majorem portionem ad eam quæ potest totam & minorem portionem, ita cubi latus ad latus icosaedri in eadem sphæra descriptorum. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛʹ.

Δεικτέον δὲ νῦν, ὅτι ὡς ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου οὕτω τὸ στερεὸν τοῦ δωδεκαέδρου πρὸς τὸ στερεὸν τοῦ εἰκοσαέδρου.

Ἐπεὶ γὰρ ἴσοι κύκλοι περιλαμβάνουσι τό, τε τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον καὶ τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον, τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων· ἐν δὲ τῇ σφαίρᾳ οἱ ἴσοι κύκλοι ἴσον ἀπέχουσιν ἀπὸ τοῦ κέντρου, αἱ γὰρ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ τὰ τῶν κύκλων ἐπίπεδα κάθετοι ἀγόμεναι ἴσαι τε εἰσὶ καὶ ἐπὶ τὰ κέντρα τῶν κύκλων πίπτουσιν· ὥστε αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τοῦ περιλαμβάνοντος τό, τε τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον καὶ τὸ τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον ἴσαι εἰσί, τουτέστι, αἱ κάθετοι· ἰσοϋψεῖς ἄρα εἰσὶν αἱ πυραμίδες, αἱ βάσεις ἔχουσαι τὰ τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνα καὶ αἱ βάσεις ἔχουσαι τὰ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνα. αἱ δὲ ἰσοϋψεῖς πυραμίδες πρὸς ἀλλήλας εἰσὶν ὡς αἱ βάσεις· ὡς ἄρα τὸ πεντάγωνον πρὸς τὸ τρίγωνον οὕτως ἡ πυραμίς, ἧς βάσις μέν ἐστι τὸ τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον κορυφὴ δὲ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας, πρὸς τὴν πυραμίδα, ἧς βάσις μέν ἐστι τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον κορυφὴ δὲ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας· καὶ ὡς ἄρα δώδεκα πεντάγωνα πρὸς εἴκοσι τρίγωνα οὕτω δώδεκα πυραμίδες πενταγώνους βάσεις ἔχουσαι πρὸς εἴκοσι πυραμίδας τριγώνους βάσεις ἐχούσας. καὶ δώδεκα πεντάγωνα ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνειά ἐστιν, εἴκοσι δὲ τρίγωνα ἡ τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειά ἐστιν· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν οὕτω δώδεκα πυραμίδες πενταγώνους βάσεις ἔχουσαι πρὸς εἴκοσι πυραμίδας τριγώνους βάσεις ἐχούσας. καὶ εἰσὶ δώδεκα μὲν πυραμίδες πενταγώνους βάσεις ἔχουσαι τὸ στερεὸν τοῦ δωδεκαέδρου, εἴκοσι δὲ πυραμίδες τριγώνους βάσεις ἔχουσαι τὸ στερεὸν τοῦ εἰκοσαέδρου· καὶ ὡς ἄρα ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου οὕτω τὸ στερεὸν τοῦ δωδεκαέδρου πρὸς τὸ στερεὸν τοῦ εἰκοσαέδρου. ὡς δὲ ἐπιφάνεια τοῦ δωδεκαέδρου

Prop. VI. Theor.

Ostendendum vero nunc est, ut latus cubi ad icosaedri latus ita esse dodecaedri solidum ad solidum icosaedri.

Quoniam enim [per 2.14.] æquales circuli comprehendunt & dodecaedri pentagonum & icosaedri triangulum in eadem sphæra descriptorum: in sphæris autem æquales circuli æqualiter à centro distant; nam quæ à centro sphæræ ad plana circulorum perpendiculares ducuntur & æquales sunt & in centra circulorum cadunt; ergo quæ à centro sphæræ ducuntur ad centra circulorum, quæ comprehendunt dodecaedri pentagonum & icosaedri triangulum, æquales sunt, videlicet perpendiculares ipsæ; itaque & pyramides, quæ bases habent dodecaedri pentagona & icosaedri triangula, æquealtæ sunt. pyramides autem æquealtæ [per 5. & 6.12.] inter se sunt ut bases: ut igitur pentagonum ad triangulum ita pyramis, cujus basis est dodecaedri pentagonum & vertex centrum sphæræ, ad pyramidem, cujus basis est icosaedri triangulum vertex autem sphæræ centrum, ergo & ut duodecim pentagona ad viginti triangula ita duodecim pyramides, pentagonales bases habentes, ad viginti pyramides quæ triangulares habent bases. sed duodecim pentagona sunt dodecaedri superficies, & viginti triangula superficies icosaedri: est igitur ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita duodecim pyramides, pentagonales bases habentes, ad viginti pyramides, quæ triangulares bases habent. & duodecim pyramides, pentagonales bases habentes, sunt dodecaedri solidum; viginti autem pyramides, quæ triangulares habent bases, sunt solidum icosaedri: quare & ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita solidum dodecaedri ad icosaedri solidum. ut autem dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita ostensum est [ad 4. 14.] esse latus cubi ad icosaedri latus: & igitur ut latus cubi ad icosaedri latus ita dodecaedri solidum ad solidum icosaedri.

πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ εἰκοσαέδρου οὕτως ἐδείχθη ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν· καὶ ὡς ἄρα ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευρὰν οὕτω τὸ στερεὸν τοῦ δωδεκαέδρου πρὸς τὸ στερεὸν τοῦ εἰκοσαέδρου.

Prop. VII. Theor.

Deinde vero, si duæ rectæ lineæ extrema ac media ratione sectæ fuerint, in subjecta eas esse analogia, ita demonstrabimus.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

Καὶ ἑξῆς, ὅτι ἐὰν δύο εὐθεῖαι ἄκρον καὶ μέσον λόγον τμηθῶσιν, ἐν ἀναλογίᾳ εἰσὶ τῇ ὑποκειμένῃ, δείξομεν οὕτως.

Secetur enim ΑΒ extrema ac media ratione in Γ, & ejus major portio sit ΑΓ; & similiter ΔΕ extrema ac media ratione secetur in Ζ, ut ΔΖ sit ejus portio major: dico ut tota ΑΒ ad majorem portionem ΑΓ ita esse totam ΔΕ ΔΖ majorem portionem.

Τετμήσθω γὰρ ἡ μὲν ΑΒ εὐθεῖα ἄκρον καὶ μέσον λόγον κατὰ τὸ Γ, μεῖζον δὲ τμῆμα αὐτῆς ἔστω ἡ ΑΓ· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΔΕ ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμήσθω κατὰ τὸ Ζ, καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα αὐτῆς ἔστω ἡ ΔΖ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς ὅλη ἡ ΑΒ πρὸς τὸ μεῖζον τμῆμα τὸ ΑΓ οὕτως ὅλη ἡ ΔΕ πρὸς τὸ μεῖζον τμῆμα τὸ ΔΖ.



Quoniam enim [per 17. 6.] rectangulum quidem sub ΑΒ, ΒΓ est æquale quadrato ex ΑΓ; rectangulum vero sub ΔΕ, ΕΖ æquale quadrato ex ΔΖ: erit ut rectangulum sub ΑΒ, ΒΓ ad quadratum ex ΑΓ ita rectangulum sub ΔΕ, ΕΖ ad quadratum ex ΔΖ: quare etiam [per 15. 5.] ut rectangulum quod quater continetur sub ΑΒ, ΒΓ ad quadratum ex ΑΓ ita quod quater continetur sub ΔΕ, ΕΖ ad quadratum ex ΔΖ. componendoque ut rectangulum quod quater continetur sub ΑΒ, ΒΓ una cum quadrato ex ΑΓ ad quadratum ex ΑΓ ita quod quater continetur sub ΔΕ, ΕΖ una cum quadrato ex ΔΖ ad quadratum ex ΔΖ. ergo etiam [per 8.2.] ut quadratum ex utraque simul ΑΒ, ΒΓ ad quadratum ex ΑΓ ita quadratum ex utraque simul ΔΕ, ΕΖ ad quadratum ex ΔΖ: quare [per 22. 6.] & longitudine; sc. ut utraque simul ΑΒ, ΒΓ ad ΑΓ ita utraque simul ΔΕ, ΕΖ ad ΔΖ: unde componendo ut utraque simul ΑΒ, ΒΓ una cum ΑΓ ad ΑΓ, hoc est duæ ΑΒ ad ΑΓ, ita utraque simul ΔΕ, ΕΖ una cum ΔΖ ad ΔΖ, hoc est duæ ΔΕ ad ΔΖ: pariterque antecedentium dimidia; videlicet ut ΑΒ ad ΑΓ ita ΔΕ ad ΔΖ. quod erat demonst.

Ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ὑπὸ ΑΒ, ΒΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΑΓ, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΕ, ΕΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΔΖ· ἔστι δὲ ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ οὕτως τὸ ὑπὸ ΔΕ, ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΖ· καὶ ὡς τὸ τετράκις ἄρα ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ ἐστὶν οὕτω τὸ τετράκις ὑπὸ ΔΕ, ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΖ. καὶ συνθέντι ἐστὶν ὡς τὸ τετράκις ὑπὸ ΑΒ, ΒΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ οὕτω τὸ τετράκις ὑπὸ ΔΕ, ΕΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΔΖ πρὸς τὸ ΔΖ· ὥστε καὶ ὡς τὸ ἀπὸ συναμφοτέρου ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ οὕτω τὸ ἀπὸ συναμφοτέρου ΔΕ, ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΖ· καὶ μήκει, ὡς συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ πρὸς τὴν ΑΓ οὕτω συναμφότερος ἡ ΔΕ, ΕΖ πρὸς ΔΕ· συνθέντι ἄρα ὡς συναμφότεροι αἱ ΑΒ, ΒΓ μετὰ τῆς ΑΓ πρὸς τὴν ΑΓ οὕτω συναμφότεροι αἱ ΔΕ, ΕΖ μετὰ τῆς ΔΖ πρὸς τὴν ΔΖ, τουτέστι δύο αἱ ΔΕ πρὸς ΔΖ· καὶ τῶν ἡγουμένων τὰ ἡμίση, τουτέστι ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΑΓ οὕτως ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΔΖ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Corollarium.

Itaque hoc [ad 5. 14.] demonstrato; videlicet, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, quam rationem habet ea quæ potest quadratum totius & majoris portionis ad eam quæ potest quadratum totius & minoris portionis, eandem habere cubi latus ad latus icosaedri. atque hoc etiam demonstrato [ad 5.14.] ut latus cubi ad icosaedri latus, ita esse dodecaedri superficiem ad superficiem icosaedri in eadem sphæra descriptorum: & insuper hoc [ad 6. 14.] cognito, ut dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri ita esse dodecaedrum ad ipsum icosaedrum; propterea quod idem cir-

Πόρισμα.

Δεδειγμένου τοῦδε, ὅτι, εὐθείας ἧσδηποτοῦν ἄκρον καὶ μέσον λόγον τμηθείσης, ὃν λόγον ἡ δυναμένη τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμήματος πρὸς τὴν δυναμένην τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τοῦ ἐλάσσονος τμήματος, τοῦτον ἔχει ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν. δεδειγμένου δὴ τοῦδε, ὅτι ὡς ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν, οὕτως ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων· προσεπηνεγμένου δὲ καὶ τοῦδε, ὅτι ὡς ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιφάνειαν οὕτως καὶ αὐτὸ τὸ δωδεκάεδρον πρὸς τὸ εἰκοσάεδρον, διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κύ-

κλου

κλου περιλαμβάνεσθαι τό, τε τοῦ δωδεκαέδρου πεντάγωνον καὶ τὸ τοῦ εἰκοσαέδρου τρίγωνον· δῆλον ὅτι ἐὰν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφῇ δωδεκάεδρόν τε καὶ εἰκοσάεδρον, λόγον ἕξουσιν εὐθείας οἱασδηποτοῦν ἄκρον καὶ μέσον λόγον τμηθείσης ἡ δυναμένη τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμήματος πρὸς τὴν δυναμένην τὸ ἀπὸ τῆς ὅλης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος τμήματος.

[Τούτων δὴ πάντων γνωρίμων ἡμῖν γενομένων, δῆλον ὅτι ἐὰν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφῇ δωδεκάεδρον καὶ εἰκοσάεδρον, τὸ δωδεκάεδρον πρὸς τὸ εἰκοσάεδρον λόγον ἕξει ὃν εὐθείας οἱασδηποτοῦν ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμημένης ἡ δυναμένη τὴν ὅλην καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὴν δυναμένην ὅλην καὶ ἔλαττον τμῆμα.

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς τὸ δωδεκάεδρον πρὸς τὸ εἰκοσάεδρον οὕτως ἡ τοῦ δωδεκαέδρου ἐπιφάνεια πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου, τουτέστιν ὡς ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου πλευράν· ὡς δὲ ἡ τοῦ κύβου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου, οὕτως ἐστὶν, εὐθείας ἧς δηποτοῦν ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμημένης, ἡ δυναμένη τὴν ὅλην καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὴν δυναμένην τὴν ὅλην καὶ τὸ ἔλαττον τμῆμα· ὡς ἄρα τὸ δωδεκάεδρον πρὸς τὸ εἰκοσάεδρον τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, οὕτως, εὐθείας ἧς δηποτοῦν ἄκρον καὶ μέσον λόγον τετμημένης, ἡ δυναμένη τὴν ὅλην καὶ τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὴν δυναμένην τὴν ὅλην καὶ τὸ ἔλαττον τμῆμα.]

culus comprehendit & dodecaedri pentagonum & icosaedri triangulum: constat, si in ipsa sphæra describatur & dodecaedrum & icosaedrum, eandeminter se rationem habere, quam, si recta linea extrema ac media ratione secetur, habet ea quæ potest quadratum totius & majoris portionis ad eam quæ potest quadratum totius ac minoris portionis.

[Istis ergo omnibus jam notis, patet, si eidem sphæræ inscribantur dodecaedrum & icosaedrum, eam rationem habere dodecaedrum ad icosaedrum, quam, si recta quævis extrema ac media ratione secetur, ea quæ potest totam & portionem majorem ad illam quæ totam & minorem portionem potest.

Quoniam enim est [per 5.14.] ut dodecaedrum ad icosaedrum ita dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri, hoc est ita latus cubi ad icosaedri latus; ut autem latus cubi ad icosaedri latus, ita, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, potens quadratum totius & majoris portionis ad eam quæ potest quadratum totius & minoris portionis: ergo ut dodecaedrum ad icosaedrum, quæ in eadem sphæra describuntur, ita, qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, potens quadratum totius & majoris portionis ad eam quæ potest quadratum totius & minoris portionis.]

Cuncta autem ista uncis conclusa rectius omitti possunt: etsi in omnibus quidem *Codicibus Græcis* reperiantur.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ,

ΚΑΙ ΣΤΕΡΕΩΝ ΠΕΜΠΤΟΝ,

ΩΣ ΟΙΟΝΤΑΙ ΤΙΝΕΣ,

Ὡς ἄλλοι δὲ, ΥΨΙΚΛΕΟΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ περὶ τῶν ε΄. σωμάτων δεύτερον.

EUCLIDIS,

UT QUIDAM ARBITRANTUR,

ELEMENTORUM

LIBER DECIMUSQUINTUS,

QUI ET SOLIDORUM QUARTUS,

Aut, *verius* juxta alios, HYPSICLIS ALEXANDRINI de Quinque Corporibus Liber secundus.

Prop. I. Probl.

In dato cubo * pyramidem describere.

SIT datus cubus ΑΒΓΔΕΖΗΘ, in quo oporteat pyramidem describere. jungantur ΑΓ, ΑΕ, ΓΕ, ΑΘ, ΕΘ, ΘΓ. itaque perspicuum est triangula ΑΕΓ, ΑΘΕ, ΑΘΓ, ΓΘΕ æquilatera esse; quadratorum enim diametri sunt eorum latera: pyramis igitur est ΑΕΓΘ [per 26. def. 11.] & descripta est in dato cubo. quod erat faciendum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Εἰς τὸν δοθέντα κύβον πυραμίδα ἐγγράψαι.

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κύβος ὁ ΑΒΓΔΕΖΗΘ, εἰς ὃν δεῖ πυραμίδα ἐγγράψαι. ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΑΕ, ΓΕ, ΑΘ, ΕΘ, ΘΓ. φανερὸν δὴ ὅτι τὰ ΑΕΓ, ΑΘΕ, ΑΘΓ, ΓΘΕ τρίγωνα ἰσόπλευρά ἐστι, τῶν τετραγώνων γάρ εἰσι διάμετροι αἱ πλευραί· πυραμὶς ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΕΓΘ, καὶ ἐγγέγραπται εἰς τὸν δοθέντα κύβον. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. II. Probl.

In data pyramide octaedrum describere.

SIT data pyramis ΑΒΓΔ, cujus latera secentur bifariam in punctis Ε, Ζ, Η, Θ, Κ, Λ, atque jungantur ΘΚ, ΘΛ, ΕΖ, ΖΗ & reliquæ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β΄.

Εἰς τὴν δοθεῖσαν πυραμίδα ὀκτάεδρον ἐγγράψαι.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα πυραμὶς ἡ ΑΒΓΔ, καὶ τετμήσθω δίχα τοῖς Ε, Ζ, Η, Θ, Κ, Λ σημείοις, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΘΚ, ΘΛ, ΕΖ, ΖΗ καὶ αἱ λοιπαί.

* Sive potius *tetraedron*, quod & in sequentibus intelligendum est.

* καὶ ἐπεὶ ἡ ΑΒ διπλῆ ἐστιν ἑκατέρας τῆς ΘΚ, ΗΖ, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΘΚ τῇ ΗΖ καὶ παράλληλος. ὁμοίως καὶ ἡ ΘΗ τῇ ΖΚ ἴση τέ ἐστι καὶ παράλληλος· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΘΚΖΗ. λέγω ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. ἐὰν γὰρ ἀπὸ τῆς ΚΑ κάθετοι ἀχθῶσιν ἐπὶ τὰ ἐπίπεδα τὰ ΕΖΒΗ, ΖΓΕΗ, ΕΖΘΗ, ΘΚΖΗ, ὁμοίως δείξομεν τὰ ἐπὶ τοῦ ΘΚΖΗ τετραγώνου ἰσόπλευρα. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.



* quoniam igitur ΑΓ dupla est utriusque ΘΚ, ΗΖ, erit ΘΚ ipsi ΗΖ æqualis & parallela. similiter & ΘΗ æqualis & parallela ipsi ΖΚ: æquilaterum igitur est ΘΚΖΗ. dico & rectangulum esse. si enim ab ipsa ΚΛ perpendiculares ducantur ad plana ΕΖΒΗ, ΖΓΕΗ, ΕΖΘΗ, ΘΚΖΗ, similiter demonstrabimus quæ in quadrato ΘΚΖΗ æquilatera esse. quod erat faciendum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γʹ.

Εἰς τὸν δοθέντα κύβον ὀκτάεδρον ἐγγράψαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύβος ὁ ΑΒΓΔΕΖΗΘ, καὶ εἰλήφθω τὰ κέντρα ἐφεστώτων τετραγώνων τὰ Κ, Λ, Μ, Ν· λέγω ὅτι τὸ ΚΛΜΝ τετράγωνόν ἐστιν. ἤχθωσαν γὰρ διὰ τῶν Κ, Λ, Μ, Ν σημείων τῶν ΔΑ, ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ παράλληλοι αἱ ΠΟ, ΟΞ, ΞΤ, ΤΠ. ἐπεὶ οὖν διπλῆ ἐστιν ἡ ΠΟ τῆς ΟΚ, ἡ δὲ ΞΟ τῆς ΟΛ, ἴση ἡ ΠΟ τῇ ΞΟ, διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΟΚ τῇ ΟΛ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΚΛ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΟΛ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ἀπὸ ΜΛ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΛΞ· ἴσον ἄρα τὸ ἀπὸ ΚΛ τῷ ἀπὸ ΜΛ, καὶ ἡ ΚΛ τῇ ΜΛ· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΛΜΝ. καὶ φανερὸν ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. εἰλήφθω τῶν ΒΔ, ΕΗ δύο τετράγωνα, καὶ τὰ κέντρα τὰ Ρ, Σ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΡΚ, ΡΛ, ΡΜ, ΡΝ, ΣΚ, ΣΛ, ΣΜ, ΣΝ. καὶ φανερὸν ὅτι ἰσόπλευρά ἐστι τὰ περιέχοντα τὸ ὀκτάεδρον τρίγωνα· τῷ γὰρ αὐτῷ λόγῳ ἀποδείξομεν. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. III. Probl.

In dato cubo octaedrum describere.

Sit datus cubus ΑΒΓΔΕΖΗΘ, & sumantur centra insistentium quadratorum Κ, Λ, Μ, Ν: dico ΚΛΜΝ quadratum esse. ducantur enim per Κ, Λ, Μ, Ν ipsis ΔΑ, ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ parallelæ ΠΟ, ΟΞ, ΞΤ, ΤΠ. quoniam igitur ΠΟ quidem dupla est ipsius ΟΚ, & ΞΟ dupla ipsius ΟΛ, suntque æquales ΠΟ, ΟΞ; erunt & ΟΚ, ΟΛ inter se æquales: quadratum igitur ex ΚΛ [per 47. 1.] duplum est quadrati ex ΟΛ. eadem ratione & quadratum ex ΜΛ duplum est quadrati ex ΛΞ: ergo quadratum ex ΚΛ quadrato ex ΜΛ est æquale, & ipsa ΚΛ ipsi ΜΛ æqualis: æquilaterum igitur est ΚΛΜΝ. & constat etiam illud rectangulum esse. sumantur duo quadrata ΒΔ, ΕΗ, ipsorumque centra Ρ, Σ; atque jungantur ΡΚ, ΡΛ, ΡΜ, ΡΝ, ΣΚ, ΣΛ, ΣΜ, ΣΝ. perspicuum est æqualia triangula, quæ octaedrum efficiunt, æquilatera esse; hoc enim eadem ratione demonstrabimus. quod erat faciendum.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ δʹ.

Εἰς τὸ δοθὲν ὀκτάεδρον κύβον ἐγγράψαι.

Εἰλήφθω τῶν περὶ τὰ ΑΒΓ, ΑΓΔ, ΑΒΕ, ΑΔΕ τρίγωνα κύκλων τὰ κέντρα τὰ Θ, Λ, Η, Κ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΘ, ΗΚ, ΛΚ, ΛΘ· λέγω ὅτι ΗΘΚΛ τετράγωνόν ἐστιν. ἤχθωσαν διὰ τῶν Η, Θ, Κ, Λ, ταῖς ΕΒ, ΒΓ, ΓΔ, ΔΕ παράλληλοι αἱ

Prop. IV. Probl.

In dato octaedro cubum describere.

Sumantur [per 5. 4.] centra circulorum qui sunt circa triangula ΑΒΓ, ΑΓΔ, ΑΒΕ, ΑΔΕ, quæ sint Θ, Λ, Η, Κ; atque ΗΘ, ΗΚ, ΛΚ, ΛΘ jungantur: dico ΗΘΚΛ quadratum esse. ducantur per Η, Θ, Κ, Λ ipsis ΕΒ, ΒΓ, ΓΔ, ΔΕ paral-

* Universus hic liber decimus quintus corruptissimus est. Verum licet demonstrationis modus abhorreat ab illo Veterum castigatissimo, in aliis propositionibus res aliquo saltem modo conficitur; in hac vero propositione quæ sequuntur propositum nullo modo attingunt. liceat igitur breviter ostendere per constructionem prædictam octaedrum in tetraedro esse descriptum. Quoniam ΔΑ & ΔΓ bisecantur in Κ & Θ, patet [ex 4. 6.] ΚΘ esse æqualem dimidiæ ipsius ΑΓ; eadem ratione ΘΛ æqualis est dimidiæ ipsius ΓΒ, item ΚΕ & ΛΗ dimidiæ ipsius ΔΓ æquales: similiter ΘΕ æqualis est dimidiæ ipsius ΑΔ, item ΘΗ dimidiæ ipsius ΔΒ, & ΕΗ dimidiæ ipsius ΑΒ: pariterque ΚΛ, ΛΖ & ΖΚ sunt æquales dimidiis ipsarum ΑΒ, ΑΔ & ΔΒ. Sed [per 26. def. 11.] sex tetraedri latera ΑΒ, ΒΔ, ΔΑ, ΑΓ, ΓΒ, ΓΔ sunt inter se æqualia; igitur & rectæ ΘΚ, ΘΛ, ΘΕ, ΘΗ, ΘΓ, ΖΕ, ΖΚ, ΖΗ, ΖΛ, ΗΛ, ΕΚ, ΕΗ sunt inter se æquales. unumquodque igitur triangulorum ΘΚΛ, ΘΚΕ, ΘΕΗ, ΘΗΛ, ΖΕΗ, ΖΕΚ, ΖΚΛ, ΖΛΗ est æquilaterum: solidum igitur ΘΚΕΖΗΛ est octaedrum, cujus sex anguli solidi Θ, Κ, Ε, Ζ, Η, Λ sunt in mediis punctis sex laterum dati tetraedri. quod erat demonstrandum.

lelæ

lelæ MO, MN, NΞ, ΞO. quoniam igitur æquilaterum est ABΓ triangulum, recta linea quæ à puncto A ducitur ad Θ centrum circuli circa triangulum ABΓ descripti bifariam secat angulum ad A trianguli ABΓ: æqualis igitur est [per 4. 1.] NΘ ipsi MΘ. eadem ratione & MH est æqualis HO. quoniam autem MN est æqualis MO & MO ipsi OΞ; erit igitur & NΘ æqualis MH, & ΘM ipsi HO & MH ipsi OK. suntq; anguli ΘMH, HOK recti: ergo [per 4. 1.] HΘ ipsi HK est æqualis. eadem ratione & reliquæ æquales erunt. cum igitur parallelogrammum sit HΘKΛ [per 7. 11.] in uno erit plano. & cum uterque angulorum MHΘ, OHK sit dimidius recti, reliquus ΘHK [per 13. 1.] rectus erit; similiter & reliqui: quadratum igitur est HΘΛK. possumus autem à principio sumentes centra H, Θ, K, Λ, ducentesque parallelas MN, NΞ, ΞO, OM jungere HΘ, ΘΛ, ΛK, KH, & dicere HΘKΛ quadratum esse. quod si sumentes reliquorum triangulorum centra, ipsa jungamus; ostendentur & reliqua quadrata esse, habebimusque in dato octaedro descriptum cubum. quod erat faciendum.



MO, MN, NΞ, ΞO. ἐπεὶ οὖν ἰσόπλευρόν ἐστι τὸ ABΓ τρίγωνον, ἡ ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὸ Θ κέντρον τοῦ περὶ τὸ ABΓ τρίγωνον κύκλου δίχα τέμνει τὴν πρὸς τῷ A τοῦ ABΓ τριγώνου· ἴση ἄρα ἡ NΘ τῇ MΘ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἴση ἐστὶ καὶ ἡ MH τῇ HO. ἐπειδὴ δὲ ἡ MN τῇ MO, καὶ ἡ MO τῇ OΞ ἐστιν ἴση· ἴση ἄρα καὶ ἡ NΘ τῇ MH, καὶ ἡ ΘM τῇ HO καὶ ἡ MH τῇ OK. αἱ δὲ ὑπὸ ΘMH, καὶ HOK ὀρθαί· ἐξ οὗ φανερὸν ὅτι ἡ HΘ ἴση ἐστὶ τῇ HK. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ αἱ λοιπαί. ἐπεὶ οὖν παραλληλόγραμμόν ἐστι τὸ HΘKΛ, ἐν ἑνί ἐστιν ἐπιπέδῳ. καὶ ἐπεὶ ἥμισύ ἐστιν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ MHΘ, OHK ὀρθῆς, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΘHK ὀρθή ἐστιν. ὁμοίως καὶ αἱ λοιπαί· τετράγωνον ἄρα ἐστὶ τὸ HΘKΛ. δυνάμεθα δὲ τὰ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνοντες τὰ H, Θ, K, Λ κέντρα, καὶ παραλλήλους ἀγαγόντες τὰς MN, NΞ, ΞO, OM ἐπιζεῦξαι τὰς HΘ, ΘΛ, ΛK, KH, καὶ εἰπεῖν τὸ HΘKΛ τετράγωνον. ἐὰν δὴ λάβωμεν καὶ τῶν λοιπῶν τριγώνων τὰ κέντρα καὶ ἐπιζεύξωμεν καὶ τὰ αὐτά, δείξομεν τὰ λοιπὰ τετράγωνα, καὶ ἕξομεν εἰς τὸ δοθὲν ὀκτάεδρον κύβον ἐγγεγραμμένον. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

Prop. V. Probl.

In dato icosaedro dodecaedrum describere.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε΄.

Εἰς τὸ δοθὲν εἰκοσάεδρον δωδεκάεδρον ἐγγράψαι.

Exponatur pentagonum icosaedri ABΓΔE, & [per 5. 4.] sumantur centra circulorum qui sunt circa triangula AZE, AZB, BZΓ, ΓZΔ, ΔZE, videlicet H, Θ, K, Λ, M, junganturque HΘ, ΘK, KΛ, ΛM, MH: & rursus junctæ ZH, ZΘ, ZK producantur ad puncta Ξ, N, O, & ita rectas lineas EA, AB, BΓ in Ξ, N, O punctis bifariam secabunt, atque erit [per 4. 6] ut NΞ ad NO ita HΘ ad ΘK; æqualis igitur est & HΘ ipsi ΘK. similiter autem & reliqua pentagoni HΘKΛM latera æqualia ostendentur. dico & æquiangulum esse. quonam enim duæ NΞ, NO parallelæ duabus HΘ, ΘK æquales angulos continent; & reliqua manifesta sunt. intelligatur à puncto Z



Ἐκκείσθω πεντάγωνον τοῦ εἰκοσαέδρου τὸ ABΓΔE, καὶ τὰ κέντρα τῶν κύκλων τῶν περὶ τὰ AZE, AZB, BZΓ, ΓZΔ, ΔZE τρίγωνα, τὰ H, Θ, K, Λ, M, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ HΘ, ΘK, KΛ, ΛM, MH· καὶ πάλιν ἐπιζευχθεῖσαι αἱ ZH, ZΘ, ZK ἐκβεβλήσθωσαν ἐπὶ τὰ Ξ, N, O, δίχα δὴ τμηθήσονται αἱ EA, AB, BΓ, τοῖς Ξ, N, O σημείοις, καὶ ὡς ἡ NΞ πρὸς NO οὕτως ἡ HΘ πρὸς ΘK· ἴση ἄρα καὶ ἡ HΘ τῇ ΘK. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ HΘKΛM πενταγώνου πλευραὶ ἴσαι δειχθήσονται. λέγω ὅτι καὶ ἰσογώνιον. ἐπεὶ γὰρ δύο αἱ NΞ, NO παρὰ δύο τὰς HΘ, ΘK ἴσας γωνίας περιέχουσι, καὶ τὰ λοιπὰ φανερά. νενοήσθω ἀπὸ τοῦ Z ἐπὶ τὸ τοῦ

ABΓ

ΑΒΓΔΕ πενταγώνου ἐπίπεδον κάθετος ἤχθω, ἥτις πεσεῖται ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ περὶ τὸ πεντάγωνον κύκλου. ἐὰν δὴ ἀπὸ τοῦ Ν ἐπὶ τὸ σημεῖον, καθ' ὃ συμβάλλει ἡ ἀπὸ τοῦ Ζ κάθετος, ἐπιζεύξωμεν, καὶ διὰ τοῦ Θ παράλληλον αὐτῇ ἀγάγωμεν, φανερὸν ὅτι συμβάλλει τῇ ἀπὸ τοῦ Ζ καθέτῳ, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Θ παράλληλος ὀρθὴν γωνίαν περιέξει μετὰ τῆς ἀπὸ τοῦ Ζ καθέτου. πάλιν, ἐὰν ἐπιζεύξωμεν ἀπὸ τῶν Ξ, Ο ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ περὶ τὸ ΑΒΓΔΕ πεντάγωνον κύκλου, καὶ ἐπὶ τὸ σημεῖον, καθ' ὃ συμβάλλει ἡ ἀπὸ τοῦ * Θ τῇ ἀπὸ τοῦ Ζ πρὸς τὰ Η, Κ, φανερὸν ὅτι ἡ ἐπιζευγνυμένη ὀρθὰς περιέξει μετὰ τῆς αὐτῆς. ἐξ οὗ φανερὸν ὅτι ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ ἐστὶ τὸ ΗΘΚΛΜ πεντάγωνον.

ad planum pentagoni ΑΒΓΔΕ ducta perpendicularis, quæ cadet in centrum circuli circa pentagonum descripti. si igitur à puncto Ν ad punctum, in quod dicta perpendicularis cadit, rectam lineam ducamus, & per Θ ducamus ipsi parallelam; perspicuum est hanc perpendiculari à Ζ occurrere, & parallelam per Θ rectum angulum continere cum perpendiculari. rursus, si à punctis Ξ, Ο ad centrum circuli circa pentagonum ΑΒΓΔΕ descripti rectas lineas jungamus; & à puncto, in quo linea per Θ ducta occurrit perpendiculari ex Ζ, ad Η, Κ puncta rectas lineas ducamus: manifestum est ipsas cum dicta perpendiculari rectos angulos continere. ex quo perspicue constat pentagonum ΗΘΚΛΜ esse in uno plano.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛʹ.

Τῶν πέντε σωμάτων τὰς πλευρὰς καὶ γωνίας ἐξευρεῖν.

Δεῖ εἰδέναι ἡμᾶς, ὅτι ἐάν τις ἐρεῖ ἡμῖν πόσας πλευρὰς ἔχει τὸ εἰκοσάεδρον, φήσομεν οὕτως. φανερὸν ὅτι ὑπὸ εἴκοσι τριγώνων περιέχεται τὸ εἰκοσάεδρον, καὶ ὅτι ἕκαστον τρίγωνον ὑπὸ τριῶν εὐθειῶν περιέχεται· δεῖ οὖν ἡμᾶς πολλαπλασιάσαι τὰ εἴκοσι τρίγωνα ἐπὶ τὰς πλευρὰς τοῦ τριγώνου, γίνεται δὲ ἑξήκοντα, ὧν ἥμισυ γίνεται τριάκοντα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ δωδεκαέδρου. ἐπεὶ δὲ δώδεκα πεντάγωνα περιέχουσι τὸ δωδεκάεδρον, πάλιν δὲ ἕκαστον πεντάγωνον ἔχει πέντε εὐθείας, ποιοῦμεν δωδεκάκις πέντε, καὶ γίνονται ἑξήκοντα· πάλιν τὸ ἥμισυ γίνεται τριάκοντα. διὰ τόδε ἥμισυ ποιοῦμεν, ἐπειδὴ ἑκάστη πλευρά, κἄν τε ᾖ τρίγωνον ἢ πεντάγωνον ἢ τετράγωνον, ὡς ἐπὶ κύβου, ἐκ δευτέρου λαμβάνεται. ὁμοίως δὲ τῇ αὐτῇ μεθόδῳ καὶ ἐπὶ κύβου καὶ ἐπὶ τῆς πυραμίδος καὶ τοῦ ὀκταέδρου τὰ αὐτὰ ποιήσας εὑρήσεις τὰς πλευράς.

Εἰ δὲ βουληθείης πάλιν ἑκάστου τῶν πέντε σχημάτων εὑρεῖν τὰς γωνίας, πάλιν τὰ αὐτὰ ποιήσας, μέριζε παρὰ τὰ ἐπίπεδα τὰ περιέχοντα μίαν γωνίαν τοῦ στερεοῦ· οἷον, ἐπειδὴ τὴν τοῦ εἰκοσαέδρου γωνίαν περιέχουσι εʹ τρίγωνα, μέριζε παρὰ τὰς εʹ, γίνονται δώδεκα γωνίαι τοῦ εἰκοσαέδρου. ἐπεὶ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τρία πεντάγωνα περιέχουσι τὴν γωνίαν, μέριζε παρὰ τὰ τρία, καὶ ἕξεις κʹ γωνίας οὔσας τοῦ δωδεκαέδρου. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν εὑρήσεις τὰς γωνίας.

Prop. VI. Probl.

Quinque figurarum latera & angulos invenire.

Oportet autem scire, si quis interroget nos quot latera icosaedrum habeat, ita respondendum esse. patet icosaedrum contineri sub viginti triangulis, & unumquodque triangulum sub tribus rectis lineis comprehendi: multiplicanda sunt igitur viginti triangula per numerum laterum trianguli; & fient sexaginta, cujus dimidium triginta. similiter autem & in dodecaedro: quoniam enim duodecim pentagona dodecaedrum continent, & unumquodque pentagonum habet quinque rectas lineas; conficientur decies quinque, & fient sexaginta, cujus rursus dimidium triginta: dimidium autem idcirco accipimus, quod singula latera (sive sit triangulum, sive pentagonum, sive quadratum, ut in cubo) bis sumantur. eadem methodo & ratione utentes, & in cubo, & in pyramide, & in octaedro latera inveniemus.

Si vero singularum quinque figurarum anguli inveniendi sint, rursus eadem facientes, partiemur per numerum planorum, quæ unum solidi angulum continent: ut quoniam icosaedri angulum continent quinque triangula; partiemur per quinque: erunt duodecim anguli in icosaedro. quoniam autem tria pentagona dodecaedri continent angulum; partiemur per tria, & habebimus angulos viginti in dodecaedro. similiter in reliquis figuris anguli invenientur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζʹ.

Τῶν ἐπιπέδων τῶν πέντε στερεῶν ἕκαστον περιεχόντων κλίσιν ἐξευρεῖν.

Ἐζητήθη πῶς ἐφ' ἑκάστου τῶν εʹ στερεῶν σχημάτων, ἑνὸς ἐπιπέδου τῶν περιεχόντων ὁποιουοῦν δοθέντος, εὑρίσκεται καὶ ἡ κλίσις, ἐν ᾗ κέκλιται πρὸς ἄλληλα τὰ περιέχοντα ἐπίπεδα ἕκαστον τῶν σχημάτων. ἡ δὲ εὕρεσις, ὡς Ἰσίδωρος ὁ ἡμέτερος ὑφηγήσατο μέγας διδάσκαλος, ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον. ὅτι μὲν ἐπὶ τοῦ κύβου

Prop. VII. Probl.

Planorum, quæ singulas quinque figuras continent, inclinationem invenire.

Quæsitum est quomodo, in unaquaque quinque solidarum figurarum, dato uno planorum continentium, inveniatur inclinatio planorum quæ ipsam continent. inventio autem, ut narravit Isidorus magnus præceptor noster, hoc modo se habet. in cubo quidem

* Ita restituimus ex conjectura. Prius erat τῇ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπιζευγνυμένη ὀρθή, ἣ περιέξει &c. nullo plane sensu.

plana, quæ ipsum continent, ad rectos inter se angulos inclinari manifestum est. in pyramide vero, exposito uno triangulo, centris quidem terminis unius lateris, intervallo autem recta linea, quæ à vertice trianguli ad basim perpendicularis ducitur, circumferentiæ descriptæ se mutuo secent; à sectione ad centra junctæ rectæ lineæ continebunt inclinationem planorum quæ pyramidem comprehendunt. at in octaedro, à latere trianguli descripto quadrato, & centris quidem terminis diametri quadrati, intervallo autem similiter perpendiculari, quæ à vertice trianguli ad basim ducitur, describantur circumferentiæ; atque rursus rectæ lineæ à communi sectione ad centra junctæ continebunt angulum, qui ex duobus rectis relinquitur, inclinationis ejus quam inquirimus. in icosaedro autem, à latere trianguli descripto pentagono, jungatur recta linea quæ duobus lateribus subtenditur, & centris quidem terminis ejus, intervalloque perpendiculari ipsius trianguli descriptis circumferentiis; rectæ lineæ à communi sectione ad centra junctæ continebunt similiter angulum, qui ex duobus rectis relinquitur, inclinationis planorum ipsius icosaedri. denique in dodecaedro, exposito uno pentagono, & juncta similiter recta linea quæ duobus lateribus subtenditur, centris quidem terminis ipsius, intervallo autem perpendiculari, quæ à bipartita sectione ad latus pentagoni parallelum ducitur, describantur circumferentiæ; & à puncto, in quo conveniunt, ad centra similiter junctæ rectæ lineæ continebunt angulum, reliquum ex duobus rectis, inclinationis planorum dodecaedri.

Hunc quidem vir ille clarissimus de prædictis sermonem habuit, cum demonstratio eorum sibi manifesta videretur: sed ut contemplatio demonstrativa perspicue appareat, sermonem in unoquoque explicabo; & primum in pyramide.

* INTELLIGATUR pyramis ΑΒΓΔ quatuor triangulis æquilateris contenta, cujus basis ΑΒΓ & vertex Δ punctum: secto autem latere ΑΔ bifariam in Ε, jungantur ΒΕ, ΕΓ. & quoniam æquilatera sunt ΑΔΒ, ΑΔΓ triangula, & bifariam secta est ΑΔ; erunt [per 8. 1.] ΒΕ, ΕΓ ad ipsam ΑΔ perpendiculares. dico angulum ΒΕΓ acutum esse. quoniam enim ΑΓ dupla est ipsius ΑΕ, erit quadratum ex ΑΓ quadrati ex ΑΕ quadruplum. sed [per 47. 1.] quadratum ex ΑΓ æquale est quadratis ex ΑΕ, ΕΓ, ex quibus quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΓΕ rationem habet quam 4 ad 3, atque est ΓΕ ipsi ΕΒ æqualis: quadratum igitur ex ΒΓ minus est quadratis ex ΒΕ, ΕΓ; ideoq; [per convers. 13. 2.] angulus ΒΕΓ est acutus. quoniam igitur duorum pla-



κατ' ὀρθὴν τέμνουσι γωνίαν τὰ περιέχοντα αὐτὴν ἐπίπεδα ἄλληλα, φανερόν. ἐπὶ δὲ τῆς πυραμίδος, ἐκτεθέντος ἑνὸς τριγώνου, κέντροις τοῖς πέρασι τῆς μιᾶς πλευρᾶς, διαστήματι δὲ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν καθέτῳ ἀγομένῃ, περιφέρειαι γραφεῖσαι τεμνέτωσαν ἀλλήλας· καὶ αἱ ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι περιέξουσι τὴν κλίσιν τῶν περιεχόντων τὴν πυραμίδα ἐπιπέδων. ἐπὶ δὲ τοῦ ὀκταέδρου ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ τριγώνου ἀναγραφέντος τετραγώνου, κέντροις τοῖς πέρασι τῆς διαγωνίου, διαστήματι δὲ ὁμοίως τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ, γεγράφθωσαν περιφέρειαι, καὶ πάλιν αἱ ἀπὸ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι περιέξουσι τὴν λείπουσαν εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς ἐπιζητουμένης κλίσεως. ἐπὶ δὲ τοῦ εἰκοσαέδρου ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ τριγώνου ἀναγραφέντος πενταγώνου, ἐπεζεύχθω ἡ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτείνουσα εὐθεῖα, καὶ κέντροις τοῖς πέρασιν αὐτῆς, διαστήματι δὲ τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ γραφεισῶν περιφερειῶν, αἱ ἀπὸ τῆς κοινῆς τομῆς ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζευγνύμεναι περιέξουσι τὴν λείπουσαν, ὁμοίως εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς κλίσεως τῶν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιπέδων. ἐπὶ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου, ἐκτεθέντος ἑνὸς πενταγώνου, ἐπιζευχθείσης ὁμοίως τῆς ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσης εὐθείας, κέντροις τοῖς πέρασιν αὐτῆς, διαστήματι δὲ τῇ ἀγομένῃ καθέτῳ ἀπὸ τῆς διχοτομίας αὐτῆς ἐπὶ τὴν παράλληλον αὐτῇ πλευρὰν τοῦ πενταγώνου γεγράφθωσαν περιφέρειαι, καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ σημείου καθ' ὃ συμβάλλουσιν ἀλλήλαις ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζευγνύμεναι ὁμοίως περιέξουσι τὴν λείπουσαν εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς κλίσεως τῶν ἐπιπέδων τοῦ δωδεκαέδρου.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ εἰρημένος εὐκλεέστατος ἀνὴρ τὸν περὶ τῶν εἰρημένων ἀποδέδωκε λόγον, σαφῶς ἐφ' ἑκάστου φαινομένης αὐτῷ τῆς ἀποδείξεως· ἐπὶ δὲ τὸ πρόδηλον γενέσθαι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀποδεικτικὴν θεωρίαν, τὸν λόγον ἐφ' ἑκάστου σαφηνιῶ· καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς πυραμίδος.

* ΝΕΝΟΗΣΘΩ πυραμὶς ὑπὸ τεσσάρων ἰσοπλεύρων τριγώνων περιεχομένη ἡ ΑΒΓΔ, οὗ ΑΒΓ βάσεως νοουμένου κορυφῆς δὲ τοῦ Δ· καὶ τμηθείσης τῆς ΑΔ πλευρᾶς δίχα κατὰ τὸ Ε, ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΕΓ. καὶ ἐπεὶ ἰσόπλευρά ἐστι τὰ ΑΔΒ, ΑΔΓ τρίγωνα, καὶ δίχα τέτμηται ἡ ΑΔ· αἱ ΒΕ, ΕΓ ἄρα κάθετοί εἰσιν ἐπὶ τὴν ΑΔ. λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΕΓ γωνία ὀξεῖά ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ διπλῆ ἐστιν ἡ ΑΓ τῆς ΑΕ, τετραπλάσιόν ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΕ. ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΕ, ΕΓ, ὧν τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΕ λόγον ἔχει ὃν δ' πρὸς γ', καί ἐστιν ἴση ἡ ΓΕ τῇ ΕΒ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΒΓ ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ ΒΕ, ΕΓ· ὀξεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΕΓ. ἐπεὶ οὖν δύο ἐπιπέδων

* Sequitur ipsius *Hypsiclis* demonstratio eorum quæ tradidit *Isidorus*.

τῆς

τῶν ΑΒΔ, ΑΔΓ κοινὴ τομή ἐστιν ἡ ΑΔ, καὶ τῇ κοινῇ τομῇ πρὸς ὀρθὰς εἰσιν εὐθεῖαι ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων ἠγμέναι αἱ ΒΕ, ΕΓ, καὶ ὀξεῖαν γωνίαν περιέχουσιν· ἡ ὑπὸ ΒΕΓ ἄρα γωνία ἡ κλίσις ἐστὶ τῶν ἐπιπέδων. καὶ ἔστι δεδομένη, δέδοται γὰρ ἡ ΒΓ πλευρὰ οὖσα τοῦ τριγώνου, καὶ ἑκατέρα τῶν ΕΒ, ΕΓ κάθετος οὖσα τοῦ ἰσοπλεύρου τριγώνου· κέντροις τοίνυν τοῖς Β, Γ, τουτέστι τοῖς πέρασι τῆς μιᾶς πλευρᾶς, διαστήματι δὲ τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ, γραφόμεναι περιφέρειαι τέμνουσιν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε σημεῖον, καὶ αἱ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰ Β, Γ ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι περιέξουσι τὴν κλίσιν τῶν ἐπιπέδων. τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰρημένον. καὶ ὅτι μὲν κέντροις τοῖς Β, Γ, διαστήματι δὲ τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ, γραφόμενοι κύκλοι τέμνουσιν ἀλλήλους, φανερόν· ἑκατέρα γὰρ τῶν ΒΕ, ΕΓ μείζων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΒΓ· οἱ δὲ κέντροις τοῖς Β, Γ, διαστήματι δὲ τῇ ἡμισείᾳ τῆς ΒΓ, γραφόμενοι κύκλοι ἐφάπτονται ἀλλήλων. εἰ δὲ ἐλάττων ᾖ, οὐδὲ ἐφάπτονται οὐδὲ τέμνουσιν· εἰ δὲ μείζων, πάντως τέμνουσι, καὶ οὕτως ὁ περὶ τῆς πυραμίδος σαφής τε καὶ ἀκόλουθος ταῖς ἀποδείξεσι φαίνεται λόγος.

norum ABΔ, AΔΓ communis ſectio eſt AΔ, & communi ſectioni ad rectos angulos occurrunt in utroque planorum rectæ lineæ BE, EΓ, quæ acutum angulum continent: erit [per 6. def. 11.] angulus BEΓ planorum inclinatio; atque eſt data; datur enim BΓ nempe latus trianguli, atque etiam utraque ipſarum EB, EΓ, ſc. perpendicularis trianguli æquilateri: centris igitur B, Γ, hoc eſt terminis unius lateris, & intervallo trianguli perpendiculari, deſcriptæ circumferentiæ ſe invicem ſecent in puncto E, & ab eo ad B, Γ junctæ rectæ lineæ planorum inclinationem continebunt. hoc autem eſt quod dicebatur. verum illud, quod centris quidem B, Γ, intervallo autem trianguli perpendiculari deſcripti circuli ſe mutuo ſecent, manifeſtum eſt: utraque enim BE, EΓ major eſt quam dimidia ipſius BΓ: & centris B, Γ, & intervallo ipſius BΓ dimidio æquali, deſcripti circuli ſeſe tangunt. ſi autem minor ſit, neque ſe tangunt neque ſecant: quod ſi major, omnino ſecant; itaque de pyramide ſermo & manifeſtus & demonſtrationibus congruens apparet.

ΣΥΝΝΟΕΙΣΘΩ πάλιν ἐπὶ τετραγώνου τοῦ ΑΒΓΔ πυραμὶς κορυφὴν ἔχουσα τὸ Ε, καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν δίχα τῆς βάσεως τρίγωνα ἰσόπλευρα· ἔσται δὲ ἡ ΑΒΓΔΕ πυραμὶς ἥμισυ ὀκταέδρου. τετμήσθω μία πλευρὰ ἑνὸς τριγώνου ἡ ΑΕ δίχα κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΖ, ΔΖ· ἴσαι ἄρα εἰσὶν αἱ ΒΖ, ΔΖ καὶ κάθετοι ἐπὶ τὴν ΑΕ. λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΖΔ γωνία ἀμβλεῖά ἐστιν. ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΒΔ. καὶ ἐπεὶ τετράγωνόν ἐστι τὸ ΑΓ, διάμετρος δὲ ἡ ΒΔ, τὸ ἀπὸ ΒΔ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΔΑ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΔΑ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΔΖ λόγον ἔχει ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου εἴρηται, ὃν δ' πρὸς γ'· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΒΔ ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΔΖ λόγον ἔχει ὃν ὀκτὼ πρὸς τρία. ἴση δὲ ἡ ΔΖ τῇ ΖΒ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΒΔ τῶν ἀπὸ τῶν ΒΖ, ΖΔ μεῖζόν ἐστιν· ἀμβλεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΖΔ. καὶ ἐπεὶ δύο ἐπιπέδων τῶν ΑΒΕ, ΑΔΕ τεμνόντων ἄλληλα, κοινὴ τομή ἐστιν ἡ ΑΕ, αἱ δὲ πρὸς ὀρθὰς αὐτῇ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων ἠγμέναι εἰσὶν αἱ ΒΖ, ΖΔ περιέχουσαι ἀμβλεῖαν· ἡ ὑπὸ ΒΖΔ ἄρα γωνία λείπουσά ἐστιν εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς κλίσεως τῶν ΑΒΕ, ΑΔΕ ἐπιπέδων· ἐὰν ἄρα δοθῇ ἡ ὑπὸ ΒΖΔ, δέδοται καὶ ἡ εἰρημένη κλίσις. ἐπεὶ οὖν δέδοται τὸ τρίγωνον τοῦ ὀκταέδρου καὶ μία πλευρά ἐστι τοῦ ὀκταέδρου ἡ ΑΔ, καὶ ἀπ' αὐτῆς τετράγωνον ἀναγέγραπται τὸ ΑΓ, δέδοται καὶ ἡ ΒΔ διάμετρος οὖσα τοῦ τετραγώνου. ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ ΒΖ, ΖΔ κάθετοι τοῦ τριγώνου· ὥστε καὶ ἡ ὑπὸ ΒΖΔ γωνία δέδοται· ἀναγραφέντος ἄρα τοῦ τετραγώνου ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ τριγώνου ὡς τοῦ ΑΓ, καὶ ἐπιζευχθείσης τῆς διαμέτρου ὡς τῆς ΒΔ, ἐὰν κέντροις τοῖς Β, Δ, διαστήματι δὲ τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ κύκλους ἐγγράψωμεν, τέμνουσιν ἀλλήλους κατὰ τὸ Ζ, καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζευγνύ-



INTELLIGATUR rurſus ſuper quadratum ABΓΔ pyramis, verticem habens punctum E, & continentia ipſam præter baſim triangula æquilatera: erit autem ABΓΔE pyramis dimidia octaedri. ſecetur AE latus unius trianguli bifariam in Z; & BZ, ΔZ jungantur: ſunt igitur BZ, ΔZ & æquales inter ſe & ad ipſam AB perpendiculares. dico angulum BZΔ obtuſum eſſe. jungatur enim BΔ. & quoniam AΓ eſt quadratum cujus diameter BΔ, erit quadratum ex BΔ quadrati ex ΔA duplum; quadratum autem ex ΔA ad quadratum ex ΔZ rationem habet, ut ſuperius dictum eſt, quam 4 ad 3; ergo & quadratum ex BΔ ad quadratum ex ΔZ rationem habebit quam 8 ad 3. eſt autem ΔZ æqualis ZB: quadratum igitur ex BΔ majus eſt quadratis ex BZ, ZΔ; quare & [per converſ. 12. 2.] angulus BZΔ eſt obtuſus. & quoniam duorum planorum ABE, AΔE ſe invicem ſecantium communis ſectio eſt AE, & ipſi ad rectos angulos in utroque plano ductæ ſunt BZ, ZΔ angulum obtuſum continentes: erit [per 6. def. 11.] angulus BZΔ reliquus ex duobus rectis inclinationis planorum ABE, AΔE: ſi igitur angulus BZΔ datus ſit, & dicta inclinatio dabitur. itaque quoniam triangulum octaedri datum eſt, & unum ejus latus eſt AΔ, à quo quadratum AΓ deſcribitur; datur & BΔ nempe diameter quadrati. ſed & BZ, ZΔ trianguli perpendiculares datæ ſunt: ergo & angulus BZΔ dabitur: deſcripto igitur quadrato à latere trianguli ut AΓ, & juncta diametro BΔ, ſi centris quidem B, Δ, intervallo autem perpendiculari trianguli circulos deſcribamus, ſe mutuo ſecabunt in Z, & rectæ lineæ à puncto Z ad centra ductæ continebunt angulum B Z Δ, qui quidem est reliquus ex duobus rectis, ut dictum est, inclinationis planorum. hoc quoque loco patet utramque ipsarum B Z, Z Δ majorem esse quam ipsius B Δ dimidiam: ideoque in constructione organica necesse esse circulos se mutuo secare. constat enim ex demonstratione ipsam B Δ ad Δ Z potentia rationem habere quam habet 8 ad 3. & B Δ [per 20. 6.] dimidiæ sui potentia est quadrupla: ergo utraque ipsarum B Z, Z Δ major est quam dimidia ipsius B Δ. & hæc quidem de octaedro dicta sint.



IN icosaedro autem intelligatur pentagonum æquilaterum A B Γ Δ E, super hoc vero pyramis verticem habens punctum Z, ita ut continentia ipsam sint triangula æquilatera: erit A B Γ Δ E pyramis figuræ icosaedri pars. secetur Z Γ latus unius trianguli bifariam in H, & B H, H Δ jungantur, æquales quidem & ad ipsam Z Γ perpendiculares: dico angulum B H Δ obtusum esse, quod per se manifesto constat. juncta enim B Δ obtusum angulum B Γ Δ pentagoni subtendit. hoc autem major est [per 21. 1.] angulus B H Δ: nam B H, H Δ ipsis B Γ, Γ Δ sunt minores. similiter iis, quæ proxime dicta sunt, patet angulum B H Δ esse eum qui relinquitur ex duobus rectis inclinationis triangulorum B Z Γ, Γ Z Δ. hoc autem dato, dabitur & planorum icosaedri inclinatio: à latere enim trianguli icosaedri descripto pentagono & recta linea B Δ data, quæ duobus pentagoni lateribus subtenditur, ut in figura, similiterque datis B H, H Δ perpendicularibus triangulorum, dabitur & B H Δ angulus. nam si centris quidem terminis ipsius B Δ, quæ duobus pentagoni lateribus subtenditur, intervallo autem perpendiculari trianguli, circuli describantur, se invicem secabunt, ut in H; & rectæ lineæ à puncto H ad centra B, Δ ductæ continebunt angulum, qui ex duobus rectis relinquitur, inclinationis planorum. item hoc loco ex figura manifestum est utramque B H, H Δ majorem esse quam dimidiam ipsius B Δ, quod etiam ex constructione organica demonstrari potest.



Intelligatur enim seorsim triangulum æquilaterum Θ K Λ, & ab ipsa K Λ pentagonum describatur K M N Ξ Λ, junctaque M Λ ducatur Θ O perpendicularis trianguli Θ K Λ; dico Θ O majorem esse dimidia ipsius M Λ, quæ inclinationem planorum subtendit. ducta à puncto K ad M Λ perpendiculari K Π, quoniam angulus K Λ Π major est tertia parte recti, hoc est major angulo K Θ O; consti-

μέναι εὐθεῖαι περιέχουσι τὴν κλίσιν τὴν ὑπὸ B Z Δ, ἥτις ἐστὶν ἡ λείπουσα, ὡς εἴρηται, εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς τῶν ἐπιπέδων κλίσεως. καὶ ἐνταῦθα δὲ σαφὲς μὲν ὡς ἑκατέρα τῶν B Z, Z Δ ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς B Δ μείζων· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς ἀνάγκη τέμνειν τοὺς κύκλους ἀλλήλους. καὶ ἐκ τῆς ἀποδείξεως δὲ δῆλον γέγονεν ὡς ἡ B Δ πρὸς μὲν τὴν Δ Z δυνάμει λόγον ἔχει ὃν ὀκτὼ πρὸς τρία, τῆς δὲ ἡμισείας τῆς B Δ δυνάμει ἐστὶ τετραπλασία· ὥστε διὰ τοῦτο μείζονα γίνεσθαι ἑκατέραν τῶν B Z, Z Δ τῆς ἡμισείας τῆς B Δ. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ ὀκταέδρου.

ΕΠΙ δὲ τοῦ εἰκοσαέδρου νενοήσθω πεντάγωνον ἰσόπλευρον τὸ Δ B Γ Δ E, ἐπὶ δὲ τούτου πυραμὶς κορυφὴν ἔχουσα τὸ Z, ὥστε περιέχοντα αὐτὴν τρίγωνα ἰσόπλευρα εἶναι· ἔσται δὴ ἡ A B Γ Δ E πυραμὶς μέρος εἰκοσαέδρου σχήματος. τετμήσθω μία πλευρὰ ἑνὸς τριγώνου ἡ Z Γ δίχα κατὰ τὸ H, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ B H, H Δ ἴσαι τε οὖσαι καὶ κάθετοι γινόμεναι ἐπὶ τὴν Z Γ· λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ B H Δ γωνία ἀμβλεῖά ἐστι· καὶ ἔστιν αὐτόθι φανερόν. ἐπιζευχθεῖσα γὰρ ἡ B Δ ἀμβλεῖαν μὲν ὑποτείνει τὴν ὑπὸ B Γ Δ τοῦ πενταγώνου γωνίαν. ταύτης δὲ μείζων ἡ ὑπὸ B H Δ· ἐλάττονες γὰρ αἱ B H, H Δ τῶν B Γ, Γ Δ. ὁμοίως δὴ τοῖς πρὸ τούτου ὅτι ἡ ὑπὸ B H Δ γωνία ἡ λείπουσά ἐστιν εἰς τὰς δύο τῆς κλίσεως τῶν B Z Γ, Γ Z Δ τριγώνων. ταύτης δοθείσης, δεδομένη ἔσται καὶ ἡ κλίσις τῶν τοῦ εἰκοσαέδρου ἐπιπέδων· ἀπὸ γὰρ τῆς πλευρᾶς τοῦ τριγώνου τοῦ εἰκοσαέδρου ἀναγραφέντος πενταγώνου, ἐπιζευχθείσης τῆς ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσης τοῦ πενταγώνου, ὡς ἐπὶ τῆς καταγραφῆς, τῆς B Δ δεδομένης, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν B H, H Δ καθέτων τῶν τριγώνων, δέδοται καὶ ἡ ὑπὸ B H Δ. εἰ γὰρ κέντροις τοῖς πέρασι τῆς ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσης τοῦ πενταγώνου ὡς τῆς B Δ, διαστήματι δὲ τῇ τοῦ τριγώνου καθέτῳ κύκλοι γραφῶσι, τέμνουσιν ἀλλήλους ὡς κατὰ τὸ H, καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ H ἐπὶ τὰ B, Δ ἐπιζευγνύμεναι εὐθεῖαι περιέξουσι τὴν λείπουσαν εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς τῶν ἐπιπέδων κλίσεως. καὶ ἐνταῦθα δὲ ἐκ μὲν τῆς καταγραφῆς δῆλόν ἐστιν ὅτι ἑκατέρα τῶν B H, H Δ μείζων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς B Δ, εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς ἀποδειχθήσεται.

Νενοήσθω χωρὶς ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνον τὸ Θ K Λ, ἀπὸ δὲ τῆς K Λ πεντάγωνον ἀναγεγράφθω τὸ K M N Ξ Λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ M Λ, καὶ ἤχθω κάθετος τοῦ Θ K Λ τριγώνου ἡ Θ O· λέγω ὅτι ἡ Θ O μείζων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς M Λ τῆς ὑποτεινούσης τὴν κλίσιν τῶν ἐπιπέδων. ἀχθείσης ἀπὸ τοῦ K ἐπὶ τὴν M Λ καθέτου τῆς K Π, ἐπεὶ ἡ ὑπὸ K Λ Π μείζων ἐστὶ τρίτου ὀρθῆς, τουτέστι τῆς ὑπὸ K Θ O, συνεστάτω

τῇ

τῇ ὑπὸ ΚΘΟ ἴση ἡ ὑπὸ ΠΑΡ· ἡ ἄρα ΠΛ κάθετός ἐστιν ἰσοπλεύρου τριγώνου, οὗ πλευρὰ ἡ ΡΛ· ὥστε τὸ ἀπὸ ΡΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΠ λόγον ἔχει ὃν ὁ δ΄ πρὸς τὸν γ΄. μείζων δὲ ἡ ΚΛ τῆς ΛΡ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΚΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΠ μείζονα λόγον ἔχει ἢ ὁ δ΄ πρὸς τὸν γ΄. ἔχει δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΟ ὃν ὁ δ΄ πρὸς τὸν γ΄· ἡ ἄρα ΚΛ πρὸς τὴν ΛΠ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ πρὸς τὴν ΘΟ· μείζων ἄρα ἡ ΘΟ τῆς ΛΠ.



ΕΠΙ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου οὕτως. νοείσθω ἓν τετράγωνον τοῦ κύβου, ἀφ' οὗ τὸ δωδεκάεδρον ἀναγράφεται τὸ ΑΒΓΔ, καὶ δύο ἐπίπεδα τοῦ δωδεκαέδρου τὰ ΑΕΒΖΗ, ΗΔΘΓΖ· λέγω δὴ ἐνταῦθα δεδομένην εἶναι τὴν κλίσιν τῶν δύο πενταγώνων. τετμήσθω ἡ ΖΗ δίχα κατὰ τὸ Κ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ τῇ ΖΗ πρὸς ὀρθὰς ἤχθωσαν ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων αἱ ΚΛ, ΚΜ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΜΛ. λέγω δὴ πρῶτον ὅτι ἡ ὑπὸ ΜΚΛ γωνία ἀμβλεῖά ἐστι. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ ιγ΄. βιβλίῳ τῶν στοιχείων ἤτοι τῆς συστάσεως τοῦ δωδεκαέδρου, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Κ κάθετος ἀγομένη ἐπὶ τὸ ΑΒΓΔ τετράγωνον ἡμίσειά ἐστι τῆς πλευρᾶς τοῦ πενταγώνου· ὥστε ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΜΛ· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ὑπὸ ΜΚΛ γωνία ἀμβλεῖά ἐστι. συναποδέδεικται δὲ ἐν τῷ αὐτῷ θεωρήματι, ὅτι καὶ τὸ μὲν ἀπὸ ΚΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τῆς πλευρᾶς τοῦ κύβου, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τῆς πλευρᾶς τοῦ πενταγώνου, ὥστε τὴν αὐτὴν τὴν ΚΛ καὶ τὴν ΚΜ, ἴσας οὔσας, μείζονας εἶναι τῆς ἡμισείας τῆς ΜΛ· τῆς ἄρα ὑπὸ ΜΚΛ γωνίας δοθείσης, ἡ λείπουσα εἰς τὰς δύο ὀρθὰς ἡ κλίσις ἔσται τῶν ἐπιπέδων δηλονότι δεδομένη. ἐπεὶ οὖν ἡ πλευρὰ τοῦ ΑΒΓΔ τετραγώνου ἡ ὑποτείνουσά ἐστι τὰς δύο πλευρὰς τοῦ πενταγώνου, δέδοται δὲ τὸ πεντάγωνον· δέδοται ἄρα ἡ ΜΛ. δέδοται δὲ καὶ ἑκατέρα τῶν ΜΚ, ΚΛ, κάθετοι γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς διχοτομίας τῆς ΑΒ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσης ἐπὶ τὴν παράλληλον αὐτῇ πλευρὰν τοῦ πενταγώνου, ὡς τὴν ΖΗ· δέδοται ἄρα ἡ ὑπὸ ΛΚΜ ἡ λείπουσα, ὡς εἴρηται,



tuatur angulo ΚΘΟ æqualis angulus ΠΑΡ: ergo ΠΛ est perpendicularis æquilateri trianguli, cujus latus est ΡΛ: quare quadratum ex ΡΛ ad quadratum ex ΛΠ rationem habet quam 4 ad 3. sed [per 21. 1.] major est ΚΛ quam ΛΡ: ergo quadratum ex ΚΛ ad quadratum ex ΛΠ majorem habet rationem quam 4 ad 3. habet autem & ad quadratum ex ΘΟ rationem quam 4 ad 3: ergo ΚΛ ad ΛΠ majorem rationem habet quam ad ΘΟ: major igitur [per 10. 5.] est ΘΟ quam ΛΠ.

IN dodecaedro autem hoc modo. intelligatur ΑΒΓΔ unum cubi quadratum, à quo [per 17. 13.] dodecaedrum describitur, & duo plana dodecaedri ΑΕΒΖΗ, ΗΔΘΓΖ: dico & sic datam esse duorum pentagonorum inclinationem. secetur ΖΗ bifariam in Κ, & à puncto Κ ipsi ΖΗ ad rectos angulos ducantur in utroque planorum ΚΛ, ΚΜ; atque ΜΛ jungatur. itaque primum dico angulum ΜΚΛ obtusum esse. ostensum enim est libro decimo tertio elementorum [ad 17. 13.] scilicet in constitutione dodecaedri, rectam lineam, quæ à puncto Κ ad quadratum ΑΒΓΔ perpendicularis ducitur, *dimidiam esse lateris pentagoni: quare minor est quam dimidia ipsius ΜΛ †; ideoque angulus ΜΚΛ est obtusus. simul autem demonstratum est in eodem theoremate, quadratum quidem ex ΚΛ æquale esse & quadrato dimidii lateris cubi & quadrato dimidii lateris pentagoni ‡, ita ut ΚΛ & ΚΜ, inter se æquales, majores sint quam dimidia ipsius ΜΛ: angulo igitur ΜΚΛ dato, reliquus ex duobus rectis, hoc est inclinatio planorum data erit. itaque quoniam latus quadrati ΑΒΓΔ duobus lateribus pentagoni subtenditur, & datum est pentagonum; erit & ΜΛ data. data autem est & utraque ipsarum ΜΚ, ΚΛ, perpendiculares enim sunt à bipartita sectione rectæ lineæ ΑΒ, quæ duobus lateribus subtenditur ad latus pentagoni ipsi parallelum, ut ad ΖΗ; ergo angulus ΛΚΜ datus est,

* Ista enim perpendicularis est eadem cum recta ✝Ο in fig. prop. 17. lib. 13. &, ex constructione, ista ✝Ο æqualis est ΡΟ sive majori portioni ipsius ΝΘ sc. semissis lateris cubi extrema & media ratione sectæ, sive semissi majoris portionis ipsius ΒΓ lateris cubi extrema ac media ratione secti. sed per corol. 17. 13. lateris cubi extrema ac media ratione secti major portio est dodecaedri latus; dicta igitur perpendicularis à puncto Κ ad quadratum ΑΒΓΔ est dimidia lateris dodecaedri sive pentagoni. † Nam ΜΛ sive ΑΔ major est quam ΗΔ. ‡ Nam in fig. prop. 17. lib. 13. quadratum ipsius Θ✝ æquale quadratis ipsius ΘΟ & quadrato ipsius Ο✝, quia angulus ΘΟ✝ est rectus.

 nempe

nempe reliquus ex duobus rectis, ut dictum est, inclinationis ejus quam inquirimus. pulchre igitur in constructione organica dixit, oportere in dato pentagono jungere rectam lineam duobus lateribus subtensam, quæ lateri cubi est æqualis; & centris quidem terminis ipsius, intervallo autem perpendiculari, quæ à bipartita sectione ad latus pentagoni parallelum agitur, (ut in figura sunt ΚΛ, ΚΜ) describere circumferentias; atque à puncto, in quo conveniunt, ad centra rectas lineas ducere, quæ continent angulum reliquum, ex duobus rectis, inclinationis planorum. quod vero perpendicularis ΚΜ major est dimidia ipsius ΜΛ jam dictum est, ut in elementis quoque demonstratum est.



εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς ἐπιζητουμένης κλίσεως. καλῶς ἄρα ἐπὶ τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς εἶπεν, ὡς χρὴ δοθέντος τοῦ πενταγώνου ἐπιζεῦξαι τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ δύο πλευρὰς, ἥτις ἴση γίνεται τῇ πλευρᾷ τοῦ κύβου· καὶ κέντροις τοῖς πέρασιν αὐτῆς, διαστήματι δὲ τῇ ἀπὸ τῆς διχοτομίας ἀγομένῃ καθέτῳ, ἐπὶ τὴν παράλληλον αὐτῇ τοῦ πενταγώνου πλευρὰν ὡς ἐπὶ τῆς καταγραφῆς αἱ ΚΛ, ΚΜ γραφεῖσαι περιφέρειαι, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς συμβολῆς τῶν περιφερειῶν σημείου ἐπὶ τὰ κέντρα ἐπιζεῦξαι εὐθείας περιεχούσας τὴν λείπουσαν εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῆς κλίσεως τῶν ἐπιπέδων. ὅτι γὰρ ἡ ΚΛ κάθετος μείζων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΜΛ, εἴρηται, ὡς ἐν τοῖς στοιχείοις συναποδέδεικται τοῦτο.

ΤΕΛΟΣ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ.

FINIS ELEMENTORUM EUCLIDIS.

ΕΥ-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΤΑ ΔΕΔΟΜΕΝΑ,
ΚΑΙ
ΜΑΡΙΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
Η
ΕΙΣ ΑΥΤΑ ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

EUCLIDIS
DATA,
CUM PRÆFATIONE
MARINI.

ΜΑΡΙΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
Η
ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΔΟΜΕΝΑ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

MARINI PHILOSOPHI
IN
DATA EUCLIDIS
PRÆFATIO.

ΠΡΩΤΟΝ δεῖ θέσθαι τί τὸ δεδομένον· ἔπειτα τί τὸ χρήσιμον τῆς περὶ τούτου πραγματείας εἰπεῖν· καὶ τρίτον ὑπό τινα ἐπιστήμην ἀνάγεται.

Ὁρίζονται δὲ τὸ δεδομένον πολλαχῶς· καὶ ἄλλως μὲν οἱ παλαιότεροι, ἄλλως δὲ οἱ νεώτεροι. διὸ καὶ συνέβη χαλεπὴν εἶναι τὴν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ ἀπόδοσιν. ἔνιοι μὲν γὰρ οὐδ' ὁρισμόν τινα αὐτοῦ ἀποδεδώκασιν, ἴδιον δέ τι τοῦ δεδομένου εὑρίσκειν ἐπειράθησαν. ἕτεροι δὲ συμπλέξαντες ἤδη τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα, ὁρίζεσθαι αὐτὸ ἐπεχείρησαν· καὶ οὐδὲ οὗτοι * συμφώνως ἑαυτοῖς. ἐοίκασι δὲ πάντες, ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ ὑπολήψεως ὁρμηθέντες, λέγειν τι περὶ αὐτοῦ. καταληπτὸν γάρ τι τὸ δεδομένον εἶναι ὑπέλαβον. διὸ τῶν ἁπλουστέρως καὶ μιᾷ τινι διαφορᾷ περιγράφειν τὸ δεδομένον προθεμένων, οἱ μὲν τεταγμένον ὡς Ἀπολλώνιος ἐν τῇ περὶ νεύσεων, καὶ ἐν τῇ καθόλου πραγματείᾳ· οἱ δὲ γνώριμον, ὡς Διόδωρος· οὕτω γὰρ † τὰς εὐθείας γραμμὰς καὶ τὰς γωνίας δεδόσθαι λέγει, καὶ πᾶν τὸ εἰς γνῶσίν τινα ἐλθόν, καὶ εἰ μὴ ῥητὸν εἴη. ἔνιοι δὲ ῥητὸν αὐτὸ εἶναι ἀπεφήναντο, ὥσπερ δοκεῖ ὁ Πτολεμαῖος, δεδομένα ἐκεῖνα προσαγορεύων, ὧν τὸ μέτρον ἐστὶ γνώριμον, ἢ πρὸς ἀκρίβειαν, ἢ καὶ τὸ σύνεγγυς. καὶ τὸ ἐν ὑποθέσει δὲ παρὰ τοῦ προβάλλοντος προθεμένον, δεδομένον εἶναί τινες ὑπειλήφασιν. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλον τρόπον ἐν ταῖς πρώταις στοιχειώσεσι τὸ δοθὲν καὶ τὴν δοθεῖσαν, τουτέστι ἡλίκην ἄν τις ἀφορίσῃ καὶ δῷ εὐθεῖαν. ταῦτα δὲ πάντα κατάληψίν τινα βούλεται σημειῶσαι· ὅθεν καὶ μάλιστα τῶν ὅρων ἐκεῖνοι εὐδοκιμοῦσιν, ὅσοι μάλιστα τὸ καταληπτὸν ἐμφανίζουσιν, ὡς προϊοῦσιν ἡμῖν ἔσται καταφανές.

IMPRIMIS quid sit *datum* statuere necesse est; tum demum institutæ de *dato* tractationis utilitates recensere: tertio dicere ad quam scientiam ea tractatio revocetur.

Datum porro multipliciter definitur: atque aliter quidem à veteribus, aliter autem à recentioribus. qua quidem ratione factum est, ut aliquid de illo proferre, quod verum sit, difficile videatur. Quidam enim *dati* nullam definitionem attulerunt, sed potius proprietatem ejus quam studiose rimati sunt. Aliqui autem, conjungentes & commiscentes ea quæ ab aliis prius dicta fuerant, definire *datum* voluerunt: sed neque sibi ipsis admodum consentiunt; quanquam & omnes ab una eademque ratione exorsi de illo differuerunt. *Datum* enim cuncti *comprehensibile* esse supponunt. Quamobrem eorum, qui simplicius & per aliquam differentiam *datum* describere studuerunt, alii quidem id quod *ordinatum* est *datum* esse existimaverunt, ut Apollonius in tractatu de inclinationibus, & in universali tractatu; alii autem quod *cognitum*, ut Diodorus: etenim ea ratione rectas lineas & angulos dari dicit, atque omne quod in cognitionem aliquam venit, etiamsi *effabile* non sit. Alii autem *effabile* illud ipsum esse affirmarunt, uti voluisse videtur Ptolemæus, qui illa vocat *data*, quorum mensura nota est, vel accurate vel proxime. Quidam etiam id quod in *hypothesi à proponente concessum est*, *datum* esse putaverunt. Ajunt autem aliter accipi in prioribus elementis datum punctum & datam rectam, hoc est quantam quis daret ac determinaret. Hæc tamen omnia *comprehensionem* quandam significare videntur: quamobrem ex his definitionibus, illæ maxime placent, quotquot *comprehensionem* evidentius manifestant; sicut à nobis in sequentibus ostendetur.

* Συμφωνοῦσι in Græco exemplari ad finem *Procli* excuso. † Al. τὰς ἀκτῖνας καὶ.

Jam vero eorum, qui pauci non sunt, quique tenui & unico quopiam *dati* naturam circumscribentes talem qualem illius definitionem proferunt, diversas sententias afferamus. etenim recapitulantes facillime horum omnium differentias enumerare possumus. Alii enim *datum* id quod *ordinatum* & *porimum* est definiverunt: alii autem id quod *ordinatum* est simul & *cognitum*: alii autem quod *porimum* est simul & *cognitum*. Quamobrem videntur illi omnes, ad *comprehensionem* aut *sumptionem* & *inventionem dati* respicientes, ita definivisse. Atque ut hanc illorum sententiam percipiamus plenius, & insuper ex multorum dictis veram propositi definitionem eruamus, considerabimus primum singulorum simplicium & incomplexorum, nec non oppositorum terminorum significationem, *inordinati* inquam & *incogniti* & *apori* & *irrationalis*; siquidem ea pertinent ad hanc materiam geometricam, & ad res naturales, nec non ad alias mathematicas disciplinas.

Itaque *ordinatum* describitur, id quod semper observat id per quod dicitur ordinari, sive quoad magnitudinem, sive quoad speciem, sive quoad aliud quidpiam ejusmodi. alio modo item definitur, quod aliter fieri non potest, sed solummodo definitum aliquem locum sortitur: quemadmodum, (ut exempli gratia dicam) per data duo puncta linea recta dicitur ordinari, quia aliter multipliciterque non potest duci. *Inordinata* autem est circumferentia per duo puncta, multipliciter enim variabiliterque constituitur, majori minorive circulo in infinitum per duo puncta descripto. E converso per tria puncta circumferentia dicitur *ordinata*: atque istiusmodi etiam *ordinata* esse dicuntur; ut super data recta triangulum æquilaterum constituere; non enim aliter dicitur, sed ad utramvis lineæ partem unice & invariabiliter: & datam rectam data ratione secare; unico enim modo tantum fieri potest ad alteram partem bisectionis. *Inordinata* sunt ea quæ iis opposito modo se habent: ut scalenum triangulum construere; & rectam lineam indefinite secare. Illud autem, per quod ordinatur problema, in determinatione proponitur; quandoquidem potest aliquid unum, quod *ordinatum* sit, aliquatenus quidem *ordinatum*, aliquatenus autem *inordinatum* esse: quemadmodum æquilaterum triangulum, quatenus æquilaterum est, *ordinatum* est; magnitudine autem omnino non definitur.

Cognitum autem dicitur id quod notum est, ut clarum & comprehensum à nobis; *incognitum* vero est quod minime notum est, neque comprehensum à nobis: ut longitudo itineris cognita vocatur, quando quot sit stadiorum cognoscitur; item quod trianguli tres anguli duobus rectis æquales sint; item quod binomium irrationale sit. Talia quoque *cognita* sunt: unicam *sc.* esse tangentem helicis à dato extra puncto ad alterutram partem; si enim alia esset, duæ rectæ spatium comprehenderent, quod est impossibile. Quæ porro *incognita* sunt, non ea quidem irrationalia sunt; sed ea tan-

* Νυνὶ δὲ καὶ τῶν μὴ μόνων, ψιλῷ καὶ ἑνὶ χαρακτηριζόντων τὴν τοῦ δεδομένου φύσιν, οἷον δ' ὁρισμὸν αὐτοῦ ποιούντων, τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἐκδώμεθα. συγκεφαλαιουμένοις δὲ καὶ τούτων οἱ τρόποι εὐαρίθμητοι γίγνονται. οἱ μὲν γὰρ τεταγμένον καὶ πόριμον τὸ δεδομένον εἶναι ἀφορίσαντο· ἕτεροι δὲ τὸ τεταγμένον ἅμα καὶ γνώριμον· τινὲς δὲ τὸ † πόριμον ἅμα καὶ γνώριμον. φαίνονται δὲ καὶ οὗτοι πάντες πρὸς τὴν κατάληψιν, ἤτοι λῆψιν καὶ εὕρεσιν τοῦ δεδομένου ἀφεωρακότες τὸν εἰρημένον τρόπον ὁρίζεσθαι. ἵνα δὲ ταύτην τε αὐτῶν τὴν ἔννοιαν ‡ καταδηλώμεθα, ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἀληθῆ τοῦ προκειμένου ὅρον ἐκ πολλῶν τῶν παραδεδομένων ἕλωμεν, ἐπισκεπτέον πρότερον ἑκάστου τῶν ἁπλῶν τὸ σημαινόμενον, καὶ τῶν τούτοις ἀντικειμένων· τοῦτο ἀτάκτου λέγω καὶ ἀγνώστου καὶ ἀπόρου καὶ ἀλόγου· καὶ ἐπὶ τὴν ἐνεστῶσαν γεωμετρικὴν ὕλην ἐπεκτείνεται γὰρ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐπὶ τὰ φυσικὰ πράγματα, καὶ ἄλλας δὲ μαθηματικὰς ἐπιστήμας.

Ὑπογράφουσιν τοίνυν τὸ τεταγμένον, τὸ ἀεὶ ταὐτὸ σωζόμενον καθ' ὃ τετάχθαι λέγεται, ἤτοι κατὰ μέγεθος, ἢ εἶδος, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. ἢ καὶ ἑτέρως, ὅπερ μὴ ἐνδέχεται ἄλλως γίγνεσθαι, ἀλλὰ μοναχῶς ἐν ἀφορισμένῳ τινὶ τόπῳ, οἷον, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἡ διὰ δύο σημείων γραφομένη εὐθεῖα τετάχθαι λέγεται, διὰ τὸ μὴ ἄλλως καὶ ἀστάτως ἄγεσθαι. ἄτακτος δέ ἐστιν ἡ διὰ δυοῖν περιφέρεια, πολλαχῶς γὰρ καὶ ἀστάτως γράφεται, καὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος κύκλου ἐπ' ἄπειρον γραφομένου διὰ τῶν δύο σημείων. πάλιν δὲ τεταγμένη ἐστὶν ἡ διὰ τριῶν σημείων περιφέρεια· ἔστι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν τεταγμένων, ὡς τὸ ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας ἰσόπλευρον τρίγωνον συστήσασθαι· οὐ γὰρ καὶ διχῶς λέγεται, ἀλλὰ καθ' ἑκάτερον μέρος τῆς εὐθείας μοναχῶς καὶ ἀμεταπτώτως. καὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν εἰς τὸν δοθέντα λόγον τεμεῖν, μοναχῶς γὰρ ἂν καὶ τοῦτο γένοιτο ἐπὶ θ' ἄτερα τῆς διχοτομίας. ἄτακτα δέ ἐστι τὰ τούτοις ἀντικειμένως ἔχοντα, ὡς τὸ σκαληνὸν συστήσασθαι, καὶ τὴν εὐθεῖαν ἀορίστως τεμεῖν. πρόσκειται δὲ τῷ ὅρῳ τὸ καθ' ὃ τέτακται· ἐπεὶ δύναταί τι ἓν καὶ πῇ μὲν τεταγμένον, ἄλλως δ' ἄτακτον εἶναι, οἷον τὸ ἰσόπλευρον τρίγωνον ᾗ μὲν ἰσόπλευρόν ἐστι τέτακται, μεγέθει δ' οὐχ ὥρισται πάντως.

Γνώριμον δέ ἐστιν τὸ γιγνωσκόμενον, ὡς τὸ δῆλον ἡμῖν καὶ καταλαμβανόμενον, ἄγνωστον δὲ τὸ μὴ γιγνωσκόμενον, μηδὲ καταλαμβανόμενον ὑφ' ἡμῶν, οἷον τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ γνώριμον εἶναι λέγεται, ὅταν ὁπόσων ἐστὶ σταδίων γιγνώσκεται, καὶ τριγώνου ὅτι τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι, καὶ ὅτι ἡ ἐκ δυοῖν ὀνομάτων ἄλογόν ἐστιν. ἔτι μὴν τὰ τοιάδε γνώριμα λέγεται, ὡς τὸ μίαν εἶναι τὴν ἐφαπτομένην τῆς ἕλικος ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς δοθέντος σημείου ἐπὶ θ' ὥτερα μέρη· εἰ γὰρ ἄλλη εἴη, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιέξουσιν, ὅπερ ἀδύνατον. ἄγνωστα οὐ τὰ ἄλογά ἐστιν, ἀλλὰ

* Mendose in altera editione Γυμνὸν δὲ καὶ μὴ μόνον ψιλῶς &c. † Al. τεταγμένον. ‡ Prius καταδηλώμεθα.

τὰ

τὰ μὴ γιγνωσκόμενα μηδὲ καταλαμβανόμενα ὑφ' ἡμῶν.

Πόριμον δέ ἐστιν ὃ δυνατοί ἐσμεν ἤδη ποιῆσαι καὶ κατασκευάσαι, τουτέστιν εἰς ἐπίνοιαν ἀγαγεῖν. ἄλλως δὲ πάλιν ὁρίζονται τὸ πόριμον, ἤτοι τὸ δι' ἀποδείξεως ποριζόμενον, ἢ ὅταν τι φαινόμενον ᾖ καὶ χωρὶς ἀποδείξεως· οἷον τὸ κέντρῳ καὶ διαστήματι κύκλον γράψαι, καὶ τὸ τρίγωνον συστήσασθαι, οὐ μόνον ἰσόπλευρον, ἀλλὰ καὶ σκαληνόν, καὶ τὴν ἐκ δύο ὀνομάτων εὑρεῖν, καὶ εὐθείας ῥητὰς δυνάμει μόνον συμμέτρους εὑρεῖν, καὶ τὰ ἀπειραχῶς γιγνόμενα πόριμά ἐστιν, ὥσπερ τὸ διὰ δύο σημείων κύκλον γράψαι. ἄπορον δέ ἐστι τῷ πορίμῳ ἀντικειμένως ἔχον, ὡς ὁ τοῦ κύκλου τετραγωνισμός· οὔπω γάρ ἐστιν ἐν πόρῳ, εἰ καὶ οἷόν τε αὐτὸ πορισθῆναι, καί ἐστιν ἐπιστητόν· ἐπιστήμη γὰρ αὐτοῦ οὔπω κατείληπται. νῦν δὲ περὶ οὗ ἤδη ὄντος ἐν πόρῳ λόγος ἀποδέδοται, ὅπερ καὶ * κύριον πόριμον ἐπονομάζουσιν. τὸ γὰρ μήπω ὂν ἐν πόρῳ, ἐνδεχόμενον δὲ πορισθῆναι, πόριστον ἰδίως προσαγορεύουσιν. ἄπορον δέ ἐστιν ὡς εἴρηται, τῷ πορίμῳ ἀντικειμένως ἔχον, τουτέστιν οὗ ζήτησις ἀδιάκριτός ἐστιν.

Ῥητὸν δέ ἐστιν οὗπερ ἔχομεν εἰπεῖν μέγεθος, ἢ εἶδος, ἢ θέσιν. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ ὅρος κοινότερός ἐστιν, ἰδίως δὲ καθ' αὐτὸ ῥητόν ἐστιν, † ὃ κατά τινα γιγνωσκόμενον, καὶ πρὸς τὸ τῇ θέσει μέτρον, παλαιστὴν εἰ τύχοι, ἢ δάκτυλον.

‡ Οὕτω δὴ προδιωρισμένων, ῥᾷον τὸ λοιπὸν ἐπισκοπεῖν, τήν τε κοινωνίαν τῶν εἰρημένων καὶ τὴν διαφοράν, καὶ πρῶτον ὅπως ἔχει τὸ τεταγμένον πρὸς τὸ γνώριμον, καὶ τὰ τούτοις ἀντικείμενα πρὸς ἄλληλα. οὐκ ἔστι δὴ τῶν ἀναστρεφόντων τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ μὴν ἐκείνων ἐν οἷς τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἐπιπλέον ἐστίν. εἰ γὰρ καὶ κοινὰ αὐτοῖς πολλὰ ὑπάρχει, ὡς τὸ διὰ δύο σημείων εὐθεῖαν γράψαι, καὶ διὰ τριῶν κύκλον **[καὶ τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι]. ἀλλὰ τὸ τετραγωνίζειν τὸν κύκλον τεταγμένον μέν, ἄγνωστον δέ. καὶ ὅτι μία εὐθεῖα τῆς ἕλικος ἀφ' ἑνὸς σημείου ἐφάπτεται, τῶν τεταγμένων καὶ μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν ἐστίν· οὐ μὴν καὶ ἔγνωσται αὐτῶν ἡ ἀπόδειξις, ἤτοι κατασκευή. πάλιν δ' ἡ ἐπ' ἄπειρον τομή, καὶ ἡ τοῦ σκαληνοῦ σύστασις ἔγνωσται μέν, οὐκέτι δὲ τέτακται· ὥστε φανερὸν ὅτι ἔσται τοῦ τεταγμένου τὸ μὲν γνώριμον, τὸ δὲ ἄγνωστον. καὶ ἀνάπαλιν ἢ τοῦ γνωρίμου τὸ μὲν τεταγμένον, τὸ δὲ ἄτακτον. καὶ οὕτως ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, ὡς τὸ λογικὸν καὶ τὸ πεζόν· οὔτε γὰρ ἐξισάζειν τὰ τοιαῦτα, οὔτε τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἐπιπλέον ἐστίν.

Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ τὸ τεταγμένον καὶ τὸ ἄτακτον πρὸς τὸ πόριμον καὶ τὸ ἄπορον, κοινωνία τε γὰρ αὐτοῖς ἔνεστι πλείστη, καὶ διαφέρει ἀλλήλων τὸν εἰρημένον τρόπον. ἡ γὰρ ἕλιξ τέτακται, ἀλλ' οὐκ ἦν τοῖς πρὸ τοῦ Ἀρχιμήδους πορίμη· καὶ τὰ ἀπειραχῶς γιγνόμενα καὶ ἄτακτα, πόριμα μέν ἐστιν, ἐὰν κατασκευὴν ἐπινοῇ τις αὐτῶν καὶ τὴν σύστασιν, οὐκέτι δὲ καὶ

tum quæ neque cognita sunt neque comprehensa à nobis.

Porimum (seu quod factionem habet) appellatur id quod possumus facere & construere, hoc est in cognitionem deducere. Rursus autem alia ratione definitur illud, *sc.* quod per demonstrationem exhiberi potest, aut quod apparens est sine demonstratione; quale est, centro intervalloque circulum describere; nec non triangulum non modo æquilaterum, sed & scalenum construere; aut binomium invenire; aut duas rectas potentia solum commensurabiles invenire, aliaque quæ infinitis modis fiunt, *porima* sunt, ut per duo puncta circulum describere. *Aporum* (id est quod factionem non habet) *porimo* maxime opponitur; ut circuli tetragonismus; nondum enim inventus est, quanquam inveniri & sciri posse certum sit, illius enim ratio nondum comprehensa est. Hic autem loquimur de eo, quod notum jam est, quod *porimum præcipuum* appellatur; quod enim nondum in promptu, possibile tamen est, *poriston* appellatur. *Aporum* autem, ut dictum est, *porimo* opponitur, *i. e.* cujus inquisitio dijudicari determinarique non potest.

Effabile autem est id cujus exprimere possumus magnitudinem, vel speciem, vel positionem. Sed hæc definitio generalior est; proprie vero & secundum se *effabile* est, quod per quædam cognitum est, & ad datam positione mensuram, palmum puta, aut etiam digitum.

His itaque explicatis, quod reliquum est facile considerare possumus, in quibus scilicet omnia, quæ superius allata sunt à nobis, conveniant & differant; & primum quidem quomodo se habeant *ordinatum* ad *cognitum*, & illorum opposita ad invicem. Non enim ea convertibiliter dicuntur, neque aliud alio latius patet, etsi conveniunt in multis; ut per duo puncta rectam describere, perque tria circulum **[triangulum æquilaterum constituere]. Porro quadrare circulum *ordinatum* quidem est, *incognitum* tamen: item quod unica sit helicis tangens ab uno puncto, ex *ordinatorum* genere quidem est, & quod aliter fieri non potest; atqui non ideo eorum demonstratio & constructio cognita est. Rursus autem rectæ sectio indefinita, & scaleni constitutio, cognoscitur quidem, nec tamen adhuc ordinatur: ita ut clarum sit *ordinatum* tam esse *cognitum* quam *incognitum*, & vice versa *cognitum* tam esse *ordinatum* quam *inordinatum*. Itaque se habent hæc ad invicem, ut rationale & pedestre; neque enim exæquant illa sese, nec aliud alio latius patet.

Similiter autem & *ordinatum* & *inordinatum* se habent ad *porimum* & *aporum*; quippe inter illa similitudo maxima est, differunt porro inter se dicta ratione. Etenim helix quidem *ordinata* est, sed non erat ante Archimedem *porima*. Eadem autem ratione quæ infinitis modis fiunt *porima* sunt: namque *inordinatorum* aliqua *porima* quidem sunt, si constitutionem eorum quis noverit & constructionem, non utique

* Al. κυρίως. † Al. ὃ κατά τινα γνωριζόμενον ἀριθμόν. ‡ Mallem τούτων. ** Illa uncis inclusa rectius abessent.

tamen *ordinata* sunt: quale est illud, scalenum triangulum constituere; etenim constructionem illius cognitam reddere ex æquilatero non est arduum, quin immo facile admodum; etiamsi *inordinatum* sit, & infinitis modis fiat.

Ita autem se habent *ordinatum* & *inordinatum* ad *effabile* & *irrationanle*: nam inter se conveniunt in multis; dicta ratione tamen differunt. Enimvero illa se non adæquant invicem, neque aliud alterum continet; quælibet enim ex binis nominibus, & quæ irrationales ita assumptæ sunt, *ordinatæ* quidem sunt, non ideo tamen *effabiles*; ut neque diameter respectu lateris quadrati. *Effabilium* vero *inordinata* multa sunt, & ea quæ multipliciter & infinitis modis cognoscuntur: potest enim scalenum triangulum mensurari à proposita & definita mensura, quamvis *inordinatum* sit.

Cogniti autem cum *porimo* similitudines omnes perspectas quidem habere facile est, differentiam autem assignare difficilius est: finitima siquidem est eorum natura, ita ut videantur invicem se adæquare. attentius tamen consideranti, differentia quædam inesse apparebit. Siquidem quod ab uno puncto una recta helicem tangat, clarum est & *cognitum*; sed non propterea cognitum est quomodo construatur, quod adhuc non est comprehensum: ita ut quod cognitum est, non ideo *porimum* sit, etsi omne quod *porimum* est *cognitum* sit; latius igitur patet *cognitum porimo.*

Rursus autem *cognitum* & *porimum* & *effabile* in aliquibus conveniunt, in aliquibus autem differunt, ea qua diximus ratione. Etenim eæ lineæ quæ irrationales appellantur *cognitæ* quidem sunt, non tamen *effabiles*. Contra numerus omnis *effabilis* quidem est, non tamen omnis *cognitus*. *Effabile* porro ex natura sua semper *effabile* est: quanquam aliqua longitudo *effabilis* modo sit, modo non, si quidem ad eandem mensuram cum aliqua alia exigatur. Sed & illa eadem longitudo aliquando *cognita* est, aliquando minime, quamvis inter illas omnino conveniat. Non parum autem difficile est reperire aliquid quod *effabile* sit, atque etiam *incognitum*: etenim latius videtur patere *cognitum* quam *effabile*. Ex his autem clarum est *porimum* & *aporum* differre à *rationali* & *irrationali*: possibile enim est & *irrationalium* aliqua *porima* esse, non autem *rationalium* aliqua esse *irrationalia*. In quibus itaque prædicta conveniant manifestissimum est, ita tamen illa se habent ad invicem, ut latius patere videatur *porimum effabili.*

Ex iis autem licet hoc loco eorum quæ dicta sunt differentiam contemplari. Nam *effabile* quidem & *irrationale* dicitur secundum respectum ad mensuram, quæ tamen ad cognitionem nostram non pervenit. Potest enim aliquid quod *rationale* est non esse nobis *cognitum*; similiter *rationale* esse, neque comprehendi unquam quod *rationale* sit. *Ordinatum* autem & *inordinatum* secundum se propriamque ejus rei natu-

τεταγμένα· οἷον σκαληνὸν τρίγωνον ἐπινοῆσαι, καὶ εἰς τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ ἀναγαγεῖν τὴν διάνοιαν ἀπὸ τοῦ ἰσοπλεύρου οὐ χαλεπόν, ἀλλὰ εὐπόριστόν ἐστι καίτοι ἄτακτον ὂν καὶ ἄπειρον.

Οὕτω δὲ ἔχει καὶ πρὸς τὸ ῥητὸν καὶ ἄλογον τὸ τεταγμένον τι καὶ ἄτακτον· κοινωνοῦνται γὰρ ἀλλήλοις πολλαχῇ, καὶ διενηνόχε τῷ εἰρημένῳ τρόπῳ. οὐδὲ γὰρ ταῦτα ἐξισάζει * ἄλληλα, οὐδ' ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἐστὶ περιληπτικόν, ἡ γὰρ ἐκ δύο ὀνομάτων, καὶ αἱ οὕτως κατειλημμέναι ἄλογοι τεταγμέναι μέν εἰσιν, οὐκέτι δὲ καὶ ῥηταί, καὶ ὁ τῆς διαμέτρου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ τετραγώνου. πολλὰ δὲ καὶ τῶν ῥητῶν ἄτακτά ἐστιν, ὡς τὰ πολλαχῶς καὶ ἀορίστως γεγνωμένα. δύναται γὰρ καὶ σκαληνὸν τρίγωνον μετρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προτεθέντος καὶ ὁρισθέντος ῥητοῦ μέτρου, καίτοι ἄτακτον ὑπάρχον.

Τοῦ δὲ γνωρίμου πρὸς τὸ πόριμον τὴν μὲν ὁμοιότητα † παντί γε ἰδεῖν ῥᾴδιον, τὴν δὲ διαφορὰν χαλεπὸν ἑλεῖν· σύνεγγυς γάρ εἰσι τὴν φύσιν ἀλλήλων, ὥστε καὶ ἐξισάζειν δοκεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν τοῦτο ἀκριβῶς ἐπιβλέψαντι ὀφθήσεταί τις ἐνοῦσα διαφορά. εἰ μὲν γὰρ μία ἐστὶν ἡ τῆς ἕλικος ἀφ' ἑνὸς σημείου ἐφαπτομένη, ἐμφανές ἐστι καὶ γνώριμον, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἤδη καὶ πόριμον ἐστὶ τὸ πρόβλημα, μήπω κατειλημμένον· ‡ ὥστε πᾶν ὃ γνώριμον οὐκ ἔστι καὶ πόριμον, τὸ μέντοι πόριμον πᾶν καὶ γνώριμον, ἐπιπλέον ἄρα τὸ γνώριμον τοῦ πορίμου.

Πάλιν δ' αὖ τὸ γνώριμον καὶ τὸ πόριμον καὶ τὸ ῥητὸν πῇ μὲν κοινωνεῖ, πῇ δὲ διαφέρει ἀλλήλων, κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον. αἱ γὰρ εἰρημέναι ἄλογοι γνώριμοι μέν εἰσιν, οὐκέτι δὲ καὶ ῥηταί. ὁ γὰρ ἀριθμὸς πᾶς ῥητὸς μέν ἐστιν, οὐκέτι δὲ γνώριμος πᾶς. καὶ τὸ μὲν ῥητὸν τοῖς κατὰ ταὐτὸν ἔθος ὁμοίως δὲ ῥητόν ἐστι· καὶ τὸ μὲν ῥητὸν ἔσται τι μῆκος, τὸ δ' οὔ, εἰ ἐπὶ ταὐτὸ ἀνύσωσι μέτρον. γνώριμον δὲ τὸ μὲν αὐτὸ μῆκος, τὸ δ' οὔ, κἂν ἐν τῇ αὐτῇ συνηθείᾳ ὦσι. ἴσως δὲ κἀνταῦθα χαλεπόν τι ἐστιν εὑρεῖν ῥητὸν μέν, ἄγνωστον δέ· δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦ ῥητοῦ ἐπιπλέον εἶναι τὸ γνώριμον. ὅτι δὲ καὶ τὸ πόριμον καὶ τὸ ἄπορον διαφέρει τοῦ τε ῥητοῦ καὶ ἀλόγου φανερὸν ἐκ τούτων· πόριμα γὰρ εἶναι δυνατὸν καὶ τῶν ἀλόγων τινά, οὐδὲν δὲ τῶν ῥητῶν ἄλογον. ἡ δὲ συγγένεια τούτων αὐτῶν καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων παντὶ καταφανής, οὕτω μέντοι καὶ ταῦτα ἔχει πρὸς ἄλληλα, ὥστε τὸ πόριμον ἐπιπλέον εἶναι δοκεῖν τοῦ ῥητοῦ.

Ἔξεστι δὲ τῶν προειρημένων τὰς διαφορὰς ἐπισκοπεῖν τῇδε. ῥητὸν μὲν καὶ ἄλογον κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ μέτρον ἀναφορὰν λέγεται, οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν γνῶσιν ἀναπεμπόμενον. δύναται γάρ τι ῥητὸν ὂν μὴ εἶναι ἡμῖν γνώριμον, ὅμως ῥητὸν εἶναι μηδὲ κατειλῆφθαι πω ὅτι ῥητόν ἐστι. τὸ δὲ τεταγμένον καὶ ἄτακτον καθ' αὑτὸ καὶ κατ' ἰδίαν

* Al. ἀλλήλοις. † Παντὶ δὴ γε ἰδεῖν ῥᾴδιον in *Editis* vulgatis. ‡ Ita legimus ex Græco exemplari ad finem *Procli* excuso. Edidit quidem *Claudius Hardy*, ὥστε τὸ πόριμον πᾶν καὶ γνώριμον, ἐπιπλέον ἄρα &c.

φύσιν θεωρούμενόν ἐστι, κἂν ὑφ' ἡμῶν μήπω καταλαμβάνηται. πολλὰ γὰρ τεταγμένα φύσει * ὕστερον Ἀρχιμήδης τοῦ Σερήνου ἐθεώρει ὅτι τέτακται. γνώριμον δὲ καὶ ἄγνωστον κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀναφορὰν λέγεται, ὥστε διαφέρειν ἂν τὰ εἰρημένα ἀλλήλων· εἴπερ τὸ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἔχει τὴν ἀναφορὰν, τόδε πρὸς τὴν φύσιν, τόδε πρὸς τὸ μέτρον.

Διωρισμένης δὲ καὶ τῆς κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν προτεθέντων, ἑπόμενον ἂν εἴη λοιπὸν τί ποτέ ἐστι τὸ δεδομένον ἐπισκέψασθαι. ὅσοι τοίνυν τὸ καθ' ὑπόθεσιν δεδομένον ὑπὸ τοῦ προβάλλοντος οἴονται εἶναι τὸ δεδομένον, διαμαρτάνουσι τοῦ ζητουμένου. τὰ γὰρ στοιχεῖα πάντα τοῦ δεδομένου συντέτακται, οὐ περὶ τοῦ καθ' ὑπόθεσιν τοιούτου, ὡς ἔξεστιν ἰδεῖν ἐπιοῦσιν τὰς περὶ τούτου πραγματείαις. διὸ δεῖ καὶ ἡμᾶς, ἀφέντας τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν, τοὺς ἄλλως ὁριζομένους λόγους ἐξετάσασθαι· ἔσται δὲ τὸ καθ' ὑπόθεσιν δεδομένον, τὸ ἀκολούθως ταῖς ἀρχαῖς θεωρούμενον. ὁρίζονται δὴ οἱ μὲν ὀνομαστικοῖς ὅροις χρώμενοι, ἑνί τινι τῶν εἰρημένων αὐτὸ χαρακτηρίζοντες, ὡς † ἐν ἀρχῇ εἴρηται· πάντες δὲ σχεδὸν ὥσπερ κοινὴν ἔννοιαν περὶ τοῦ δεδομένου δοκοῦσιν ἐσχηκέναι, καταληπτὸν γάρ τι αὐτὸ εἶναι ὑπέλαβον, ὡς αὐτὸ ἐμφαίνει τὸ δεδομένου ὄνομα· καὶ μάλιστα οἱ τὸ καθ' ὑπόθεσιν δεδομένον ὑπογράφοντες. ἔνιοι δὲ πρὸς τὸ συγχωρούμενον ἀπέβλεψαν. χρώμενοι δὲ καὶ ἡμεῖς τῷ εἰρημένῳ, ὥσπερ κανόνι καὶ κριτηρίῳ, δυνησόμεθα εὑρίσκειν τὸν τέλειον τοῦ δεδομένου ὁρισμόν. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐξισάζειν ἤτοι ἀντιστρέφειν αὐτὸ δεήσει πρὸς τὸ ὁριστόν· καὶ γὰρ τοῦτο ὑπάρχειν δεῖ τοῖς ὀρθῶς ἀποδεδομένοις ὁρισμοῖς. ἔστι δὲ τοῦ προκειμένου τοιοῦτος ἐν μὲν τοῖς ἁπλούστερον εἰρημένοις ὁρισμοῖς, ὁ τὸ πόριμον ὁριζόμενος, ἐν δὲ τοῖς συμπεπλεγμένοις ὁ τὸ γνώριμον ἅμα καὶ πόριμον, ἀτελεῖς δὲ οἱ λοιποὶ πάντες. οὔτε γὰρ ὁ τεταγμένον ὁριζόμενος αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς τὴν τοῦ δεδομένου περιοχὴν, διὰ μήτε τὸ πᾶν μήτε μόνον τὸ τεταγμένον εἶναι καταληπτόν· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀτάκτων τινὰ, ὡς ἐπιδέδεικται. οὔτε ἐκεῖνος ἱκανὸς, ὁ γνώριμον αὐτὸ ἀφοριζόμενος, οὐδὲ γὰρ τοῦτο πᾶν ἐστι καταληπτόν, εἰ καὶ μόνον· τὸ γὰρ ἄγνωστον οὐκ ἂν εἴη καταληπτόν. οὐδὲ μὴν ὁ ῥητὸν αὐτὸ ἀποφαινόμενος ὅρος τέλειος ἔσται· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον καταληπτόν, ὡς καὶ τοῦτο διώρισται πρότερον. λείπεται δὲ ἐν τοῖς ὀνομαστικῶς ἀποδεδομένοις τὸ πόριμον, ὅπερ δοκεῖ μάλιστα τὴν κατάληψιν ἐμφαίνειν· οὐ γὰρ τὸ πόριμον καταληπτὸν καὶ μόνον. τῷ τοιούτῳ καὶ Εὐκλείδης ἐχρήσατο, ὁρώμενα εἴδη τοῦ δεδομένου πάντα ὑπογράφων. τῶν δὲ συνθετῶν ὁρισμῶν μόνος τέλειος ἔσται, ὁ γνώριμον ἅμα καὶ πόριμον τὸ δεδομένον ἀφοριζόμενος, γένει μὲν ἀνάλογον ἔχον τὸ γνώριμον, διαφορᾷ δὲ τὸ πόριμον. ὁ δὲ τεταγμένον ἅμα καὶ πόριμον λέγει, οὐκ ἀληθής· οὐ μόνα γὰρ τὰ τοιαῦτά ἐστι δεδομένα. καὶ ὁ τὸ τεταγμένον καὶ ῥητὸν ὁμοίως ἐλλειπῶς περιέχει τὸ δεδομένον· ὁ δὲ τὸ γνώριμον ἅμα καὶ τεταγμένον, διὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὸ ὑποκείμε-

ram, quæ in contemplationem venit, dicitur; etiamsi à nobis minime comprehendatur. nam multa Archimedes posterius *ordinata* esse natura deprehendit, quæ Serenus fuerat contemplatus. *Cognitum* autem & *incognitum* secundum respectum ad nos dicitur, ita ut prædicta differant ab invicem; siquidem hoc refertur ad nos, illud ad propriam naturam, posterius autem ad mensuram.

Explicatis autem & similitudinibus & differentiis eorum quæ proposita sunt, consequens fuerit considerare quid sit *datum*. quotquot enim *id quod in hypothesi concessum est à proponente* putant esse *datum*, aberrant à quæsito. Etenim omnia *datorum* elementa de ejusmodi *dato*, quod est secundum hypothesim, composita non sunt; ut videre licet versatis in tractatione quæ habetur de *dato*. Quamobrem, omissa hac opinione, oportet nos de aliorum definitionibus ferre judicium: quod vero secundum hypothesin datur, est aliquid quod consequenter ex principiis cognoscitur. Porro definitionibus, quæ uno verbo constant, utentes, illud definiunt & aliquo prædictorum insigniunt, ut principio dictum est: ita ut fere omnes hoc idem de *dato* sensisse videantur, ut illud (quod & ipsum *dati* nomen innuit) *comprehensum* quiddam esse supponerent: atque inter illos ii maxime qui illud per *hypothesim* descripserunt; alii autem ad id quod *concessum* est respexerunt. Nos autem utentes dictis, ut regula & criterio, poterimus invenire perfectam *dati* definitionem. Clarum siquidem est quod exæquare aut converti ipsam oportebit cum definito: nam hoc oportet fieri in omnibus definitionibus recte traditis. Est autem propositi talis definitio; in simplicius quidem traditis, illa quæ definit *porimum*; in complexis vero quæ *porimum* & simul *gnorimum*, imperfectæ vero sunt reliquæ omnes. Neque enim quæ *ordinatum* definit sufficit ad *dati* comprehensionem, quia neque illud omne neque illud solum quod *ordinatum* est *comprehensum* est: etenim *inordinatorum* aliqua talia sunt, ut ostensum est. Neque illa satisfacit quæ *cognitum* illud esse describit; nam non illud omne solum *comprehensum* est; & si solum esset; incognitum utiq; numquid esset comprehensum? Neque item quæ *effabile* illud esse definit perfecta est; non enim illud omne solum *comprehensum* est, ut superius declaratum est. Porro in iis definitionibus, quæ uno verbo traditæ sunt, maxime deficit illa *porimi*, quæ videtur comprehensionem manifestare: non enim illud solum quod *porimum* est *comprehensum* est. Tali autem & ipse Euclides definitione usus est, cum perspectas sibi *dati* species omnes describeret. Compositarum autem definitionum ea perfecta est, quæ *cognitum* simul & *porimum datum* esse definit, pro genere quidem analogico habens *cognitum*, pro differentia autem *porimum*. Quæ porro *ordinatum* simul & *porimum* dicit, imperfecta est; non enim quæ talia sunt sola *data* sunt. quæ vero & *ordinatum* & *effabile* similiter cum defectu comprehendit *datum*; quod vero *cognitum* simul & *ordinatum*, quia propositum excedit, sana

non

* Omnino legendum ὕστερον Ἀρχιμήδους ὁ Σέρηνος ἐθεώρει. † *sc.* p. 454. v. 1 & 2.

non est; neque enim illud solum quod tale est *datum* est. soli autem illi, quod superest, ad *dati* cognitionem pervenisse videntur, qui illud quod *cognitum* est, esse *datum* ostenderunt: quod enim tale est, omne & solum *comprehensum* est; quæ utraque inesse debent recte traditis definitionibus. accedunt autem ad eos proxime qui ita definiverunt: *datum est cui æquale possumus exhibere, secundum ea quæ proposita sunt à nobis in primis hypothesibus & principiis.* Ex quorum numero est Euclides ipse ubique usus verbo πορίσασθαι, quanquam prætermittat *cognitum* ut consequens ex *porimo*. Posset autem illum aliquis merito reprehendere, quod non prius quidem *datum in communi* definierit, sed immediate specierum *dati* quamlibet, quamvis in geometricis elementis visus sit simplicem lineam ante species lineæ descripsisse, & alia similiter.

Quæ sit utilitas tractatus de datis.

Igitur cum universalius à nobis, & quantum quidem ad hoc negotium necessarium esse visum est, quid sit *datum* exposuerimus, consequens fuerit hujusce tractationis utilitates aperire. Etenim ea tractatio talis est, ut non sui solum, sed alicujus alterius rei gratia instituatur: etenim ad *locum resolutum* maxime necessaria est hæc scientia. Quantam porro vim *resolutus locus* obtineat in mathematicis disciplinis, & quæ ad illas proxime accedunt, Optica & Canonica, alio loco dictum est à nobis, tum quod *resolutio* sit demonstrationis inventio, tum quod in similibus rebus ad demonstrationis inventionem nobis ea multum conferat, tum quod longe præstantius sit potentiam resolutivam nancisci, quam multas particulares demonstrationes possidere.

Ad quam scientiam datorum *tractatio revocetur.*

Porro cum ad omnes ejusmodi scientias utilis sit *datorum* consideratio, quippe quæ ad *resolutionem* multum utilitatis afferat, merito dicetur non quidem ad unam scientiam, sed ad universalem illam Mathematicam potius revocari, quæ versatur circa numeros, magnitudines, tempora, velocitatem, & omnia quæ sunt ejusmodi, quæque de rationibus agit, nec non de proportionibus atque omnibus omnino medietatibus. quamobrem ad perfectam & demonstrativam *datorum* cognitionem tantopere utilem, hunc *datorum librum* elaboravit Euclides ille qui, inter eos qui elementa Geometrica composuerunt, facile principatum obtinet. quippe cum omnium fere mathematicarum disciplinarum (ut omnis Geometriæ in XIII. libris, Astronomiæ in Phænomenis, Musicæ & Opticæ) elementa seu verius introductiones exarasset, in hoc opere tractationis de *dato*, elementa resolutiva conscripta reliquit. Sed cum Geometra esset, quæ reliquis communia erant cum *dato*, magnitudinibus particulariter accommo-

νον οὐχ ὑγιὴς ἔσται. οὐδὲ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτο δεδομένον ἐστί. μόνοι δὲ, λοιπὸν, δοκοῦσιν καθικνεῖσθαι τῆς ἐννοίας τοῦ δεδομένου, οἱ γνώριμον αὐτὸ εἶναι ἀποφηνάμενοι· τὸ γὰρ τοιοῦτο πᾶν καταληπτὸν καὶ μόνον· ταῦτα δὲ ἀμφότερα δεῖ ὑπάρχειν, τοῖς ἐπιστημονικῶς ἀποδεδομένοις ὁρισμοῖς. ἐγγὺς δὲ τούτων ἐστὶν οἱ συνθέντες καὶ οὕτως· δεδομένον ἐστὶν ᾧ πορίσασθαι δυνάμεθα ἴσον, διὰ τῶν κειμένων ἡμῖν ἐν ταῖς πρώταις ὑποθέσεσίν τε καὶ ἀρχαῖς. τῶν δὲ προειρημένων εἴη ἂν Εὐκλείδης, πανταχοῦ τῷ πορίσασθαι χρώμενος, εἰ καὶ παραλιμπάνει τὸ γνώριμον, ὡς παρεπόμενον τῷ πορίμῳ. αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν εὐλόγως ὡς οὐ πρότερον κοινῶς τὸ δεδομένον ὁρισάμενον, ἀλλ' ἀμέσως τῶν εἰδῶν αὐτοῦ ἕκαστον, καί τοι ἐν τῇ γεωμετρικῇ στοιχειώσει, φαίνεται πρὸ τῶν εἰδῶν τῆς γραμμῆς, τὴν ἁπλῶς γραμμὴν ὁρισάμενος, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως.

Τί τὸ χρήσιμον τῆς περὶ τῶν δεδομένων πραγματείας.

Διακριθέντος τοίνυν κοινότερον, καὶ ἴσον καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν τοῦ δεδομένου, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὸ χρήσιμον τῆς περὶ αὐτοῦ πραγματείας ἀποδοῦναι. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῶν πρὸς ἄλλο ἐχόντων τὴν ἀναφοράν· πρὸς γὰρ τὸν ἀναλυόμενον λεγόμενον τόπον ἀναγκαιοτάτη ἐστὶν ἡ τούτου γνῶσις. ὅσην δ' ἔχει δύναμιν ἐν ταῖς μαθηματικαῖς ἐπιστήμαις, καὶ ταῖς συγγενῶς ὀπτικαῖς τε καὶ κανονικαῖς, ὁ ἀναλυόμενος τόπος ἐν ἄλλοις διώρισται, καὶ ὅτι ἀποδείξεώς ἐστιν εὕρεσις ἡ ἀνάλυσις. καὶ ὅτι πρὸς εὕρεσιν τῆς τῶν ὁμοίων ἀποδείξεως ἡμῖν συμβάλλεται, καὶ ὅτι μεῖζόν ἐστι τὸ δύναμιν ἀναλυτικὴν κτήσασθαι, τοῦ πολλὰς ἀποδείξεις τῶν ἐπὶ μέρους ἔχειν.

Ὑπὸ τίνα ἐπιστήμην ἀνάγεται ἡ τῶν δεδομένων πραγματεία.

Εἰς πάσας τοίνυν τὰς τοιαύτας ἐπιστήμας χρησίμη οὖσα ἡ περὶ τῶν δεδομένων θεωρία, ἐπείπερ εἰς ἀνάλυσιν μέγα συμβάλλεται, εἰκὸς ἂν ῥηθείη ἀνάγεσθαι οὐχ ὑπὸ μίαν ἐπιστήμην, ἀλλ' εἰς τὴν καθόλου λεγομένην μαθηματικήν· αὐτὴ δέ ἐστιν ἡ περὶ τὰ πλήθη, καὶ μεγέθη, καὶ χρόνους, καὶ τάχυν ἔχουσα καὶ ταῦτα πάντα, καθάπερ δὴ ἡ περὶ λόγους, καὶ ἀναλογίας καὶ τὰς πανταχοῦ μεσότητας πραγματευομένη. πρὸς ταύτην τοίνυν τὴν δεδομένου ἐπιστημονικὴν κατάληψιν χρησιμωτάτην οὖσαν, τὸ τῶν δεδομένων βιβλίον ὁ Εὐκλίδης ἐξεπόνησεν, ὃν καὶ στοιχειωτὴν κύριον ἐπωνόμασαν. πάσης γὰρ σχεδὸν μαθηματικῆς ἐπιστήμης στοιχεῖα, καὶ οἷον εἰσαγωγὰς προεξέταξεν, ὡς γεωμετρίας μὲν ὅλης ἐν τοῖς ιγ΄. βιβλίοις, καὶ τῆς ἀστρονομίας ἐν τοῖς Φαινομένοις, καὶ μουσικῆς δὲ καὶ ὀπτικῆς ὁμοίως στοιχεῖα παραδέδωκεν, καὶ τῆς περὶ δεδομένου ταύτης πραγματείας ἐν τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ στοιχείωσιν ἀναλυτικὴν ἐποιήσατο. γεωμετρικὸς δὲ ὢν ἀνὴρ διαφερόντως τοὺς κοινοὺς λόγους τοῖς μεγέθεσιν

ἰδίως

ἰδίως ἐφάρμοσεν, ὃν τρόπον ἐποίησεν καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων, ὡς ἐπὶ μεγεθῶν ἰδίως αὐτοὺς πραγματευσάμενος ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν ἐπιπέδου.

Κοινῶς μὲν καὶ εἴρηταί τι δεδομένον, καὶ ὑπὸ ποίαν ἐπιστήμην ἀνάγεται, καὶ ὅτι χρησιμωτάτη ἐστὶν ἡ περὶ αὐτῶν θεωρία. προσκείσθω δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ἡ περιγραφὴ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης. ἔστι δὲ αὐτὴ, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων φανερὸν, κατάληψις τῶν δεδομένων κατὰ πάντα τρόπον, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων. ἰδίως δὲ καὶ ὡς πρὸς τὸ προκείμενον βιβλίον, λεγέσθω εἶναι μέθοδος στοιχείωσιν περιέχουσα τῆς ὅλης περὶ τοῦ δεδομένου ἐπιστήμης. ἕξει δὲ αὐτὴ τὸ χρήσιμον ἀκολούθως, καὶ τὰ ἄλλα, κατὰ τὴν ἀναφορὰν τὴν πρὸς τὸ δεδομένον.

Διῄρηται δὲ τὸ βιβλίον πρὸς τὰ δεδομένου εἴδη, καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν τμῆμα περιέχει τὰ κατὰ λόγον δεδομένα, τὸ δὲ δεύτερον τὰ τῇ θέσει, ἔπειτα δὲ, τὰ τῷ εἴδει. ἁπλοῦν γὰρ ἦν τὸ περὶ τῷ μεγέθει δεδομένον, κατέσπαρται δὲ καὶ ταῦτα μεμικτῶς ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ μάλιστα τὸ εἶδος δεδομένοις· ἤρξατο δὲ ἀπὸ τῶν λόγῳ καὶ θέσει δεδομένων, ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτων συνίσταται τὰ τῷ εἴδει δεδομένα. καὶ ἄλλως δὲ ἡ διαίρεσις αὐτοῦ τοῦ βιβλίου γέγονεν, εἴς τε καθόλου μεγέθη, καὶ εἰς γραμμὰς, καὶ ἐπίπεδα, καὶ κυκλικὰ θεωρήματα· τῇ δὲ ὁμοίᾳ τάξει ἐχρήσατο καὶ ἐπὶ τῶν ὅρων, ἤτοι ὑποθέσεων τοῦ βιβλίου· τρόπῳ δὲ διδασκαλίας οὐ κατὰ σύνθεσιν ἐνταῦθα ἠκολούθησεν, ἀλλὰ τῷ κατὰ ἀνάλυσιν, ὡς ὁ Παππὸς ἱκανῶς ἀπέδειξεν ἐν τοῖς εἰς τὸ βιβλίον ὑπομνήμασι.

davit; quam rationem ipse servavit, cum de rationibus in universum loqueretur, de iis, tanquam ad magnitudines solum spectantibus, locutus in libro quinto de planis.

Nunc generaliter quidem dictum est quid sit *datum*, & ad quam scientiam pertineat, & quod utilissima sit ejus contemplatio. Adjiciatur autem ad ea quæ dicta sunt, & illius scientiæ, quæ circa datum versatur, descriptio. Est illa quippe, ut ex dictis patet, omnimoda comprehensio *datorum*, & eorum quæ illis accidunt. Peculiariter autem & congruenter ad propositum librum dicatur esse methodus continens elementa ejus scientiæ quæ *datum* contemplatur. Habebit autem & illa utilitatem ex consequenti, atque alia, quatenus refertur ad *datum*.

Porro hic liber secundum *datorum* species dividitur; & prima quidem ejus sectio continet quæ *data* sunt *ratione*, secunda ea quæ *positione*, tum ea quæ *specie data* sunt. Etenim illud quod *magnitudine datum* est, simplex est, & in aliis particulariter continetur, & præcipue in *datis specie*. Incepit autem à *ratione* & *positione datis*, quoniam ex his resultant *specie data*. Aliam vero divisionem recipit hic liber; dividitur quippe & in *magnitudines in universum*, & in *lineas*, & in *superficies*, & in *theoremata de circulis*; quem ordinem secutus fere est in definitionibus & suppositionibus hujus libri. Genere porro docendi usus est, non qui per compositionem procedit, sed qui per resolutionem, ut à Pappo * in commentariis ad hunc librum fuse satis ostensum est.

* Præfat. ad lib. VII. Collect. Math.

ΕΥ-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΤΑ
ΔΕΔΟΜΕΝΑ.

EUCLIDIS
DATA.

ΟΡΟΙ.

α'. ΔΕΔΟΜΕΝΑ τῷ μεγέθει λέγεται, χωρία τε, καὶ γραμμαὶ, καὶ γωνίαι, οἷς δυνάμεθα ἴσα πορίσασθαι.

β'. Λόγος δεδόσθαι λέγεται, ᾧ δυνάμεθα τὸν αὐτὸν πορίσασθαι.

γ'. Εὐθύγραμμα σχήματα τῷ εἴδει δεδόσθαι λέγεται, ὧν αἵ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ κατὰ μίαν, καὶ οἱ λόγοι τῶν πλευρῶν πρὸς ἀλλήλας δεδομένοι.

δ'. Τῇ θέσει δεδόσθαι λέγεται, σημεῖά τε, καὶ γραμμαὶ, καὶ χωρία, καὶ γωνίαι, ἃ τὸν ἀεὶ τόπον ἔχει.

ε'. Κύκλος τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ϛ'. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει κύκλος δεδόσθαι λέγεται, οὗ δέδοται τὸ μὲν κέντρον τῇ θέσει, καὶ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῷ μεγέθει.

ζ'. Τμήματα κύκλων τῷ μεγέθει δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἵ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῷ μεγέθει.

η'. Τῇ θέσει δὲ καὶ τῷ μεγέθει τμήματα δεδόσθαι λέγεται, ἐν οἷς αἵ τε γωνίαι δεδομέναι εἰσὶ τῷ μεγέθει, καὶ αἱ βάσεις τῶν τμημάτων τῇ θέσει καὶ τῷ μεγέθει.

θ'. Μέγεθος μεγέθους, δοθέντι, μεῖζόν ἐστιν, ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν τῷ αὐτῷ ἴσον ᾖ.

ι'. Μέγεθος μεγέθους, δοθέντι, ἔλαττόν ἐστιν, ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ ὅλον τῷ αὐτῷ ἴσον ᾖ.

DEFINITIONES.

1. DATA magnitudine dicuntur, ſpatia, lineæ, angulique, quibus æqualia poſſumus invenire.

2. Ratio dari dicitur, cui poſſumus eandem invenire.

3. Rectilineæ figuræ ſpecie dari dicuntur, quarum & ſinguli anguli dati ſunt, & laterum rationes ad invicem etiam datæ.

4. Poſitione dari dicuntur, puncta, lineæ, ſpatia, & anguli, quæ eundem ſitum ſemper obtinent.

5. Circulus magnitudine dari dicitur, cujus datur ea quæ ex centro magnitudine.

6. Poſitione & magnitudine dari dicitur circulus, cujus centrum quidem datur poſitione, & ea quæ ex centro magnitudine.

7. Circuli ſegmenta magnitudine dari dicuntur, in quibus & anguli & ſegmentorum baſes magnitudine data ſunt.

8. Poſitione & magnitudine dari dicuntur circuli ſegmenta, in quibus anguli magnitudine dati ſunt, atque ſegmentorum baſes poſitione ſimul ac magnitudine.

9. Magnitudo magnitudine major eſt, data; quando, ablata data, reliqua eidem æqualis eſt.

10. Magnitudo magnitudine minor eſt, data; quando, adjuncta data, tota eidem æqualis eſt.

11. Magnitudo magnitudine major est, data *magnitudine*, quam in ratione: quando, ablata data, reliqua ad eandem habet rationem datam.

12. Magnitudo magnitudine minor est, data, quam in ratione: quando, adjuncta data, tota ad eandem habet rationem datam.

13. Deducta linea recta est, quæ à dato puncto ad datam positione rectam in angulo dato ducitur.

14 Educta vero linea recta est, quæ à dato puncto ad datam positione rectam in dato angulo protrahitur.

15. Contra positione recta est, quæ per datum punctum datæ positione rectæ parallela ducitur.

ια'. Μέγεθος μεγέθους, δοθέντι, μεῖζόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ, ὅταν, ἀφαιρεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ λοιπὸν πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχει δεδομένον.

ιβ'. Μέγεθος μεγέθους, δοθέντι, ἔλαττόν ἐστιν ἢ ἐν λόγῳ, ὅταν, προστεθέντος τοῦ δοθέντος, τὸ ὅλον πρὸς τὸ αὐτὸ λόγον ἔχει δεδομένον.

ιγ'. Κατηγμένη ἐστὶν, ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου ἐπὶ θέσει εὐθεῖαν ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.

ιδ'. Ανηγμένη ἐστὶν, ἡ ἀπὸ δεδομένου σημείου πρὸς θέσει εὐθεῖαν ἀγομένη εὐθεῖα ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ.

ιε'. Παρὰ θέσει ἐστὶν, ἡ διὰ δεδομένου σημείου δεδομένῃ θέσει εὐθείᾳ παράλληλος ἀγομένη.

Prop. I.

Datarum magnitudinum ratio ad invicem datur.

Sint datæ magnitudines A, B: dico rationem ipsius A ad B datam esse.

Quoniam enim datur magnitudo A, possumus [per 1. def. dat.] illi invenire æqualem. inveniatur, & esto Γ. rursus cum data sit magnitudo B, illi possumus invenire æqualem. inveniatur, & esto Δ. quoniam igitur A æqualis est ipsi Γ, & B ipsi Δ; erit ut A ad Γ ita B ad Δ: permutando igitur erit [per 16.5.] ut A ad B ita Γ ad Δ. ratio igitur ipsius A ad B [per 2. def. dat.] data est; huic enim eadem inventa est, sc. ratio ipsius Γ ad Δ. quod erat demonstrandum.





ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Τῶν δεδομένων μεγεθῶν ὁ λόγος ὁ πρὸς ἄλληλα δέδοται.

Ἔστω δεδομένα μεγέθη τὰ Α, Β· λέγω ὅτι τοῦ Α πρὸς τὸ Β λόγος ἐστὶ δοθείς.

Εἰ ἡσυχία εἴη καὶ ἀκινησία, σιωπὴ ἂν εἴη. σιωπῆς δὲ οὔσης καὶ μηδενὸς κινουμένου, οὐδὲν ἂν ἀκούοιτο· εἰ ἄρα μέλλει τι ἀκουσθήσεσθαι, πληγὴν καὶ κίνησιν πρότερον δεῖ γενέσθαι. ὥστε, ἐπειδὴ πάντες οἱ φθόγγοι γίνονται πληγῆς τινος γινομένης, πληγὴν δὲ ἀμήχανον γενέσθαι, μὴ οὐχὶ κινήσεως πρότερον γενομένης· τῶν δὲ κινήσεων αἱ μὲν πυκνότεραί εἰσιν, αἱ δὲ ἀραιότεραι· καὶ αἱ μὲν πυκνότεραι ὀξυτέρους ποιοῦσι τοὺς φθόγγους, αἱ δὲ ἀραιότεραι, βαρυτέρους· ἀναγκαῖον τοὺς μὲν ὀξυτέρους εἶναι, ἐπείπερ ἐκ πυκνοτέρων καὶ πλειόνων σύγκεινται κινήσεων· τοὺς δὲ βαρυτάτους, ἐπείπερ ἐξ ἀραιοτέρων καὶ ἐλασσόνων σύγκεινται κινήσεων. ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους τοῦ δέοντος ἀνιεμένους ἀφαιρέσει κινήσεων τυγχάνειν τοῦ δέοντος· τοὺς δὲ βαρυτέρους ἐπιτεινομένους, προσθέσει κινήσεων, τυγχάνειν τοῦ δέοντος. διόπερ ἐκ μορίων τοὺς φθόγγους συγκεῖσθαι φατέον, ἐπειδὴ προσθέσει καὶ ἀφαιρέσει τυγχάνουσι τοῦ δέοντος. πάντα δὲ τὰ ἐκ μορίων συγκείμενα, ἀριθμοῦ λόγῳ λέγεται πρὸς ἄλληλα. ὥστε καὶ τοὺς φθόγγους ἀναγκαῖον ἐν ἀριθμοῦ λόγῳ λέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους. τῶν δὲ ἀριθμῶν οἱ μὲν ἐν πολλαπλασίονι λόγῳ λέγονται· οἱ δὲ ἐν ἐπιμορίῳ· οἱ δὲ ἐν ἐπιμερεῖ. ὥστε καὶ τοὺς φθόγγους ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις λέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους. τούτων δὲ οἱ μὲν πολλαπλάσιοι, καὶ ἐπιμόριοι ἑνὶ ὀνόματι λέγονται πρὸς ἀλλήλους. γιγνώσκομεν δὲ καὶ τῶν φθόγγων τοὺς μὲν συμφώνους ὄντας, τοὺς δὲ διαφώνους. καὶ τοὺς μὲν συμφώνους μίαν κρᾶσιν τὴν ἐξ ἀμφοῖν ποιοῦντας· τοὺς δὲ διαφώνους, οὔ. τούτων οὕτως ἐχόντων, εἰκὸς τοὺς συμφώνους φθόγγους, ἐπειδὴ μίαν, τὴν ἐξ ἀμφοῖν, ποιοῦνται κρᾶσιν τῆς φωνῆς, εἶναι τῶν ἐν ἑνὶ ὀνόματι πρὸς ἀλλήλους λεγομένων ἀριθμῶν, ἤτοι πολλαπλασίους ὄντας, ἢ ἐπιμορίους.

Si omnia quiescerent, nihilque moveretur, silentium foret. si silentium foret, nihilque moveretur, nihil quoque audiretur: quare, si quid audiri debeat, percussionem atque motum præcedere oportet. hinc adeo, cum omnes soni fiant præcedente aliqua percussione; percussio vero fieri nequeat nisi præcesserit motus: & cum motuum alii sint spissiores, alii rariores; & quidem spissiores faciant sonos acutiores; rariores vero, graviores: necesse est, illos quidem esse acutiores, quod ex spissioribus & pluribus componantur motibus; hos vero graviores, quod ex motibus constituantur & rarioribus & paucioribus. ut hac ratione, qui justo sunt acutiores, si remittantur, ablatione motuum justum sonum consequantur; ut contra, qui graviores, si intendantur, motuum additione justi fiunt. sonos itaque ex partibus componi dicendum, quod additione & ablatione fiant justi. jam vero, quæ ex partibus constant, omnia, numeri inter se ratione dicuntur. ut sonos quoque numeri ratione inter se dici sit necesse. porro numerorum alii dicuntur in ratione multiplici, alii in superparticulari, alii in superpartiente. ut & sonos necesse sit iis inter se rationibus appellari. atque horum multiplices & superparticulares uno inter se nomine dicuntur. deinde quoque est notum, sonorum alios esse consonos, alios dissonos. & consonos quidem unam ex ambobus facere mistionem: dissonos vero, non item. cum hæc ita se habeant, rationi est consentaneum, sonos consonos, quod vocis unam ex ambobus mistionem, faciant ad numeros, qui uno nomine mutuum suum dicunt respectum, vel multiplices, vel superparticulares.

Theorema I.

Si intervallum multiplex, bis compositum, fecerit aliquod intervallum; etiam illud erit multiplex.

Esto intervallum B, Γ, ita ut B sit multiplex ipsius Γ; porro factum sit, ut Γ ad B ita B ad Δ: dico Δ quoque multiplicem esse ipsius Γ.

Quoniam enim B multiplex est ipsius Γ, metitur ergo Γ ipsum B. sed erat quoque ut Γ ad B ita B ad Δ: quare & Γ metitur ipsum Δ: ergo Δ est multiplex ipsius Γ.

ΘΕΩΡΗΜΑ α'.

Ἐὰν διάστημα πολλαπλάσιον, δὶς συντεθὲν, ποιῇ τι διάστημα· καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιον ἔσται.

Ἔστω διάστημα τὸ Β, Γ, καὶ ἔστω πολλαπλάσιον τὸ Β τοῦ Γ, καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Β οὕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ· φημὶ δὴ καὶ τὸν Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιον εἶναι.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ Β τοῦ Γ πολλαπλάσιός ἐστι, μετρεῖ ἄρα ὁ Γ τὸν Β. ἦν δὲ καὶ ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Β οὕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ· ὥστε μετρεῖ καὶ ὁ Γ τὸν Δ· πολλαπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ Δ τοῦ Γ.



Theorema II.

Si intervallum, bis compositum, totum fecerit intervallum multiplex; ipsum quoque erit multiplex.

Sit intervallum B, Γ, factumque sit ut Γ ad B ita B ad Δ, sit quoque Δ multiplex ipsius Γ: dico etiam B ipsius Γ esse multiplicem.

Quia enim Δ est multiplex ipsius Γ, igitur Γ metitur ipsum Δ. didici autem; si sint quotcunque numeri deinceps proportionales, & primus metiatur ultimum, illum quoque intermedios mensurum: quare & Γ metitur ipsum Δ: ergo B est multiplex ipsius Γ.

ΘΕΩΡΗΜΑ β'.

Ἐὰν διάστημα, δὶς συντεθὲν, τὸ ὅλον ποιῇ πολλαπλάσιον· καὶ αὐτὸ ἔσται πολλαπλάσιον.

Ἔστω διάστημα τὸ Β, Γ, καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Β οὕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ, καὶ ἔστω ὁ Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιος· φημὶ δὴ καὶ τὸν Β τοῦ Γ εἶναι πολλαπλάσιον.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιός ἐστι, μετρεῖ ἄρα ὁ Γ τὸν Δ. ἔμαθον δὲ, ὅτι ἐὰν ὦσιν ἀριθμοὶ ἀνάλογον ὁποσοιοῦν, ὁ δὲ πρῶτος τὸν ἔσχατον μετρῇ, καὶ τοὺς μεταξὺ μετρήσει· μετρεῖ ἄρα ὁ Γ τὸν Δ· πολλαπλάσιος ἄρα ὁ Β τοῦ Γ.



Theorema III.

Superparticulare intervallum neque unum neque plures habebit proportionaliter incidentes numeros medios.

Sit enim superparticulare intervallum B, Γ. minimi vero in eadem ratione, in qua sunt B, Γ, sint Δ Z, Θ. hos igitur sola unitas, tanquam mensura communis metitur.

ΘΕΩΡΗΜΑ γ'.

Ἐπιμορίου διαστήματος μέσοι, οὔτε εἷς οὔτε πλείους ἀνάλογον ἐμπεσοῦνται ἀριθμοί.

Ἔστω γὰρ ἐπιμόριον διάστημα τὸ Β, Γ. ἐλάχιστοι δὲ ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ τοῖς Β, Γ ἔστωσαν οἱ Δ Ζ, Θ· οὗτοι δὴ ὑπὸ μονάδος μόνης μετροῦνται κοινοῦ μέτρου.



Aufer H Z æqualem numerum ipsi Θ, & relinquitur unitas: est igitur Δ Z superparticularis ipsius Θ. excessus vero ipse Δ H communis mensura

Ἀφελε ἴσον τῷ Θ τὸν Η Ζ, καὶ ἐπίλοιπον μονάς. ἐπιμόριός ἐστιν ἄρα ὁ Δ Ζ τοῦ Θ. καὶ ἡ ὑπεροχὴ ὁ Δ Η κοινὸν μέτρον τοῦτε

ΔΖ

ΔΖ καὶ Θ· οὐκ ἄρα ἐμπεσεῖται εἰς τοὺς ΔΖ, Θ μέσος οὐδείς. ἔσται γὰρ ὁ ἐμπίπτων τοῦ ΔΖ ἐλάττων, τοῦ δὲ Θ μείζων· ὥστε τὴν μονάδα διαιρεθῆναι, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἐμπεσεῖται εἰς τοὺς ΔΖ, Θ τις. ὅσοι δὲ εἰς τοὺς ἐλαχίστους μέσοι ἀνάλογον ἐμπίπτουσι, τοσοῦτοι καὶ εἰς τοὺς τὸν αὐτὸν λόγον ἔχοντας ἀνάλογον ἐμπεσοῦνται. οὐδεὶς δὲ εἰς τοὺς ΔΖ, Θ ἐμπεσεῖται· οὐδὲ ἄρα εἰς τοὺς Β, Γ ἐμπεσεῖται.

ipsius ΔZ & Θ: nullus igitur inter ΔZ & Θ medius cadet proportionalis. Foret enim qui incideret, ipso ΔZ minor, major vero ipso Θ; atque hac ratione unitas divideretur, quod fieri nequit: nullus ergo inter ΔZ & Θ incidet. quot autem inter minimos cadunt medii proportionales, tot etiam inter alios, eandem rationem habentes, incident proportionales. sed nullus cadit inter ΔZ & Θ; quare nec inter B, Γ quisquam incidet.

ΘΕΩΡΗΜΑ δʹ.

Ἐὰν διάστημα, μὴ πολλαπλάσιον, δὶς συντεθῇ· τὸ ὅλον οὔτε πολλαπλάσιον ἔσται, οὔτε ἐπιμόριον.

Ἔστω γὰρ διάστημα μὴ πολλαπλάσιον τὸ Β, Γ, καὶ γινέσθω ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Β οὕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ· λέγω ὅτι ὁ Δ τοῦ Γ οὔτε πολλαπλάσιος, οὔτε ἐπιμόριός ἐστιν.

Ἔστω γὰρ πρῶτον ὁ Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιος· οὐκοῦν ἐμάθομεν, ὅτι ἐὰν διάστημα, δὶς συντεθὲν, τὸ ὅλον ποιῇ πολλαπλάσιον, καὶ αὐτὸ πολλαπλάσιόν ἐστιν· ἔσται ἄρα ὁ Β τοῦ Γ πολλαπλάσιος. οὐκ ἦν δέ· ἀδύνατον ἄρα τὸν Δ τοῦ Γ εἶναι πολλαπλάσιον. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐπιμόριον, ἐπιμορίου γὰρ διαστήματος μέσος οὐδεὶς ἀνάλογον ἐμπίπτει· εἰς δὲ τοὺς Δ, Γ ἐμπίπτει ὁ Β· ἀδύνατον ἄρα τὸν Δ τοῦ Γ ἢ πολλαπλάσιον, ἢ ἐπιμόριον εἶναι.

THEOREMA IV.

Si intervallum non multiplex bis componatur; totum, quod producitur, intervallum, neque multiplex erit, neque superparticulare.

SIT enim intervallum non multiplex B, Γ; & fiat ut Γ ad B ita B ad Δ: dico Δ neque multiplicem esse, neque superparticularem ipsius Γ.

Sit enim primo Δ multiplex ipsius Γ; atqui



didicimus, si intervallum, bis compositum, totum fecerit multiplex, ipsum quoque esse multiplex: erit igitur B multiplex ipsius Γ. sed hoc non erat: quare impossibile est ut Δ sit multiplex ipsius Γ. sed neque secundo, superparticularis; cum superparticulare intervallum nullum habeat medium *numerum* proportionaliter intervenientem. jam vero inter Δ, Γ cadit B: quare fieri nequit ut Δ ipsius Γ aut multiplex sit aut superparticularis.

ΘΕΩΡΗΜΑ εʹ.

Ἐὰν διάστημα, δὶς συντεθὲν, τὸ ὅλον μὴ ποιῇ πολλαπλάσιον· οὐδ' αὐτὸ ἔσται πολλαπλάσιον.

Ἔστω διάστημα τὸ Β, Γ, καὶ γεγενήσθω ὡς ὁ Γ πρὸς τὸν Β, οὕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ. καὶ μὴ ἔστω ὁ Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιος· λέγω ὅτι οὐδὲ ὁ Β τοῦ Γ ἔσται πολλαπλάσιος.

Εἰ γάρ ἐστιν ὁ Β τοῦ Γ πολλαπλάσιος, ἔσται καὶ ὁ Δ τοῦ Γ πολλαπλάσιος. οὐκ ἔστι δέ· οὐκ ἄρα ὁ Β τοῦ Γ ἔσται πολλαπλάσιος.

THEOREMA V.

Si intervallum, bis compositum, totum non fecerit multiplex; ipsum quoque non erit multiplex.

SIT enim intervallum B, Γ; sitque factum ut Γ ad B ita B ad Δ; porro Δ non sit multiplex ipsius Γ: dico nec B ipsius Γ fore multiplicem.

Si enim B fuerit multiplex ipsius Γ, erit



quoque Δ multiplex ipsius Γ. atqui non est: neque igitur B erit multiplex ipsius Γ.

THEOREMA VI.

Duplex intervallum constat ex duobus maximis superparticularibus, sesquialtero scilicet & sesquitertio.

SIT enim ΒΓ sesquialter ipsius ΔΖ, ΔΖ vero sesquitertius ipsius Θ: dico ΒΓ duplum esse ipsius Θ.

Quoniam enim dempsi ΖΚ æqualem ipsi Θ,



deinde ipsi ΔΖ æqualem ΓΛ: hinc, quoniam ΒΓ est sesquialter ipsius ΔΖ, existit ΒΛ pars tertia ipsius ΒΓ, at dimidia ipsius ΔΖ. rursus, quoniam ΔΖ est sesquitertius ipsius Θ, ΔΚ est pars quarta ipsius ΔΖ, at tertia ipsius Θ: cum igitur ΔΚ sit pars quarta ipsius ΔΖ, at ΒΛ pars tertia ipsius ΒΓ; erit ΔΚ pars sexta ipsius ΒΓ. atqui idem ΔΚ erat pars tertia ipsius Θ: ergo ΒΓ duplus est ipsius Θ.

ALITER.

Sit enim Α sesquialter ipsius Β, ipse autem Β sesquitertius ipsius Γ; dico Α esse duplum ipsius Γ.

Quoniam enim Α sesquialter est ipsius Β, Α



continet ipsum Β atque ejus semissem: quare duo Α æquales sunt tribus Β. rursus, quoniam Β est sesquitertius ipsius Γ, continet ergo Β ipsum Γ & tertiam ejus partem: quare tres Β æquales sunt quatuor Γ. atqui tres Β æquales quoque sunt duobus Α: quare duo Α æquales sunt quatuor Γ. atque hinc Α est æqualis duobus Γ: est igitur Α duplus ipsius Γ.

THEOREMA. VII.

Ex duplo intervallo & sescuplo, triplum fit intervallum.

SIT enim Α duplus ipsius Β, Β vero sescuplus ipsius Γ: dico Α esse triplum ipsius Γ.

Cum enim Α sit duplum ipsius Β; est ergo Α



æqualis binis Β. rursus, cum Β sit sesquialter ipsius Γ; continet ergo Β ipsum Γ ejusque

ΘΕΩΡΗΜΑ ϛ'.

Τὸ διπλάσιον διάστημα ἐκ δύο τῶν μεγίστων ἐπιμορίων συνέστηκεν, ἔκ τε τοῦ ἡμιολίου καὶ ἐκ τοῦ ἐπιτρίτου.

ΕΣτω γὰρ ὁ μὲν ΒΓ τοῦ ΔΖ ἡμιόλιος, ὁ δὲ ΔΖ τοῦ Θ ἐπίτριτος· φημὶ τὸν ΒΓ τοῦ Θ διπλάσιον εἶναι.

Αφεῖλον γὰρ ἴσον τῷ Θ τὸν ΖΚ, καὶ τῷ ΔΖ τὸν ΓΛ· οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ ΒΓ τοῦ ΔΖ ἡμιόλιος, ὁ ΒΛ ἄρα τοῦ ΒΓ τρίτον μέρος ἐστὶν, τοῦ δὲ ΔΓ ἥμισυ. πάλιν, ἐπεὶ ὁ ΔΖ τοῦ Θ ἐπίτριτός ἐστιν, ὁ ΔΚ τοῦ μὲν ΔΖ τεταρτημόριόν ἐστι, τοῦ δὲ Θ τριτημόριον· οὐκοῦν ἐπεὶ ὁ ΔΚ τοῦ ΔΖ ἐστὶ τεταρτημόριον, ὁ δὲ ΒΛ τοῦ ΒΓ τρίτον μέρος· ὁ ἄρα ΔΚ τοῦ ΒΓ ἕκτον μέρος ἐστίν. ἦν δὲ ὁ ΔΚ τοῦ Θ τρίτον μέρος· ὁ ἄρα ΒΓ τοῦ Θ διπλάσιός ἐστιν.

ΑΛΛΩΣ.

Εστω γὰρ ὁ μὲν Α τοῦ Β ἡμιόλιος. ὁ δὲ Β τοῦ Γ ἐπίτριτος· λέγω ὅτι ὁ Α τοῦ Γ ἐστὶ διπλάσιος.

Επεὶ γὰρ ἡμιόλιός ἐστιν ὁ Α τοῦ Β· ὁ Α ἄρα ἔχει τὸν Β, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ· δύο ἄρα οἱ Α ἴσοι εἰσὶ τρισὶ τοῖς Β. πάλιν, ἐπεὶ ὁ Β τοῦ Γ ἐστιν ἐπίτριτος· ὁ Β ἄρα ἔχει τὸν Γ καὶ τὸ τρίτον αὐτοῦ· τρεῖς ἄρα οἱ Β ἴσοι εἰσὶ τέτταρσι τοῖς Γ. τρεῖς δὲ οἱ Β ἴσοι εἰσὶ δυσὶ τοῖς Α· δύο ἄρα οἱ Α ἴσοι εἰσὶ τέτταρσι τοῖς Γ· ὁ Α ἄρα ἴσος ἐστὶ δυσὶ τοῖς Γ· διπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ Α τοῦ Γ.

ΘΕΩΡΗΜΑ ζ'.

Εκ τοῦ διπλασίου διαστήματος καὶ ἡμιολίου, τριπλάσιον διάστημα γίνεται.

ΕΣτω γὰρ ὁ μὲν Α τοῦ Β διπλάσιος, ὁ δὲ Β τοῦ Γ ἡμιόλιος· λέγω ὅτι ὁ Α τοῦ Γ ἐστὶ τριπλάσιος.

Επεὶ γὰρ ὁ Α τοῦ Β ἐστὶ διπλάσιος· ὁ ἄρα Α ἴσος ἐστὶ δυσὶ τοῖς Β. πάλιν, ἐπεὶ ὁ Β τοῦ Γ ἐστὶν ἡμιόλιος· ὁ Β ἄρα ἔχει τὸν Γ καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ.

δύο

δύο ἄρα οἱ Β ἴσοι εἰσὶ τρισὶ τοῖς Γ. δύο δὲ οἱ Β ἴσοι εἰσὶ τῷ Α· καὶ ὁ Α ἄρα ἴσος ἐστὶ τρισὶ τοῖς Γ· τριπλάσιος ἄρα ἐστὶν ὁ Α τοῦ Γ.

quare bini B æquales sunt ternis Γ. atque bini B æquales sunt ipsi A: ergo A quoque æqualis est ternis Γ: est ergo A triplus ipsius Γ.

ΘΕΩΡΗΜΑ η'.

Ἐὰν ἀπὸ ἡμιολίου διαστήματος ἐπίτριτον διάστημα ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν καταλείπεται ἐπόγδοον.

THEOREMA VIII.

Si à sesculplo intervallo sesquitertium intervallum auferatur; quod relinquitur, est sesquioctavum.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν Α τοῦ Β ἡμιόλιος, ὁ δὲ Γ τοῦ Β ἐπίτριτος· λέγω ὅτι ὁ Α τοῦ Γ ἐστὶν ἐπόγδοος.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ Α τοῦ Β ἐστὶν ἡμιόλιος, ὁ Α ἄρα ἔχει τὸν Β καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ· ὀκτὼ ἄρα οἱ Α ἴσοι εἰσὶ δώδεκα τοῖς Β. πάλιν ἐπεὶ ὁ Γ τοῦ Β ἐστὶν ἐπίτριτος· ὁ Γ ἄρα ἔχει τὸν Β καὶ τὸ τρίτον αὐτοῦ· ἐννέα ἄρα οἱ Γ ἴσοι εἰσὶ δώδεκα τοῖς Β. δώδεκα δὲ οἱ Β ἴσοι εἰσὶν ὀκτὼ τοῖς Α· ὀκτὼ ἄρα οἱ Α ἴσοι εἰσὶν ἐννέα τοῖς Γ· ὁ ἄρα Α ἴσος ἐστὶ τῷ Γ καὶ τῷ ὀγδόῳ αὐτοῦ· ὁ Α ἄρα τοῦ Γ ἐστὶν ἐπόγδοος.

Esto enim A sesquialter ipsius B, at Γ sesquitertius ipsius B: dico A esse superoctavum ipsius Γ.

Quoniam enim A est sesquialter ipsius B, habet ergo A ipsum, ejusque semissem: quare octo A æquales sunt duodecim B. porro, quoniam Γ est ipsius B sesquitertius, habet ergo Γ ipsum B ejusque trientem: quare novem Γ æquales sunt duodecim B. atqui duodecim B æquales sunt octonis A: octoni ergo A æquales sunt novenis Γ: quare A æqualis est ipsi Γ ejusque parti octavæ: atque adeo A sesquioctavus est ipsius Γ.



ΘΕΩΡΗΜΑ θ'.

Τὰ ἓξ ἐπόγδοα διαστήματα μείζονά ἐστι διαστήματος ἑνὸς διπλασίου.

THEOREMA IX.

Sex intervalla sesquioctava majora sunt uno intervallo duplo.

Ἔστω γὰρ ὁ εἷς ἀριθμὸς ὁ Α, καὶ τοῦ μὲν Α ἐπόγδοος ἔστω ὁ Β, τοῦ δὲ Β ἐπόγδοος ὁ Γ, τοῦ δὲ Γ ἐπόγδοος ὁ Δ, τοῦ δὲ Δ ἐπόγδοος ὁ Ε, τοῦ δὲ Ε ἐπόγδοος ὁ Ζ, τοῦ δὲ Ζ ἐπόγδοος ὁ Η· λέγω ὅτι ὁ Η τοῦ Α μείζων ἐστὶν ἢ διπλάσιος.

Ἐπεὶ ἐμάθομεν εὑρεῖν ἑπτὰ ἀριθμοὺς ἐφεξῆς ἐπογδόους ἀλλήλων, εὑρήσθωσαν οἱ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η. καὶ γίνεται ὁ μὲν Α, εἰκοσιὲξ μύρια, δισχίλια, ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρα· ὁ δὲ Β, εἰκοσιεννέα μύρια, τετρακισχίλια, ἐννακόσια καὶ δώδεκα· ὁ δὲ Γ, τριακοντατρία μύρια, χίλια, ἑπτακόσια, καὶ ἑβδομηκονταέξ· ὁ δὲ Δ, τριακονταεπτὰ μύρια, τρισχίλια, διακόσια καὶ τεσσαρακονταοκτώ· ὁ δὲ Ε, τεσσαρακονταὲν μύρια, ἐννακισχίλια, ἐννακόσια καὶ τέσσαρα· ὁ δὲ Ζ, τεσσαρακονταεπτὰ μύρια, δισχίλια, τριακόσια καὶ ἐννενηκονταδύο· ὁ δὲ Η, πεντηκοντατρία μύρια, χίλια, τετρακόσια καὶ τεσσαρακονταέν· καὶ ἔστιν ὁ Η τοῦ Α μείζων ἢ διπλάσιος.

SIT enim unus numerus A, atque hujus A sesquioctavus sit B, hujus vero B sesquioctavus sit Γ, hujus vero Γ sesquioctavus sit Δ, rursus hujus Δ sesquioctavus sit E, ipsius vero E sesquioctavus sit Z, denique ipsius Z sesquioctavus sit H: dico H numerum duplo & amplius majorem esse ipso A.

Quoniam didicimus invenire septem numeros deinceps inter se sesquioctavos, inventi sint, A, B, Γ, Δ, E, Z, H.

A, 262144. B, 294912. Γ, 331776.
Δ, 373248. E, 419904. Z, 472392. H, 531441.

sit itaque A vicies-sexies dena millia, duo millia, centum quadraginta quatuor; B autem, vicies-novies dena millia, quatuor millia, nongenta & duodecim; deinde Γ, tricies-ter dena millia, mille, septingenta, septuaginta sex; & Δ, tricies-septies dena millia, tria millia, ducenta & quadraginta octo; & E, quadragies-semel dena millia, novem millia, nongenta & quatuor; porro Z, quadragies-septies dena millia, duo millia, trecenta & nonaginta duo; tandem H, quinquagies-ter dena millia, mille, quadringenta & quadraginta unum; estque H duplo & amplius major quam A.

Theorema X.
Intervallum diapaſon eſt multiplex.

SIT enim nete quidem hyperbolæon A, meſe vero B, & proſlambanomenos Γ: ergo A, Γ intervallum, cum ſit bis diapaſon, eſt conſonum. eſt igitur vel ſuperparticulare, vel multiplex. non eſt autem ſuperparticulare, quoniam in ſuperparticulari intervallo nullus cadit medius proportionalis: eſt ergo multiplex. quoniam ergo bina æqualia intervalla, A, B : B, Γ, compoſita faciunt multiplex; ideo & A, B erit multiplex.

ΘΕΩΡΗΜΑ ι'.
Τὸ διὰ πασῶν διάστημα ἐστὶ πολλαπλάσιον.

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν ὑπερβολαίων ὁ Α, μέση δὲ ὁ Β, προσλαμβανόμενος δὲ ὁ Γ· τὸ ἄρα Α, Γ διάστημα, δὶς διὰ πασῶν ὄν, ἐστὶ σύμφωνον.



ἤτοι οὖν ἐπιμόριόν ἐστιν, ἢ πολλαπλάσιον. ἐπιμόριον μὲν οὖν οὐκ ἔστιν, ἐπιμορίου γὰρ διαστήματος μέσος οὐδεὶς ἀνάλογον ἐμπίπτει· πολλαπλάσιον ἄρα ἐστίν. ἐπεὶ οὖν δύο ἴσα διαστήματα, τὰ Α, Β· Β, Γ συντεθέντα ποιεῖ πολλαπλάσιον τὸ ὅλον· καὶ τὸ Α, Β ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον.

Theorema XI.
Diateſſaron intervallum & diapente, utrumque eſt ſuperparticulare.

ESto enim nete quidem ſynemmenon A, meſe vero B, & hypate meſon Γ: quare A, Γ intervallum, cum ſit bis diateſſaron, eſt diſſonum: non eſt ergo multiplex. quoniam itaque duo intervalla æqualia, A, B : B, Γ compoſita totum non faciunt multiplex, neque ergo A, B eſt multiplex. eſt tamen conſonum: ergo ſuperparticulare. eadem demonſtratio obtinet in diapente.

ΘΕΩΡΗΜΑ ια'.
Τὸ διὰ τεσσάρων διάστημα καὶ τὸ διὰ πέντε, ἑκάτερον ἐπιμόριόν ἐστιν.

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν συνημμένων ὁ Α, μέση δὲ ὁ Β, ὑπάτη δὲ μέσων ὁ Γ· τὸ ἄρα Α, Γ διάστημα, δὶς διὰ τεσσάρων ὄν, ἐστὶ διάφωνον·



οὐκ ἄρα ἐστὶ πολλαπλάσιον. ἐπεὶ οὖν δύο διαστήματα ἴσα τὰ Α Β· Β Γ συντεθέντα τὸ ὅλον μὴ ποιεῖ πολλαπλάσιον, οὐδὲ ἄρα τὸ Α, Β ἐστὶ πολλαπλάσιον. καί ἐστι σύμφωνον· ἐπιμόριον ἄρα. ἡ αὐτὴ δὲ ἀπόδειξις καὶ ἐπὶ τοῦ διὰ πέντε.

Theorema XII.
Intervallum diapaſon eſt duplum.

QUippe monſtravimus ipſum eſſe multiplex: quare aut duplum eſt, aut duplo majus. ſed monſtravimus intervallum duplum conſtare ex duobus maximis ſuperparticularibus: unde diapaſon intervallum, ſi duplo fuerit majus, non erit compoſitum ex duobus ſolum ſuperparticularibus, ſed ex pluribus. atqui componitur ex duobus intervallis conſonis, nimirum ex diapente & diateſſaron: quare diapaſon non erit duplo majus: ergo duplum. quoniam vero diapaſon eſt duplum, & duplum conſtat ex duobus maximis ſuperparticularibus; idcirco diapaſon ex ſeſquialtero conſtat & ſeſquitertio: hæc enim ſunt maxima; ſiquidem ex diapente & diateſſaron, quæ ſuperparticularia ſunt, componitur. porro diapente, quoniam majus eſt, erit ſeſcuplum;

ΘΕΩΡΗΜΑ ιβ'.
Τὸ διὰ πασῶν διάστημα ἐστὶ διπλάσιον.

Ἐδείξαμεν γὰρ αὐτὸ πολλαπλάσιον· οὐκοῦν ἤτοι διπλάσιόν ἐστιν, ἢ μεῖζον ἢ διπλάσιον. ἀλλ' ἐπεὶ ἐδείξαμεν τὸ διπλάσιον διάστημα ἐκ δύο τῶν μεγίστων ἐπιμορίων συγκείμενον· ὥστε εἰ ἔσται τὸ διὰ πασῶν μεῖζον διπλασίου, οὐ συγκείσεται ἐκ δύο μόνων ἐπιμορίων, ἀλλ' ἐκ πλειόνων. σύγκειται δὲ ἐκ δύο συμφώνων διαστημάτων, ἔκ τε τοῦ διὰ πέντε καὶ διὰ τεσσάρων· οὐκ ἄρα ἔσται διὰ πασῶν μεῖζον διπλασίου· διπλάσιον ἄρα. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ διὰ πασῶν ἐστι διπλάσιον, τὸ δὲ διπλάσιον ἐκ τῶν δύο μεγίστων ἐπιμορίων συνέστηκεν· καὶ τὸ διὰ πασῶν ἄρα ἐξ ἡμιολίου καὶ ἐπιτρίτου συνέστηκεν· ταῦτα γὰρ μέγιστα, συνέστηκε γὰρ ἔκ τε τοῦ διὰ πέντε καὶ ἐκ τοῦ διὰ τεσσάρων ὄντων ἐπιμορίων· τὸ μὲν ἄρα διὰ πέντε, ἐπειδὴ μεῖζόν ἐστιν, ἡμιόλιον ἂν εἴη.

ἐστί· τὸ δὲ διὰ τεσσάρων ἐπίτριτον. Φανερὸν δὴ ὅτι τὸ διὰ πέντε καὶ τὸ διὰ πασῶν τριπλάσιόν ἐστιν, ἐδείξαμεν γὰρ ὅτι ἐκ διπλασίου διαστήματος καὶ ἡμιολίου τριπλάσιον διάστημα γίνεται· ὥστε καὶ τὸ διὰ πασῶν καὶ τὸ διὰ πέντε τριπλάσιον. τὸ δὲ δὶς διὰ πασῶν τετραπλάσιόν ἐστιν· * ἀποδέδεικται ἄρα τῶν συμφώνων ἕκαστον ἐν τίσι λόγοις ἔχει τοὺς περιέχοντας φθόγγους πρὸς ἀλλήλους.

diatessaron vero sesquitertium. manifestum quoque, intervallum quod fit ex diapente & diapason additis, esse triplum; etenim monstravimus, ex duplo intervallo & sesquialtero, intervallum fieri triplum: ideoque diapason & diapente triplum est. bis diapason autem quadruplum: demonstratum ergo est, quibus inter se rationibus constitutos habet sonos, qui ipsum continent consonorum, *intervallorum* unumquodq;.

ΘΕΩΡΗΜΑ ιγʹ.

Λοιπὸν δὲ περὶ τοῦ τονιαίου διαστήματος διελθεῖν, ὅτι ἐστὶν ἐπόγδοον.

Ἐμάθομεν γὰρ ὅτι ἐὰν μὲν ἀπὸ ἡμιολίου διαστήματος ἐπίτριτον διάστημα ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν καταλείπεται ἐπόγδοον· ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ διὰ πέντε τὸ διὰ τεσσάρων ἀφαιρεθῇ, τὸ λοιπὸν τονιαῖόν ἐστι διάστημα· τὸ ἄρα τονιαῖον διάστημά ἐστιν ἐπόγδοον.

THEOREMA XIII.

Reliquum est ut de toni intervallo dispiciamus, quod est sesquioctavum.

NAM didicimus, si à sescuplo intervallo auferatur intervallum sesquitertium, id quod relinquitur, esse sesquioctavum; porro si à diapente auferatur diatessaron, reliquum esse toni intervallum: quare toni intervallum est sesquioctavum.

ΘΕΩΡΗΜΑ ιδʹ.

Τὸ διὰ πασῶν ἔλαττόν ἐστιν ἢ ἓξ τόνων.

Δέδεικται γὰρ τὸ μὲν διὰ πασῶν διπλάσιον· ὁ δὲ τόνος ἐπόγδοος. τὰ δὲ ἓξ ἐπόγδοα διαστήματα μείζονα διαστήματός ἐστι διπλασίου· τὸ ἄρα διὰ πασῶν ἔλαττόν ἐστιν ἓξ τόνων.

THEOREMA XIV.

Diapason est minus sex tonis.

MOnstratum enim est, diapason quidem esse duplum: tonus vero est sesquioctavus. at sex sesquioctava intervalla majora sunt intervallo duplo: quare diapason minus est sex tonis.

ΘΕΩΡΗΜΑ ιεʹ.

Τὸ δὲ διὰ τεσσάρων ἔλαττον δύο τόνων καὶ ἡμιτονίου. καὶ τὸ διὰ πέντε ἔλαττον τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου.

Ἔστω γὰρ νήτη μὲν διεζευγμένων ὁ Β, παραμέση δὲ ὁ Γ, μέση δὲ ὁ Δ, ὑπάτη δὲ μέσων ὁ Ζ· οὐκοῦν τὸ μὲν Γ, Δ διάστημα τόνος ἐστί. τὸ δὲ Β, Ζ διὰ πασῶν ὄν, ἔλαττόν ἐστιν ἓξ τόνων· τὰ λοιπὰ ἄρα, τό, τε Β, Γ καὶ τὸ Δ, Ζ, ἴσα ὄντα, ἐλάττονά ἐστι πέντε τόνων· ὥστε τὸ Β, Γ ἔλαττον, δύο τόνων καὶ ἡμιτονίου ὄν, ἐστὶ διὰ τεσσάρων· τὸ δὲ Β,Δ, ἔλαττον τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ὄν, ἐστὶ διὰ πέντε.

THEOREMA. XV.

Diatessaron minus est duobus tonis & hemitonio. item diapente minus est tribus tonis & hemitonio.

SIT enim nete quidem diezeugmenon Β, paramese vero Γ, mese Δ, hypate meson Ζ: quare Γ, Δ intervallum est tonus. at Β, Ζ cum sit diapason, minus est sex tonis: ergo reliqua, scilicet Β Γ, & Δ Ζ, cum sint æqualia, minora sunt tonis quinque: quare Β, Γ, cum duobus tonis & hemitonio existat minus, est diatessaron: deinde Β, Δ, cum tribus tonis & hemitonio sit minus, est diapente.



ΘΕΩΡΗΜΑ ιϛʹ.

Ὁ τόνος οὐ διαιρεθήσεται εἰς δύο ἴσας, οὔτε εἰς πλείους.

Ἐδείχθη γὰρ ὢν ἐπιμόριος. ἐπιμορίου δὲ διαστήματος οὔτε πλείους οὔτε εἷς ἀνάλογον ἐμπίπτουσιν· οὐκ ἄρα διαιρεθήσεται ὁ τόνος εἰς ἴσα.

THEOREMA. XVI.

Tonus in duas pluresve æquales partes dividi nequit.

MOnstratus enim est esse superparticularis. at superparticulare intervallum neq; unum neque plures capit medios proportionaliter intervenientes: quare nec tonus in æqua dividetur.

* In editis *Euclidis* perperam, ἀποδέδεικται ἄρα ὅτι τῶν συμφώνων ἕκαστον ἐν τισὶ λόγοις, &c.

Theorema XVII.

Paranetæ & lichani ſumentur per conſonantiam hoc modo.

Esto enim meſe B, intendatur diateſſaron ad Γ, atque à Γ remittatur diapente ad Δ: eſt igitur tonus B, Δ. rurſus à Δ intendatur diateſſaron ad E, & ab E remittatur diapente ad Z: quare tonus eſt Z, Δ: unde Z, B eſt ditonum: ergo Z eſt lichanos. ſimili quoque ratione ſumentur paranetæ.

diateſſ. { Γ —— nete ſyn.
E ——
B —— meſe. } diapente.
ton. { Δ ——
ton { Z —— lichan

ΘΕΩΡΗΜΑ ιζ'.

Αἱ παρανῆται καὶ αἱ λιχανοὶ ληφθήσονται διὰ συμφωνίας οὕτως.

Ἔστω γὰρ μέση ὁ Β, ἐπιτετάσθω διὰ τεσσάρων ἐπὶ τὸ Γ, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ ἀνείσθω διὰ πέντε ἐπὶ τὸ Δ· τόνος ἄρα τὸ Β, Δ. πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ Δ διὰ τεσσάρων ἐπιτετάσθω ἐπὶ τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε ἀνείσθω ἐπὶ τὸ Ζ διὰ πέντε· τόνος ἄρα τὸ Ζ, Δ· δίτονον ἄρα τὸ Ζ, Β· λιχανὸς ἄρα τὸ Ζ. ὁμοίως ἂν καὶ αἱ παρανῆται ληφθήσονται.

Theorema XVIII.

Parypatæ & tritæ non dividunt ſpiſſum in partes æquales.

Esto enim meſe quidem B, lichanos vero Γ, & hypate Δ; remittatur diapente à B ad Z: quare tonus eſt Z, Δ. porro à Z intendatur diateſſaron ad E: itaque tonus eſt tum Z, Δ intervallum, tum Γ, E. commune intervallum Δ, Γ addatur: quare Z, Γ æquale eſt ipſi Δ, E. at Z, E eſt diateſſaron: nullus ergo medius proportionaliter incidit inter Z, B: eſt enim intervallum hoc ſuperparticulare. eſtque Δ, Z æqualis ipſi Γ, B: non ergo cadet medius inter Δ, Γ intervallum, quod eſt ab hypate ad lichanon: hinc neque parypate in æqua dividet ſpiſſum. ſimili ratione neque trite.

B —— meſe.
ton { E ——
Γ —— lichan.
ton { Δ —— hypat.
Z ——

ΘΕΩΡΗΜΑ ιη'.

Αἱ παρυπάται καὶ αἱ τρίται οὐ διαιροῦσι τὸ πυκνὸν εἰς ἴσα.

Ἔστω γὰρ μέση μὲν ὁ Β, λιχανὸς δὲ ὁ Γ, ὑπάτη δὲ ὁ Δ, ἀνείσθω ἀπὸ τοῦ Β διὰ πέντε ἐπὶ τὸ Ζ· τόνος ἄρα τὸ Ζ, Δ. καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ διὰ τεσσάρων ἐπιτετάσθω ἐπὶ τὸ Ε· τόνος ἐστὶν ἄρα τὸ Ζ, Δ διάστημα, καὶ τὸ Γ, Ε. κοινὸν προσκείσθω τὸ Δ, Γ· τὸ ἄρα Ζ, Γ ἴσον ἐστὶ τῷ Δ, Ε. διὰ τεσσάρων δὲ τὸ Ζ, Ε· οὐκ ἄρα μέσος ἀνάλογον ἐμπίπτει τις τοῦ Ζ, Ε, ἐπιμόριον γὰρ τὸ διάστημα. καὶ ἐστὶν ἴσος ὁ Δ, Ζ τῷ Γ, Ε· οὐκ ἄρα τοῦ Δ, Γ μέσος ἐμπεσεῖται, ὅ ἐστιν ἀπὸ ὑπάτης ἐπὶ λιχανόν· οὐκ ἄρα ἡ παρυπάτη διαιρεῖ τὸ πυκνὸν εἰς ἴσα. ὁμοίως οὐδὲ ἡ τρίτη.

Theorema XIX.

Canonem deſignare ſecundum ſyſtema, quod vocatur immutabile.

SIT Canonis longitudo, quæ & chordæ, A B; ac dividatur in quatuor partes æquales, nimirum Γ, Δ, E: erit itaque B A, cum graviſſimus ſit ſonus, bombus. porro hic A B eſt ſeſquitertius ipſius Γ B: itaque Γ B ipſi A B conſonabit diateſſaron verſus acumen. eſtque A B proſlambanomenos: quare Γ B erit hypaton diatonos. rurſus, quoniam A B eſt duplus ipſius

ΘΕΩΡΗΜΑ ιθ'.

Τὸν κανόνα καταγράψαι κατὰ τὸ καλούμενον ἀμετάβολον σύστημα.

Ἔστω τοῦ κανόνος μῆκος, ὃ καὶ τῆς χορδῆς, τὸ ΑΒ, καὶ διῃρήσθω εἰς τέσσαρα ἴσα, τοῖς Γ, Δ, Ε· ἔσται ἄρα ὁ ΒΑ βαρύτατος ὢν φθόγγος, βόμβος. οὗτος δὲ ὁ ΑΒ τοῦ ΓΒ ἐπίτριτός ἐστιν· ὥστε ὁ ΓΒ τῷ ΑΒ συμφωνήσει διὰ τεσσάρων ἐπὶ τὴν ὀξύτητα. καὶ ἔστιν ὁ ΑΒ προσλαμβανόμενος· ὁ ἄρα ΓΒ ἔσται ὑπατῶν διάτονος. πάλιν ἐπεὶ ὁ ΑΒ τοῦ ΒΔ ἐστὶ διπλάσιος,

πλάσιος, συμφωνήσει αὐτῇ διὰ πασῶν, καὶ ἔσται ὁ ΒΔ μέση. πάλιν, ἐπεὶ τετραπλάσιός ἐστιν ὁ ΑΒ τοῦ ΕΒ, ἔσται ὁ ΕΒ νήτη ὑπερβολαίων. ἔτεμον τὸν ΓΒ δίχα κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἔσται διπλάσιος ὁ ΓΒ τοῦ ΖΒ· ὥστε συμφωνεῖν τὸν ΓΒ πρὸς τὸν ΖΒ διὰ πασῶν· ὥστε εἶναι τὸν ΖΒ νήτην συνημμένων. ἀπέλαβον τοῦ ΔΒ τρίτον μέρος τὸ ΔΗ, καὶ ἔσται ἡμιόλιος ὁ ΔΒ τοῦ

ΒΔ, idcirco per diapason intervallum ipsi consonabit, eritque ΒΔ mese. iterum, quoniam ΑΒ quadruplus est ipsius ΕΒ, erit idcirco ΕΒ nete hyperbolæon. divisi deinde ΓΒ bifariam in Ζ, eritque ΓΒ duplus ipsius ΖΒ; ita ut ΓΒ consonet ad ΖΒ diapason intervallo: quare ΖΒ est nete synemmenon. abscidi à ΔΒ partem tertiam, ΔΗ. eritque ΔΒ sesquialter ipsius





ΗΒ· ὥστε συμφωνήσει ὁ ΔΒ πρὸς τὸν ΗΒ, ἐν τῷ διὰ πέντε· ὁ ἄρα ΗΒ νήτη ἔσται διεζευγμένων. ἔθηκα τῷ ΗΒ ἴσον τὸν ΗΘ· ὥστε ὁ ΘΒ πρὸς τὸν ΗΒ συμφωνήσει διὰ πασῶν· ὡς εἶναι τὸν ΘΒ ὑπάτην μέσων. ἔλαβον τοῦ ΘΒ τρίτον μέρος τὸ ΘΚ, καὶ ἔσται ἡμιόλιος ὁ ΘΒ τοῦ ΚΒ· ὥστε εἶναι τὸν ΚΒ παραμέσην. ἀπέλαβον τῷ ΚΒ ἴσον τὸν ΛΚ, καὶ γενήσεται ὁ ΛΒ ὑπάτη βαρεῖα· ἔσονται ἄρα εἰλημμένοι ἐν τῷ κανόνι πάντες οἱ φθόγγοι τοῦ ἀμεταβόλου συστήματος.

ΗΒ; ut hac ratione ΔΒ consonet ad ΗΒ, diapente intervallo: ergo ΗΒ erit nete diezeugmenon. posui ipsi ΗΒ æqualem, scilicet ΗΘ: ergo ΘΒ consonabit diapason ad ΗΒ, ut ΘΒ sit hypate meson. sumpsi ipsius ΘΒ partem tertiam, ΘΚ, eritque ΘΒ sesquialter ipsius ΚΒ; ita ut ΚΒ sit paramese. porro abscidi ipsi ΚΒ æqualem ΛΚ, fietque ΛΒ hypate gravissima: quare soni omnes systematis immutabilis sumpti erunt in canone.

THEO-

Theorema XX.

Reſtat tandem ut mobiles deſignentur.

Diviſi EB in octo partes, quarum uni æqualem poſui EM; ut MB fiat ipſius EB ſeſquioctavus. ac rurſus diviſo MB in partes octo, illarum uni æqualem poſui NM: tono itaque gravior erit NB quam BM, MB vero quam BE: ita ut NB quidem ſit trite hyperbolæon, MB vero paranete hyperbolæon diatonos. porro in tres partes diviſi NB, illarumque uni æqualem poſui NΞ; ita ut ΞB ſit ſeſquitertius ipſius NB, ac diateſſaron conſonet verſus gravitatem, fiatque ΞB, trite diezeugmenon. rurſus ipſius ΞB ſumpta parte dimidia, æqualem ipſi poſui ΞO; ut hac ratione OB conſonet diapente ad ΞB: quare OB erit parypate meſon. deinde ipſi ΞO æqualem poſui OΠ; ut ΠB fiat parypate hypaton. ſumpſi quoque ipſius ΓB partem quartam ΓP; ut PB fiat meſon diatonos.

ΘΕΩΡΗΜΑ κʹ.

Λοιπὸν δὲ τοὺς φερομένους λαβεῖν.

Ἔτεμον τὴν EB εἰς ὀκτὼ, καὶ ἑνὶ αὐτῶν ἴσον ἔθηκα τὴν EM· ὥστε τὴν MB τοῦ EB γενέσθαι ἐπόγδοον. καὶ πάλιν διελὼν τὴν MB εἰς ὀκτὼ, ἑνὶ αὐτῶν ἴσον ἔθηκα τὴν NM· τόνῳ ἄρα βαρύτερος ἔσται ὁ NB τοῦ BM, ὁ δὲ MB τοῦ BE· ὥστε ἔσται μὲν ὁ NB τρίτη ὑπερβολαίων, ὁ δὲ MB παρανήτη ὑπερβολαίων διάτονος. ἔλαβον τοῦ NB τρίτον μέρος, καὶ ἑνὶ αὐτῶν ἴσον ἔθηκα τὴν NΞ· ὥστε τὴν ΞB τοῦ NB εἶναι ἐπίτριτον, καὶ διὰ τεσσάρων συμφωνεῖν ἐπὶ τὴν βαρύτητα, καὶ γενέσθαι τὴν ΞB τρίτην διεζευγμένων. πάλιν τοῦ ΞB λαβὼν ἥμισυ μέρος ἔθηκα ἴσον αὐτῷ τὴν ΞO, ὥστε διὰ πέντε συμφωνεῖν τὴν OB πρὸς τὴν ΞB· ὁ ἄρα OB ἔσται παρυπάτη μέσων. καὶ τῷ ΞO ἴσον ἔθηκα τὴν OΠ· ὥστε γενέσθαι τὴν ΠB παρυπάτην ὑπατῶν. ἔλαβον δὲ τοῦ ΓB τέταρτον μέρος τὸ ΓP· ὥστε γενέσθαι τὴν PB μέσων διάτονον.

ΤΕΛΟΣ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΚΑΝΟΝΟΣ.

FINIS EUCLIDIS SECTIONIS CANONIS.

ΕΥ-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

EUCLIDIS
PHÆNOMENA.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

EUCLIDIS
PHÆNOMENA.

ἘΠΕΙΔΗ ὁρᾶται τὰ ἀπλανῆ ἄστρα ἔκ τε τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλοντα καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δυόμενα, καὶ τὰ ἅμα ἀνατέλλοντα ἀεὶ ἅμα ἀνατέλλοντα, καὶ τὰ ἅμα δυόμενα ἀεὶ ἅμα δυόμενα, καὶ ἐν τῇ ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν φορᾷ τὰ πρὸς ἄλληλα διαστήματα τὰ αὐτὰ ἔχοντα, τοῦτο δὲ γίγνεται ἐπὶ τῶν ἐγκύκλιον φορὰν φερομένων μόνον, ἐπὰν ἡ ὄψις πάντη τῆς περιφερείας ἴσον ἀπέχῃ, ὡς ἐν τοῖς ὀπτικοῖς δείκνυται· θετέον τὰ ἄστρα ἐγκυκλίως φέρεσθαι, καὶ ἐνδεδέσθαι ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ τὴν ὄψιν ἴσον ἀπέχειν τῶν περιφερειῶν.

Ὁρᾶται δέ τις ἀστὴρ μεταξὺ τῶν ἄρκτων, οὐ μεταλλάσσων τόπον ἐκ τόπου, ἀλλ' ἐν ᾗ ἐστι χώρᾳ ἐν ταύτῃ στρεφόμενος, ἐπεὶ δὲ οὗτος πρὸς τὰς περιφερείας τῶν κύκλων, καθ' ὧν οἱ λοιποὶ ἀστέρες φέρονται, ἴσον ἀπέχων πάντη φαίνεται· θετέον τοὺς κύκλους πάντας παραλλήλους εἶναι, ὥστε πάντα τὰ ἀπλανῆ ἄστρα κατὰ παραλλήλων φέρεσθαι πόλον ἐχόντων τὸν προειρημένον ἀστέρα.

Τούτων δὲ ἔνια οὔτε ἀνατέλλοντα οὔτε δυόμενα ὁρᾶται, διὰ τὸ ἐπὶ μετεωροτέρων κύκλων φέρεσθαι, οὓς καλοῦσιν ἀεὶ φανερούς. ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἐχόμενα [1] τοῦ φανεροῦ πόλου ἄστρα ἕως τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου. καὶ ἐλάχιστον μὲν κύκλον φέρονται οἱ ἔγγιον

QUANDOQUIDEM astra inerrantia ex eodem ipso loco semper oriri, & in eodem ipso loco occidere conspiciuntur; & quæ simul oriuntur, semper simul oriri, quæve contra simul occidunt, simul semper occidere videntur; præterea in conversione, quam ab ortu faciunt ad occasum, intervalla eadem mutuo retinere; quod quidem iis astris accidit, quæ motu tantummodo circulari feruntur, quandoquidem, ut in opticis est demonstratum, visus omni ex parte à circumferentia æque distat: ponendum siquidem est, astra circulari motu moveri, uni infixa esse corpori, & visum ab circumferentiis æque distantem esse.

Et quoniam astrum quoddam, quod intra circulum arcticum situm est, locum de loco non apparet permutare, sed in quo loco situm est ac positum, in illo ipso circumvolvi videtur; præterea etiam quoniam hoc jam dictum astrum à circulorum circumferentiis, in quibus reliqua feruntur astra, æqualiter distare omniquaque conspicitur: idcirco ponendum deinceps est, circulos omnes esse parallelos, & astra inerrantia idcirco omnia in circulis ferri parallelis, polum dictum jam astrum habentibus.

Atqui horum quidem astrorum quædam neque oriri neque occidere videntur, propterea quod in sublimioribus ferantur circulis, qui semper-apparentes circuli nominantur. sunt autem hæc astra illa quidem, quæ intra polum conspicuum & arcticum circulum continentur. feruntur vero minimo quidem circulo astra illa, quæ

1 Ἐπόμενα τῷ φανερῷ πόλῳ Bodl.

polo

polo sunt propinquiora; maximo autem, quæ à circulo arctico minime distant: ac quæ in ipso arctico circulo sunt, radere horizonta conspiciuntur.

Porro autem quæcunque astra ab his recedunt meridiem versus, omnia & oriri & occidere videntur; propterea quod horum non integri circuli supra terram existant, sed horum circulorum pars quidem sit supra terram, pars autem reliqua sub terram occultetur. ex segmentis vero quæ supra terram sunt uniuscujusque jam dictorum circulorum, illud segmentum majus est, quod propius quidem est maximo circulo semper-apparentium circulorum: ex illis vero segmentis, quæ sub terram manent occultata, illud minimum est, quod magis ad jam dictum circulum accedit; quoniam tempus quo sub terram in hoc dicto circulo astra convertuntur, minimum est; tempus vero quo supra terram circumferuntur, maximum. præterea astra quæ magis ab commemoratis jam astris recedunt, supra terram quidem in conversione sua semper minus tempus comprehendunt; sub terram autem majus: quæ autem meridei quamproxima sunt, in conversione, quam supra terram peragunt, minimum tempus habebunt; quæ vero sub terram, contra maximum.

Apparent deinde astra, quæ in circulo sita sunt inter omnes sphæræ circulos medium locum obtinente, æquale tempus insumere in motu supra terram atque in motu qui fit infra terram, & idcirco talem circulum æquinoctialem circulum appellamus. præterea astra, quæ sunt sita in circulis æque distantibus ab æquinoctiali circulo, æquali tempore motus suos peragunt, scilicet in segmentis permutatim assumptis: ita ut segmenta, quæ sunt supra terram, quæve ad septentrionem spectant, æqualia sint segmentis sub terram existentibus, & ad meridiem vergentibus; & contra quæ sunt segmenta supra terram ad meridiem vergentia æqualia sint segmentis sub terram ad septentrionem pertinentibus. nam tempus quidem utrumque, quo dicti feruntur circuli tam supra terram quam continue sub terram, cæterorum circulorum utrique tempori similiter æquale apparet: & circulus præterea qui lacteus dicitur, quinetiam zodiacus, cum obliqui sint ad parallelos circulos & se invicem secent, in sphæræ conversione semicirculos supra terram habere conspiciuntur.

τοῦ πόλου ὄντες, μέγιστοι δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἀρκτικοῦ· οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου ὄντες φαίνονται ξύοντες τὸν ὁρίζοντα.

Τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τούτων ἐχόμενα ἅπαντα καὶ ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενα ὁρᾶται, διὰ τὸ τοὺς κύκλους αὐτῶν μὴ ὅλους εἶναι ὑπὲρ γῆς, ἀλλὰ μέρος μὲν αὐτῶν ὑπὲρ γῆς, τὸ δὲ λοιπὸν ὑπὸ τὴν γῆν. τῶν δὲ ὑπὲρ γῆς τμημάτων ἑκάστου αὐτῶν μόνον φαίνεται τὸ ἔγγιον τοῦ μεγίστου τῶν ἀεὶ φανερῶν, τῶν δὲ ὑπὸ γῆν ἐλάχιστον τὸ ἔγγιον τοῦ εἰρημένου κύκλου, διὰ τὸ τὸν χρόνον τῆς ὑπὸ γῆν φορᾶς τῶν ἐπὶ τούτου τοῦ κύκλου ἀστέρων ὄντων ἐλάχιστον ἔχειν, τῆς δὲ ὑπὲρ γῆς φορᾶς, πλεῖστον. τὰ δὲ ἐπὶ τὸν ἀπώτερον τούτων ἀεὶ τὴν μὲν ὑπὲρ γῆς φορὰν ἐλάσσονα χρόνον ἔχει, τὴν δὲ ὑπὸ γῆν πλείονα· ἐλάχιστον δὲ χρόνον ἕξει τῆς ὑπὲρ γῆς φορᾶς τὰ ἔγγιστα τῆς μεσημβρίας ὄντα, τῆς δὲ ὑπὸ γῆν πλεῖστον.

Φαίνονται δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ κατὰ μέσον τούτων ὄντες ἰσοχρόνιον ποιούμενοι τὴν ὑπὲρ γῆς φορὰν τῇ ὑπὸ γῆν· διὸ λέγομεν τοῦτον τὸν κύκλον ἰσημερινόν. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἴσον ἀπεχόντων τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου ἰσοχρόνιον ποιούμενοι τὴν φορὰν ἐν τοῖς ἐναλλὰξ τμήμασιν· οἷον τὰ ὑπὲρ γῆς τῶν πρὸς ἄρκτους ὄντων τοῖς ὑπὸ γῆν τῶν πρὸς μεσημβρίαν, τὰ δὲ ὑπὲρ γῆς τῶν πρὸς μεσημβρίαν τοῖς ὑπὸ γῆν τῶν πρὸς ἄρκτους ὄντων· ὁ δὲ συναμφότερος χρόνος ἑκάστου κύκλου, ὅ,τε ὑπὲρ γῆς, καὶ ὁ συνεχὴς ὑπὸ γῆν τῷ συναμφοτέρῳ ἑκάστου ἴσος φαίνεται. ἔτι δὲ ὁ τοῦ γαλαξίου κύκλος καὶ ὁ ζωδιακός, λοξοὶ ὄντες πρὸς τοὺς παραλλήλους κύκλους καὶ τέμνοντες ἀλλήλους ἐν τῇ περιφορᾷ, ἀεὶ ἡμικυκλίους ὑπὲρ γῆς ἔχοντες φαίνονται.

Διὰ δὴ τὰ προειρημένα πάντα, ὁ κόσμος ὑποκείσθω σφαιροειδής· εἴτε γὰρ ἦν κυλινδροειδὴς ἢ κωνοειδής, οἱ ἐπὶ τῶν λοξῶν κύκλων καὶ τεμνόντων τὸν ἰσημερινὸν δίχα [1] λαμβανόμενοι ἀστέρες ἐν τῇ [2] περιφορᾷ οὐκ ἂν ἐφαίνοντο ἀεὶ ἐπὶ ἡμικυκλίων ἴσων φερόμενοι, ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἐπὶ μείζονος ἡμικυκλίου τμήματος, ὅτε δὲ ἐπὶ ἐλάσσονος. ἐὰν γὰρ κῶνος ἢ κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ μὴ παρὰ τὴν βάσιν, ἡ τομὴ γίγνεται ὀξυγωνίου κώνου τομή, ἥτις ἐστὶν ὁμοία θυρεῷ. δῆλον οὖν ὅτι τοιούτου σχήματος διὰ τοῦ μέσου τεμνομένου κατά τε τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος, ἀνόμοια τμήματα ποιεῖ· δῆλον δὲ ὅτι κἂν λοξαῖς τομαῖς τμηθῇ διὰ τοῦ μέσου, καὶ οὕτως ἀνόμοια τμήματα ποιεῖ· ὅπερ οὐ φαίνεται τοῦτο γιγνόμενον κατὰ τὸν κόσμον.

Διὰ δὴ ταῦτα πάντα ὁ κόσμος ἔσται σφαιροειδής, καὶ στρέφεται ὁμαλῶς περὶ ἄξονα· οὗ ὁ μὲν εἷς πόλος ὑπὲρ γῆς φανερός, ὁ δὲ εἷς ὑπὸ γῆν ἀφανής.

Ὁρίζων δὲ καλείσθω, τὸ δι᾽ ἡμῶν ἐπίπεδον ἐκπίπτον εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἀφορίζον τὸ ὑπὲρ γῆς ὁρώμενον ἡμισφαίριον. [3] ἔστι δὲ κύκλος· ἐὰν γὰρ σφαῖρα ἐπιπέδῳ τμηθῇ, ἡ [4] κοινὴ τομὴ κύκλος ἐστί.

Μεσημβρινὸς δὲ κύκλος καλείσθω, ὁ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας καὶ [4] ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα.

Τροπικοὶ δέ, ὧν ὁ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλος ἐφάπτεται τοὺς αὐτοὺς πόλους ἐχόντων τῇ σφαίρᾳ.

Ὁ δὲ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλος καὶ ὁ ἰσημερινὸς μέγιστοί εἰσι· δίχα γὰρ τέμνουσιν ἀλλήλους. ἥτε γὰρ ἀρχὴ τοῦ κριοῦ καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν χηλῶν κατὰ διάμετρόν τέ εἰσι, καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ οὖσαι κατὰ συζυγίαν ἀνατέλλουσί τε καὶ δύνουσι, [6] μεταξὺ τῶν ἀρχῶν ἔχουσαι τῶν μὲν δώδεκα ζωδίων ἓξ ζώδια, τοῦ δὲ ἰσημερινοῦ κύκλου ἡμικύκλια δύο. ἐπειδήπερ ἑκατέρα ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου οὖσα ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ φέρεται, ἡ μὲν τὴν ὑπὲρ γῆς φορὰν, ἡ δὲ τὴν ὑπὸ

Propter hæc igitur omnia jam expoſita, ſupponatur mundum ſphærica eſſe figura ornatum: ſive enim cylindricam figuram, aut conicam habeat, aſtra quæ in circulis obliquis, lacteo (inquam) & zodiaco continentur, ſecantibus æquinoctialem in partes duas æquales, in mundi converſione non apparerent ſemper in ſemicirculis æqualibus ferri; verum aliquando in ſegmentis ſemicirculo majoribus, aliquando autem minoribus. conus enim, aut cylindrus, ſi plano aliquo ſectus fuerit, quod parallelum non ſit ipſorum baſi, ſectio illa acutanguli coni ſectio eſt, quæ quidem clypeo aſſimilatur. & patet etiam ſi hujuſmodi figura per medium juxta longitudinem & latitudinem dividatur, diſſimilia facere ſegmenta: & manifeſtum hinc eſt quoque, quod ſi ſectionibus obliquis medium dividatur, ſimiliter facere ſegmenta diſſimilia; quod autem fieri in mundo nullo modo perſpicitur.

Cum itaque hæc omnia ſic ſe habeant, mundus omnino ſphæricus erit, & circa ſuum axem æquabiliter volvitur; cujus quidem polus alter ſupra terram apparet, alter ſub terram occultatur.

Nominetur præterea circulus horizon illud planum, quod è viſu noſtro in ipſum mundum incidit, & ſeparat hemiſphærium nobis conſpicuum ſupra terram ab occulto. tale autem planum circulus eſt: ſi quidem enim ſphæra plano aliquo ſecta fuerit, ſectio circulus eſt.

Meridianus porro circulus dicetur is, qui per ſphæræ polos incedit & horizonti eſt ad angulos rectos.

Tropici autem ſunt hi, quos circulus zodiacus tangit, & qui polos etiam cum ſphæra habent eoſdem.

Zodiacus autem circulus & æquinoctialis maximi circuli ſunt: bifariam enim ſeſe mutuo ſecant. arietis namque principium & libræ principium per diametrum ſunt, & cum in æquinoctiali circulo ſint, conjugate & oriuntur & occidunt; intra quæ principia ſex continentur ſigna ex duodecim zodiaci ſignis, æquinoctialis etiam duo ſemicirculi. quoniam utrumque principium, in ipſo circulo æquinoctiali ſitum, eodem tempore fertur, illud quidem in motu ſupra terram, hoc autem ſub

1 ἀπολαμβανόμενοι, Bodl. 2 φορᾷ Bodl. 3 ἴσως δὲ Bodl. 4 κοινὴ deeſt Bodl. 5 ὀρθῶς Bodl. 6 μεταξὺ αὐτῶν Bodl.

terram. etenim sphæra si æquabiliter volvatur circa suum proprium axem, omnia puncta, quæ sunt in sphæræ superficie, æquali tempore similes parallelorum circulorum circumferentias, in quibus feruntur, præteribunt: similes igitur circumferentias circuli æquinoctialis percurrunt, alteram quidem circumferentiam, quæ est supra terram, alteram autem, quæ est sub terram: æquales igitur sunt circumferentiæ: erit igitur semicirculus utraque. tempus enim ab ortu rursus ad ortum, & ab occasu rursus ad occasum integrum circulum absolvit: quare & zodiacus & æquinoctialis invicem se secant. nam si in sphæra duo circuli se invicem bifariam secent, uterque alterum secans maximus circulus erit: zodiacus circulus igitur & æquinoctialis maximi circuli sunt.

Atqui horizon quoque est unus è maximis circulis; nam & zodiacum, & æquinoctialem, maximos circulos existentes, semper bifariam secat. semper enim ex signorum zodiaci duodecim, sex supra terram apparent; & æquinoctialis circuli semper semicirculus supra terram conspicitur: ideoque accidit, ut quæ in hoc sita sint astra, simul & oriantur, & simul etiam occidant; & alterum quidem horum astrorum eodem temporis spatio ab ortu accedat ad occasum, alterum vero ab occasu ad ortum.

Ac patet jam igitur ex explicatis & præostensis, æquinoctialis circuli semper semicirculum supra horizonta exstare. si etenim in sphæra manens fixus circulus secuerit bifariam aliquem maximum circulum semper mobilem, tunc & secans maximus circulus est: sequitur igitur horizontem esse unum de maximis circulis.

γῆν. ἐὰν δὲ σφαῖρα στρέφηται ὁμαλῶς περὶ τὸν ἑαυτῆς ἄξονα, πάντα τὰ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημεῖα ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ τὰς ὁμοίας περιφερείας διεξέρχεται τῶν παραλλήλων κύκλων, καθ' ὧν φέρεται· ὁμοίας ἄρα περιφερείας [1] διέξεισι τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, ἡ μὲν τὴν ὑπὲρ γῆς, ἡ δὲ τὴν ὑπὸ γῆν· ἴσαι ἄρα εἰσὶν αἱ περιφέρειαι· ἡμικύκλιον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον. τὸ γὰρ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ ἀνατολὴν ἢ ἀπὸ δύσεως ἐπὶ δύσιν ὅλος κύκλος ἐστίν· δίχα ἄρα τέμνουσιν ἀλλήλους ὅ, τε τῶν ζωδίων κύκλος καὶ [2] ὁ ἰσημερινός. ἐὰν δὲ ἐν σφαίρᾳ δύο κύκλοι τέμνωσιν ἀλλήλους δίχα, ἑκάτερος τῶν τεμνόντων μέγιστος ἔσται· ὁ ἄρα τῶν ζωδίων κύκλος καὶ ὁ ἰσημερινὸς μέγιστοί εἰσι.

Καὶ ὁ ὁρίζων δὲ τῶν μεγίστων ἐστὶ κύκλων· τόν τε γὰρ τῶν ζωδίων [3] κύκλον καὶ τὸν ἰσημερινὸν, μεγίστους ὄντας ἀεὶ δίχα τέμνει. τῶν τε γὰρ δώδεκα ζωδίων τὰ μὲν ἓξ ἀεὶ ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ δὲ κύκλου [4] ἀεὶ ἡμικύκλιον ὑπεράνω ἔχει· καὶ γὰρ τὰ ἐπὶ τούτου ἄστρα ἅμα ἀνατέλλοντα καὶ δύνοντα ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ παραγίνεται, τὸ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν, τὸ δὲ ἀπὸ δύσεως ἐπὶ ἀνατολήν.

Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν πρότερον ἀποδεδειγμένων, ὅτι τοῦ ἰσημερινοῦ ἀεὶ [5] ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντά ἐστιν ἡμικύκλιον. ἐὰν δὲ ἐν σφαίρᾳ μένων κύκλος δίχα [6] τέμνῃ τινὰ τῶν μεγίστων κύκλων ἀεὶ φερόμενον, καὶ ὁ τέμνων μέγιστός ἐστιν· ὁ ὁρίζων ἄρα τῶν μεγίστων ἐστὶ κύκλων.

THEOREMA I.

Terra in medio mundi sita est, cujus ratione centri vicem obtinet.

SIT in mundo circulus horizon AB, terra autem sit visus noster, qui quidem sit in puncto Δ, partes orientales sint versus Γ punctum, occidentales autem ad A; & conspiciatur per dioptram, in Δ puncto manentem, cancer oriens in puncto Γ; spectabitur igitur per eandem dioptram capricornus occidens. spectetur in A puncto. & quoniam A, Γ puncta per dioptram Δ spectata sunt; recta igitur linea est, quæ per A, Δ, Γ puncta spectatur. sitque ipsa AΔΓ.

ΘΕΩΡΗΜΑ α'.

Η γῆ ἐν μέσῳ τῷ κόσμῳ ἐστὶ, καὶ κέντρου τάξιν ἐπέχει πρὸς τὸν κόσμον.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁ ὁρίζων ὁ ΑΒ, γῆ δὲ ἡ ἡμετέρα ὄψις [7] ἡ πρὸς τῷ Δ σημείῳ, καὶ ἔστω ἀνατολικὰ μὲν μέρη τὰ Γ, δυτικὰ δὲ τὰ Α, καὶ τεθεωρήσθω διὰ διόπτρας κειμένης πρὸς τῷ Δ σημείῳ καρκῖνος ἀνατέλλων κατὰ τὸ Γ σημεῖον· θεωρηθήσεται ἄρα διὰ τῆς αὐτῆς διόπτρας αἰγόκερως δύνων. τεθεωρήσθω κατὰ τὸ Α σημεῖον. καὶ ἐπεὶ τὰ Α, Γ σημεῖα διὰ διόπτρας τεθεώρηται τῷ Δ, εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ διὰ τῶν Α, Δ, Γ. ἔστω ἡ ΑΔΓ.

1 διέξεισι *Bodl.* 2 Deest *Bodl.* 3 κύκλος *Bodl.* 4 ἄνω ἔχει *Bodl.* 5 ἀεί. 6 ἐπὶ *Bodl.* 7 τέμνει. 8 Η γῆ &c. deest. 9 ἡ deest.

Φανερὸν

φανερὸν δὴ ὅτι ἡ Α Δ Γ διάμετρός ἐστι τῆς τε τῶν ἀπλανῶν σφαίρας καὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐπειδήπερ τοῦ ζωδιακοῦ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ἓξ ζώδια ἀποτέμνει. πάλιν δὴ μετακινηθέντος τοῦ τε τῶν ζωδίων κύκλου καὶ τῆς διόπτρας, τεθεωρήσθω λέων ἀνατέλλων κατὰ τὸ Β σημεῖον· θεωρηθήσεται ἄρα διὰ τῆς αὐτῆς διόπτρας ὑδροχόος δύνων· τεθεωρήσθω κατὰ τὸ Ε σημεῖον. καὶ ἐπεὶ τὰ Β, Ε σημεῖα τεθεώρηται διὰ διόπτρας [1] τῆς Δ, εὐθεῖά ἐστιν ἡ διὰ τῶν Ε, Δ, Β. ἔστω ἡ Ε Δ Β· ἡ Ε Δ Β ἄρα διάμετρός ἐστι τῆς τε τῶν ἀπλανῶν σφαίρας καὶ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ Α Δ Γ· τὸ Δ ἄρα σημεῖον κέντρον ἐστὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαίρας, καὶ ἔστι πρὸς τῇ γῇ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἐὰν ληφθῇ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς γῆς κέντρον ἐστὶ τοῦ κόσμου.

Η γῆ ἄρα ἐν μέσῳ τῷ κόσμῳ ἐστὶ, καὶ κέντρου τάξιν ἐπέχει πρὸς τὸν κόσμον.



manifestum itaque est quod recta linea Α Δ Γ diameter est & sphæræ astrorum inerrantium & zodiaci circuli; quandoquidem zodiaci sex signa supra horizontem abscindit. rursus jam zodiaco circulo circumvoluto, quinetiam dioptra, leo videbitur oriens in puncto Β: quare per eandem dioptram conspicietur & aquarius occidens. conspiciatur in puncto Ε. quoniam vero puncta Β, Ε visa sunt per dioptram Δ; recta igitur linea est quæ per Ε, Δ, Β spectatur. sit ipsa Ε Δ Β: quare Ε Δ Β recta linea diameter est & sphæræ astrorum inerrantium & zodiaci circuli. est autem demonstratum idem de recta Α Δ Γ: quamobrem punctum Δ est centrum sphæræ astrorum inerrantium, & est super terram. similiter jam ostendetur, si quodvis aliud punctum fuerit sumptum super terram, quod mundi centrum est.

Terra igitur in medio mundo sita est, cujus ratione centri vicem obtinet.

ΘΕΩΡΗΜΑ β'.

Εν μιᾷ κόσμου περιφορᾷ ὁ μὲν διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος δὶς ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα· ὁ δὲ τῶν ζωδίων κύκλος πρὸς μὲν τὸν μεσημβρινὸν δὶς ἔσται ὀρθὸς, πρὸς δὲ τὸν ὁρίζοντα οὐδέποτε, ὅταν ὁ πόλος τοῦ ὁρίζοντος μεταξὺ ᾖ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ καὶ τοῦ ἀρκτικοῦ. ἐὰν δὲ ἐπί τινος τῶν τροπικῶν ὁ πόλος ᾖ τοῦ ὁρίζοντος, ὁ τῶν ζωδίων κύκλος ἅπαξ ὀρθὸς ἔσται πρὸς τὸν ὁρίζοντα· ὅταν δὲ ὁ πόλος τοῦ ὁρίζοντος μεταξὺ τῶν τροπικῶν κύκλων ὑπάρχῃ, δὶς ἔσται ὁ τῶν ζωδίων κύκλος ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα.

THEOREMA II.

In una mundi revolutione circulus quidem per sphæræ polos ductus bis erit horizonti ad angulos rectos: zodiacus autem circulus ad meridianum bis quoque erit rectus; ad horizontem vero minime, quando polus horizontis fuerit inter tropicum cancri & polum arcticum. quod si horizontis polus in aliquo fuerit tropicorum circulorum, tum zodiacus semel erit horizonti ad angulos rectos constitutus: quando denique polus horizontis fuerit inter tropicos circulos, tunc demum circulus zodiacus horizonti bis erit ad angulos rectos.

Εστω ὁρίζων κύκλος ὁ Ω Β Γ; καὶ μέγιστος μὲν τῶν ἀεὶ φανερῶν κύκλων ἔστω ὁ Π Δ, μέγιστος δὲ τῶν ἀεὶ ἀφανῶν ἔστω ὁ Ε Ζ, καὶ θερινὸς μὲν τροπικὸς ὁ Η Θ Κ, χειμερινὸς δὲ τροπικὸς ὁ Λ Μ Ν, ὁ δὲ τῶν ζωδίων κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν Κ Λ, πόλος δὲ τῆς σφαίρας τὰ Ξ, Ο σημεῖα, καὶ γεγράφθω διὰ τῶν Ξ, Ο μέγιστος κύκλος ὁ Α Ξ Ε Ο· λέγω ὅτι ἐν μιᾷ περιφορᾷ, ὁ μὲν διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος δὶς ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα, ὁ δὲ τῶν ζωδίων κύκλος πρὸς μὲν τὸν μεσημβρινὸν δὶς ἔσται ὀρθὸς, πρὸς δὲ τὸν ὁρίζοντα οὐδέποτε, ὅταν ὁ πόλος τοῦ ὁρίζοντος μεταξὺ τῶν Η Θ Κ, [2] Ξ ὑπάρχῃ.

SIT horizon circulus Ω Β Γ; maximus autem eorum qui semper apparent, sit circulus Π Δ; maximus vero eorum qui semper occulti sunt, sit circulus Ε Ζ; æstivus tropicus sit Η Θ Κ, hybernus autem sit Λ Μ Ν; zodiacus circulus positionem habeat veluti Κ Λ; sphæræ poli sint puncta Ξ, Ο; & describatur per Ξ, Ο puncta maximus circulus Α Ξ Ε Ο: dico quod in una sphæræ revolutione circulus quidem per sphæræ polos ductus bis erit horizonti ad angulos rectos; zodiacus autem ad meridianum bis quoque erit rectus, ad horizontem vero minime, quando polus horizontis fuerit inter Η Θ Κ & Ξ.

1 τῆς Δ deest in MS. Bodl. 2 In MSS. perperam legitur Ω Δ.

Quod

Quod autem circulus per sphæræ polos ductus bis horizonti ΒΕΓ sit ad angulos rectos, jam * demonstratum fuit.

Dico jam quod & zodiacus circulus ΚΛ meridiano ΑΟ bis erit ad angulos rectos constitutus.

Quoniam in sphæra quidem duo circuli sunt ΩΒΓ & ΑΗΘΚ, qui sese mutuo secant; & per ipsorum polos maximus circulus descriptus est ΑΘΟ: æqualis igitur est circumferentia ΗΘ circumferentiæ ΘΚ, & circumferentia ΛΠ circumferentiæ ΠΝ. sed tota circumferentia ΗΘΚ toti circumferentiæ ΛΠΝ est æqualis: quare circumferentia ΛΠ ipsi ΚΘ æqualis est. quo igitur tempore punctum Κ, incipiens à puncto Κ & circumferentiam ΚΘ percurrens, pervenit ad Θ punctum; hoc ipso tempore & punctum Λ, inchoans à puncto Λ & circumferentiam ΛΠ pertransiens, pervenit ad punctum Π, & zodiacus circulus positionem habebit ΘΒΠΓ. & quoniam in sphæra duo circuli ΑΗΘΚ, ΘΒΠΓ sese tangunt, maximus autem circulus ΞΘΟΠ descriptus est per polos unius circuli & amborum contactum: circulus igitur ΞΘΟΠ transibit etiam per polos circuli ΘΒΠΓ, atque ipsi erit ad angulos rectos: quare & ΘΒΠΓ ad ΞΘΟΠ etiam est ad angulos rectos. rursus, quoniam circumferentia ΘΗ circumferentiæ ΠΝ similis est: quo igitur tempore punctum Θ ad Η punctum pervenit, eodem ipso tempore & Π ad punctum Ν accedit; & zodiacus circulus positionem habebit ΗΣΝ. rursus, quoniam ΗΑ similis est circumferentiæ ΝΜ: quo igitur tempore punctum Η pervenit ad punctum Α, eodem tempore & punctum Ν pervenit ad punctum Μ, & zodiacus circulus positionem habebit ΑΒΜΓ. & quoniam in sphæra duo circuli ΑΒΜΓ, ΑΗΘΚ se mutuo tangunt, & per unius polos & contactum amborum maximus circulus descriptus est ΑΞΘΟ: circulus igitur ΑΞΘΟ ad ΑΒΜΓ est ad angulos rectos: quare & ipse ΑΒΜΓ ad ΑΞΘΟ etiam est ad angulos rectos. rursus, quoniam circumferentia ΑΚ similis est circumferentiæ ΜΛ: quo igitur tempore Α punctum pervenit ad punctum Κ, hoc ipso tempore & punctum Μ ad punctum Λ accedit; & zodiacus circulus positionem habebit ΚΣΛ. quo igitur tempore punctum Κ, incipiens à Κ & circumferentiam ΚΘΗΑ percurrens, ad Κ redit (quod est tempus unius revolutionis sphæræ) circulus ΚΣΛ bis est circulo ΑΞΘΟ rectus.



Ὅτι μὲν οὖν ὁ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας πρὸς τὸν ΒΕΓ ὁρίζοντι δὶς ὀρθός ἐστι, δέδεικται.

ΛΕΓΩ δὴ ὅτι καὶ ὁ ζωδιακὸς κύκλος ὁ ΚΛ πρὸς τὸν ΑΟ μεσημβρινὸν δὶς ἔσται ὀρθός.

nectantur rectæ ΞΛ, ΞΜ; angulus igitur in puncto Ξ positus, qui continetur sub lineis ΛΞ, ΞΜ, æqualis est angulo posito in puncto Ε, qui continetur sub rectis lineis ΓΕ, ΕΔ. rursus, ad punctum Ν constituatur angulus ΛΝΟ æqualis angulo ΕΖΗ, abscindaturque ΝΟ æqualis ipsi ΕΖ, connectanturque rectæ ΛΟ, ΜΟ, & circa lineam ΛΜ per punctum Ο describatur circuli segmentum ΛΟΜ: angulus igitur in puncto Ο positus, qui continetur sub lineis ΛΟ, ΜΟ, æqualis est angulo ad punctum Ε posito & contento sub lineis ΘΕ & ΕΗ. denique, ad punctum Ν ponatur angulus ΛΝΠ æqualis ΛΖΕ, abscindaturque ΝΠ æqualis ipsi ΕΖ, connectanturque rectæ ΛΠ, ΠΜ, & circa triangulum ΛΠΜ describatur circuli segmentum ΛΠΜ: erit ergo angulus in puncto Π positus, sub lineis ΛΠ, ΠΜ contentus, æqualis angulo posito in Ε puncto & sub lineis ΑΕ, ΕΒ contento. cum ergo angulus ΛΞΜ minor sit angulo ΛΟΜ, angulus autem ΛΟΜ æqualis sit angulo ΘΕΗ, & angulus ΛΞΜ æqualis sit angulo ΓΕΔ: minor igitur [per 6. posit.] apparebit ΓΔ diameter diametro ΗΘ. rursus, quia angulus ΘΕΗ minor est angulo ΑΕΒ: minor ergo apparebit diameter ΗΘ diametro ΑΒ.

σαν αἱ ΞΛ, ΞΜ· ἡ ἄρα πρὸς τῷ Ξ σημείῳ γωνία, ἡ περιεχομένη ὑπὸ τῶν ΛΞ, ΞΜ, ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τῷ Ε, περιεχομένῃ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΕ, ΕΔ. ἔτι κείσθω τῇ ὑπὸ τῶν ΕΖ, ΖΗ ἴση ἡ ἀπὸ τῶν ΛΝ, ΝΟ, καὶ ἀφῃρήσθω τῇ ΕΖ ἴση ἡ ΝΟ [1], καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΛΟ, ΜΟ, καὶ περιγεγράφθω περὶ τὴν ΛΜ καὶ τὸ Ο σημεῖον τὸ ΛΟΜ τμῆμα κύκλου. ἡ δὴ πρὸς τῷ Ο σημείῳ γωνία, ἡ περιεχομένη ὑπὸ τῶν ΛΟ, ΜΟ, ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τῷ Ε, τῇ περιεχομένῃ ὑπὸ τῶν ΘΕ, ΕΗ. ἔτι κείσθω τῇ ὑπὸ ΑΖ, ΖΕ ἴση ἡ ὑπὸ τῶν ΛΝ, ΝΠ, καὶ ἀφῃρήσθω ἡ ΝΠ ἴση τῇ ὑπὸ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΛΠ, ΠΜ, καὶ περιγεγράφθω περὶ τὸ ΛΠΜ τρίγωνον τμῆμα κύκλου τὸ ΛΠΜ· ἔσται δὴ ἡ πρὸς τῷ Π σημείῳ γωνία, περιεχομένη ὑπὸ τῶν ΛΠ, ΠΜ, ἴση τῇ πρὸς τῷ Ε γωνίᾳ περιεχομένῃ δὲ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΒ. ἐπεὶ οὖν ἐλάσσων ἐστὶν ἡ πρὸς τῷ Ξ τῆς πρὸς τῷ Ο γωνίας, ἴση δὲ ἡ μὲν πρὸς τῷ Ο τῇ πρὸς τῷ Ε, περιεχομένῃ δὲ ὑπὸ τῶν ΘΕ, ΕΗ, ἡ δὲ πρὸς τῷ Ξ τῇ πρὸς τῷ Ε περιεχομένῃ τῇ ὑπὸ τῶν ΓΕΔ· ἐλάσσων ἄρα φαίνεται ἡ ΓΔ τῆς ΗΘ. πάλιν, ἐπεὶ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ πρὸς τῷ Ε περιεχομένη δὲ ὑπὸ τῶν ΘΕΗ, τῆς πρὸς τῷ Ε περιεχομένης δὲ ὑπὸ τῶν ΑΕΒ· ἐλάσσων ἄρα φαίνεται καὶ ἡ ΗΘ τῆς ΑΒ.

Prop. XL. Theor.

Curruum rotæ nunc circulares nunc oblongæ apparebunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μ'.

Τῶν ἁρμάτων οἱ τροχοὶ ὅτε μὲν κυκλοειδεῖς, ὅτε δὲ παρεσπασμένοι φαίνονται.

Sit rota, cujus diametri sunt ΔΖ, ΒΓ. cum ergo radius, ab oculo ad centrum rotæ tendens, fuerit vel rectus ad rotæ planum vel æqualis semidiametro, diametri ipsius æquales apparebunt, ut in theor. præc. demonstratum est.

Ἔστω γὰρ τροχὸς, οὗ διάμετροι αἱ ΔΖ, ΒΓ. ἐὰν οὖν ὅτε μὲν ἡ ἀπὸ τοῦ ὄμματος εἰς τὸ κέντρον νεύουσα πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῷ ἐπιπέδῳ, ἢ ἴση τῇ ἐκ τοῦ κέντρου, ἴσαι αἱ διάμετροι φαίνονται, ὡς ἐν [2] τῷ πρὸ αὐτοῦ θεωρήματι ἀπεδείχθη.

1 Punctum Ο non cadere intra ΛΞΝ constat ex eo, quod ΝΞ minima sit omnium ab Ν puncto ad circumferentiam ΛΞΜ ductarum. *Savil.* 2 In theor. 36 & 37. quod qua ratione vocavit τὸ πρὸ αὐτοῦ? nisi hoc e *Scholio*, ut etiam fortasse totum theorema. *Idem.*

ὥστε

ὥστε ὁ τροχὸς ὁ τοῦ ἅρματος κυκλοειδὴς φαίνεται τούτων ὑπαρχόντων. περιφερομένου δὲ τοῦ ἅρματος, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ ὄμματος νευούσης εἰς τὸ κέντρον ἀκτῖνος, μήτε πρὸς ὀρθὰς οὔσης τῷ τοῦ τροχοῦ ἐπιπέδῳ, μήτε ἴσης τῇ ἐκ τοῦ κέντρου αὐτοῦ, ἄνισοι αἱ διάμετροι φανοῦνται ὁμοίως, διὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ δειχθέν· ὥστε παρεσπασμένος φαίνοιτο ὁ τροχός.



quare eo modo spectata rota currus circularis apparebit. curru vero inordinate & celeriter delato, si oculi radius tendens ad centrum neque rectus sit ad rotæ planum, neque æqualis semidiametro rotæ, inæquales apparebunt ejus diametri, per præcedens theorema: quare oblonga apparebit rota.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μα'.

Ἐὰν μέγεθός τι πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ μετέωρον, τεθῇ δὲ τὸ ὄμμα ἐπί τι σημεῖον τοῦ ἐπιπέδου, καὶ μεθιστῆται τὸ ὁρώμενον ἐπὶ κύκλου περιφερείας· ἴσον ἀεὶ τὸ ὁρώμενον φανήσεται.

Prop. XLI. Theor.

Si magnitudo quævis recta sit ad subjectum planum, ponaturque oculus in puncto aliquo plani illius, circa quod tanquam circa circuli centrum sese verset spectata magnitudo; ea semper æqualis apparebit.

Ἔστω ὁρώμενόν τι μέγεθος τὸ ΑΒ μετεωρότερον τοῦ ἐπιπέδου, ὄμμα δὲ ἔστω τὸ Γ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΒ, καὶ κέντρῳ τῷ Γ διαστήματι δὲ τῷ ΓΒ κύκλος γεγράφθω ὁ ΒΔΕ· λέγω ὅτι ἐὰν ἐπὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας μεθιστῆται τὸ ΑΒ, ἀπὸ τοῦ Γ ὄμματος ἴσος ἀεὶ ὀφθήσεται.

Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΑΒ ὀρθή ἐστι, καὶ ποιεῖ πρὸς τὴν ΒΓ ὀρθὴν γωνίαν· πᾶσαι ἄρα αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ Γ πρὸς τὸ ΑΒ μέγεθος προσπίπτουσαι ἀλλήλαις ἴσας γωνίας ποιοῦσιν· ἴσον ἄρα τὸ ὁρώμενον ὀφθήσεται.



Sit spectata magnitudo ΑΒ sublimior subjecto plano, [cui ad angulos rectos insistat;] oculus autem sit Γ, & connectatur recta ΓΒ; & centro Γ intervallo autem ΓΒ describatur circulus ΒΔΕ: fore assero, ut, si magnitudo ΑΒ vectetur in circuli circumferentia, æqualis perpetuo appareat ipsi Γ oculo.

Quia enim ΑΒ magnitudo recta est ad planum, facitque angulum rectum cum linea ΒΓ jacente in plano circuli: quare omnes lineæ, quæ à centro Γ in ipsam ΑΒ magnitudinem incident, angulos inter se æquales facient; ideoque [per 7. posit.] spectata magnitudo ejusdem quantitatis perpetuo apparebit.

ΟΜΟΙΩΣ δὲ κἂν ἀπὸ τοῦ Γ κέντρου μετέωρος ἀχθῇ εὐθεῖα, καὶ ἐπ' αὐτῆς τὸ ὄμμα τεθῇ ἐπὶ παραλλήλου ὂν τῷ ὁρωμένῳ μεγέθει, καὶ μετακινῆται τὸ μέγεθος, ἴσον ἀεὶ τὸ ὁρώμενον φαίνεται.

Eodem modo si ex centro Γ sublimis ducatur recta linea, quæ parallela sit spectatæ magnitudini, & in ejus culmine statuatur oculus; magnitudo, vectata in circuli circumferentia perpetuo sibi æqualis apparebit.

[1] ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ὁμοίως δὲ κἂν ἀπὸ τοῦ κέντρου πρὸς ὀρθὰς ἀνασταθῇ εὐθεῖα, ἐπὶ δὲ ταύτης ὄμμα μετατεθῇ, καὶ μετακινεῖται τὸ ὁρώμενον μέγεθος κατὰ τοῦ κύκλου περιφέρειαν παράλληλον ὂν τῇ εὐθείᾳ, ἐφ' ἧς τὸ ὄμμα· ἴσον ἀεὶ τὸ ὁρώμενον ὀφθήσεται.

SCHOLIUM.

Similiter si ex centro ad planum circuli erigatur perpendicularis recta, in qua collocetur oculus; circumferatur autem in peripheria circuli spectata magnitudo, parallela existens rectæ in qua est oculus: spectata magnitudo semper æqualis apparebit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μβ'.

Ἐὰν δὲ τὸ ὁρώμενον πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, μεθιστῆται δὲ τὸ ὄμμα ἐπὶ κύκλου περιφερείας, κέντρον ἔχοντος τὸ σημεῖον

Prop. XLII. Theor.

Si spectata magnitudo recta sit ad subjectum planum; oculus autem vectetur in circumferentia circuli, cujus centrum sit punctum illud in quo

1 Ex MSS. sed eodem redit cum subnexis ipsi propositioni.

erecta

erecta magnitudo tangit planum: spectata magnitudo semper æqualis apparebit.

κατ᾽ ὃ συμβάλλεται τὸ μέγεθος τῷ ἐπιπέδῳ· ἴσον ἀεὶ τὸ ὁρώμενον φανήσεται.

SIT spectata magnitudo A B, quæ & sublimis sit & angulos rectos faciat cum subjecto plano; oculus vero sit Γ; & centro B intervallo autem B Γ describatur circulus Γ Δ: fore assero, ut, si Γ oculus in circumferentia vectetur, ipsa A B magnitudo æqualis perpetuo appareat.



Id autem hinc perspicuum est. omnes enim radii ex puncto Γ ad A B magnitudinem tendentes æquales angulos continent, quia angulus in puncto B rectus est; quare [per 7. posit.] spectata magnitudo sibi ipsi æqualis perpetuo apparebit.

ΕΣτω ὁρώμενον μὲν τὸ A B μετέωρον ὄν, καὶ πρὸς ὀρθὰς πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, ὄμμα δὲ ἔστω τὸ Γ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ B διαστήματι δὲ τῷ B Γ κύκλος γεγράφθω ὁ Γ Δ· λέγω ὅτι ἐὰν τὸ Γ μεθιστῆται ἐπὶ κύκλου περιφερείας, ἴσον ἀεὶ τὸ A B φανήσεται.

Τοῦτο δὲ φανερόν ἐστι. πᾶσαι γὰρ αἱ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου πρὸς τὸ A B προσπίπτουσαι ἀκτῖνες πρὸς ἴσας γωνίας προσπίπτουσιν, ἐπειδήπερ ἡ πρὸς τῷ B ὀρθή ἐστιν· ἴσον ἄρα τὸ ὁρώμενον φανήσεται.

Prop. XLIII. Theor.

Si oculo posito in centro circuli, magnitudo, quæ ad circuli planum recta non sit, in circuli circumferentia vectetur; semper inæqualis apparebit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μγ΄.

Ἐὰν δὲ τὸ ὁρώμενον μέγεθος μὴ πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ, μεθιστῆται [1] δὲ τὸ ὁρώμενον ἐπὶ κύκλου περιφερείας· ἄνισον ἀεὶ ὀφθήσεται.

SIT circulus A Δ, in cujus circumferentia sumatur punctum Δ, à quo sublimis erigatur recta linea Δ Z, quæ ad circuli planum ad angulos rectos non sit; ponaturque oculus in E centro: fore dico, ut, si Δ Z in circuli circumferentia transponatur, nunc major nunc minor appareat.

ΕΣτω κύκλος ὁ A Δ, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς περιφερείας αὐτοῦ σημεῖον τὸ Δ, καὶ ἀνεστάτω μὴ πρὸς ὀρθὰς τῷ κύκλῳ εὐθεῖα ἡ Δ Z, ὄμμα δὲ ἔστω τὸ E· λέγω ὅτι ἡ Δ Z ἐὰν ἐπὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας μεθιστῆται, ποτὲ μὲν μείζων φανήσεται ποτὲ δὲ ἐλάσσων.



Ipsa Δ Z aut major est semidiametro, aut æqualis, aut minor. Sit primo major semidiametro; ducaturque ex E centro recta linea E Γ parallela & æqualis ipsi Δ Z; & à puncto Γ in subjectum planum ducatur perpendicularis Γ N, quæ plano occurrat in puncto N; connectaturque recta E N, quæ producatur & circumferentiæ occurrat in puncto A; & ex

Ἤτοι δὲ ἡ Δ Z μείζων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου, ἢ ἴση, ἢ ἐλάσσων. Ἔστω πρότερον μείζων, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ E κέντρου τῇ Δ Z παράλληλος ἡ E Γ, καὶ ἔστω ἴση τῇ Δ Z ἡ E Γ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Γ σημείου ἐπὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον κάθετος ἡ Γ N, καὶ συμβαλλέτω τῷ ἐπιπέδῳ κατὰ τὸ N σημεῖον, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ E N ἐκβεβλήσθω καὶ συμβαλλέτω τῇ περιφερείᾳ κατὰ τὸ A, καὶ

1 Sc. sibi semper παραλλήλως, quod necessario fit cum alius nullus adest motus. *Savil.*

ἤχθω

ἤχθω διὰ τοῦ Α τῇ ΕΓ παράλληλος ἡ ΑΒ, καὶ ἔστω ἡ ΑΒ τῇ ΔΖ ἴση· λέγω ὅτι ἡ ΑΒ πασῶν τῶν ἐπὶ τοῦ κύκλου περιφερείας μεθισταμένων εὐθειῶν ἐλάσσων φαίνεται. ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΓΖ, ΕΖ, ΒΓ, ΕΒ. ἔχομεν δὲ ἐν τῷ παρακειμένῳ τῷ ἑβδόμῳ καὶ τριακοστῷ θεωρήματι, ὅτι πασῶν τῶν διὰ τοῦ Ε σημείου ἀγομένων εὐθειῶν, καὶ ποιουσῶν πρὸς τῇ ΕΓ γωνίας, ἐλαχίστη ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΓΕΑ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΓΕ τῇ ΑΒ παράλληλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἴση· καὶ ἡ ΕΑ ἄρα τῇ ΓΒ ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΕΒ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ΖΕ παραλληλόγραμμόν ἐστι. καὶ ἐπεὶ δεῖ δεῖξαι ὅτι ἔλασσον φαίνεται τὸ ΑΒ τοῦ ΔΖ, δῆλον ὅτι πρότερον δεῖ δεῖξαι ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΕΑ γωνία ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΖΕΔ γωνίας. ἐπεὶ οὖν δέδεικται ὅτι πασῶν τῶν διὰ τοῦ Ε σημείου διαγομένων εὐθειῶν καὶ ποιουσῶν πρὸς τῇ ΓΕ γωνίας, ἐλαχίστη ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΓΕΑ· ἐλάσσων ἄρα ἐστὶ καὶ τῆς ὑπὸ ΓΕΔ ἡ ὑπὸ ΓΕΑ. ἐκκείσθω δὴ τῷ τοῦ κύκλου ΑΔ ἡμικυκλίῳ ἴσον τὸ ΚΑΛ, καὶ εἰλήφθω αὐτοῦ τὸ κέντρον τὸ Ν, καὶ κείσθω τῇ ὑπὸ ΓΕΑ ἴση γωνία ἡ ὑπὸ ΚΝΜ, τῇ δὲ ὑπὸ ΓΕΔ ἴση ἡ ὑπὸ ΚΝΟ, καὶ κείσθω τῇ ΔΖ ἑκατέρα τῶν ΜΝ, ΟΝ ἴση, καὶ διὰ μὲν τοῦ Μ τῇ ΚΝ ἴση καὶ παράλληλος ἤχθω ἡ ΜΠ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΠΚ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΝΠ, [1] καὶ ἔστιν ἴσον καὶ ὅμοιον τῷ ΒΕ. πάλιν διὰ τοῦ Ο τῇ ΚΝ ἴση καὶ παράλληλος ἤχθω ἡ ΟΡ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΡΚ· τὸ ΡΝ ἄρα παραλληλόγραμμον ἴσον τε καὶ ὅμοιόν ἐστι τῷ ΖΕ. καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ διαγώνιοι αἱ ΡΝ, ΠΝ· ὥστε καὶ ἡ ὑπὸ ΚΝΠ γωνία τῆς ὑπὸ ΚΝΡ γωνίας ἐλάσσων ἐστί. [2] καὶ ἔστι ἡ μὲν ὑπὸ ΚΝΠ ἴση τῇ ὑπὸ ΑΕΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΚΝΡ ἴση τῇ ὑπὸ ΔΕΖ· ἐλάσσων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΕΒ τῆς ὑπὸ ΔΕΖ· ὥστε καὶ τὸ ΑΒ μέγεθος τοῦ ΔΖ μεγέθους ἔλασσον ὀφθήσεται.

[3] Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἡ ΒΑ τῆς ΖΔ ἐλάσσων [4] ἐστί, τῆς ΖΔ ἴσης τε καὶ ἐλάσσονος τῆς ἐκ τοῦ κέντρου





ὑπαρχούσης. Ἀλλὰ δὴ ἔστω ΔΖ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση, καὶ κατασκευάσθωσαν πάντα τὰ αὐτὰ τοῖς πρό-

A puncto ducatur AB parallela ipsi EΓ; sit autem AB æqualis ipsi ΔZ: dico omnium rectarum linearum in circuli circumferentia circumlatarum minimam apparere ipsam AB. connectantur enim rectæ ΓZ, EZ, BΓ, EB. habemus jam ostensum in subnexis theoremati tricesimo septimo, omnium linearum trajectarum per punctum E & angulos facientium cum linea EΓ, lineas ΓE, & EA minimum angulum continere, qui est ΓEA. cum ergo ΓE parallela sit & æqualis ipsi AB: igitur [per 33. 1.] EA ipsi ΓB æqualis & parallela est; parallelogrammum ergo est EB; eademque ratione parallelogrammum etiam est ZE. quia vero demonstrandum est AB minorem apparere quam ΔZ, non dubium est quin prius demonstrandum sit angulum BEA minorem esse angulo ZEΔ, [quod hoc modo fiet.] cum enim demonstratum sit [in subnexis ad 37. opt.] omnium linearum trajectarum per punctum E & facientium angulos cum linea ΓE, lineas ΓE, EA omnium minimum angulum continere nempe ΓEA: ergo angulus ΓEA minor est angulo ΓEΔ. ponatur jam KAΛ segmentum æquale semicirculo circuli AΔ, sumaturq; ejus centrum N; & ponatur angulus KNM æqualis angulo ΓEA; angulus autem KNO angulo ΓEΔ; sitque utraque ipsarum MN, ON æqualis ipsi ΔZ; & per punctum M ducatur recta MΠ æqualis & parallela ipsi KN, connectaturque recta ΠK: parallelogrammum ergo est NΠ æquale & simile ipsi BE parallelogrammo. rursus, per punctum O ducatur recta OP æqualis & parallela ipsi KN, connectaturque recta PK: igitur parallelogrammum PN æquale & simile est parallelogrammo ZE. ducantur diametri PN, ΠN: ergo angulus KNΠ minor est angulo KNP. est autem angulus KNΠ æqualis angulo AEB; angulus autem KNP æqualis angulo ΔEZ: minor ergo est angulus AEB angulo ΔEZ: quare [per 6. posit.] magnitudo AB apparebit minor magnitudine ΔZ.

Eodem modo ostendemus BA minorem esse quam ZΔ, si ipsa ZΔ ponatur æqualis vel minor semidiametro. Enimvero sit ΔZ æqualis semidiametro, construanturque reliqua omnia ut in

1 Habet enim δύο ἀπεναντίον KN, NM δυσὶ AE, EΓ æqualeis, & angulum KNM æqualem angulo AEΓ. *Savil.*
2 Nam ΠK, KN æquales BA, AE, & anguli quoque comprehensi: ergo per quartam primi. *Idem.* 3 Sed totum hoc est ex Scholio, aut, quod magis credo, cætera omnia ex hac demonstratione. *Idem.* 4 Lege ὀφθήσεται. *Idem.*

præcedentibus factum est, ponatur item semicirculus Θ Δ Λ qui æqualis sit semicirculo circuli Α Δ, sumaturque centrum ejus quod sit Ν. quia ergo Δ Ζ æqualis posita est semidiametro circuli; igitur Δ Ζ æqualis est ipsi Θ Ν. ponatur angulus Θ Ν Κ æqualis angulo Γ Ε Α, ducaturque Κ Ξ parallela [& æqualis] ipsi Θ Ν, connectaturque recta Ξ Θ, ponatur etiam

τερον, καὶ κείσθω τῷ τοῦ κύκλου Α Δ ἡμικυκλίῳ ἴσον ἡμικύκλιον τὸ Θ Δ Λ, καὶ εἰλήφθω αὐτοῦ κέντρον τὸ Ν. καὶ ἐπεὶ ἡ Δ Ζ ἴση ὑπόκειται τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Δ Ζ τῇ Θ Ν. καὶ κείσθω τῇ μὲν ὑπὸ τῶν Γ Ε Α γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ τῶν Θ Ν Κ, καὶ ἤχθω τῇ Θ Ν παράλληλος ἡ Κ Ξ, καὶ τῇ Θ Ν ἀφῃρήσθω ἴση ἡ Κ Ξ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ξ Θ, τῇ





angulus Θ Ν Δ æqualis angulo Γ Ε Δ, ducatur autem Δ Ο [æqualis &] parallela ipsi Θ Ν, ducaturque recta Ο Θ: parallelogramma ergo sunt Θ Δ, Θ Κ similia æqualiaque parallelogrammis Ε Ζ, Ε Β; quare angulus quidem Θ Ν Δ æqualis est Γ Ε Δ angulo; angulus autem Θ Ν Κ æqualis est angulo Γ Ε Α. minor autem est angulus Γ Ε Α angulo Γ Ε Δ: minor est igitur Θ Ν Κ angulus angulo Θ Ν Δ. connectantur parallelogrammorum diametri Ξ Ν, Ο Ν: minor igitur est Θ Ν Ξ angulus angulo Θ Ν Ο. æqualis autem est angulus quidem Θ Ν Ξ angulo Α Ε Β, angulus vero Θ Ν Ο angulo Δ Ε Ζ; minor igitur est Α Ε Β angulus angulo Δ Ε Ζ; quare magnitudo Α Β apparebit minor magnitudine Δ Ζ. quod erat demonstrandum.

Sed enim sit Δ Ζ minor semidiametro circuli, reliqua vero construantur ut antea, ponaturque

δὲ ὑπὸ τῶν Γ Ε Δ ἴση κείσθω ἡ ὑπὸ τῶν Θ Ν Δ, καὶ τῇ Θ Ν παράλληλος ἤχθω ἡ Δ Ο, καὶ ἴση τῇ Θ Ν ἀφῃρήσθω ἡ Δ Ο, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ο Θ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν Θ Δ, Θ Κ, καὶ ἐστὶν ἴσα τε καὶ ὅμοια τοῖς Ε Ζ, Ε Β· ὥστε καὶ ἡ μὲν ὑπὸ Θ Ν Δ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ Γ Ε Δ, ἡ δὲ ὑπὸ Θ Ν Κ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ Γ Ε Α. ἐλάσσων δέ ἐστιν ἡ ὑπὸ Γ Ε Α τῆς ὑπὸ Γ Ε Δ· ἐλάσσων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ Θ Ν Κ τῆς Θ Ν Δ. καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ διαγώνιοι αἱ Ξ Ν, Ο Ν· ἐλάσσων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ Θ Ν Ξ τῆς ὑπὸ Θ Ν Ο. ἴση δὲ ἡ μὲν ὑπὸ Θ Ν Ξ τῇ ὑπὸ Α Ε Β, ἡ δὲ ὑπὸ Θ Ν Ο τῇ ὑπὸ Δ Ε Ζ· ἐλάσσων ἄρα καὶ ὑπὸ Α Ε Β τῆς ὑπὸ Δ Ε Ζ· ἔλασσον ἄρα ὀφθήσεται τὸ Α Β μέγεθος τοῦ Δ Ζ μεγέθους. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ἀλλὰ δὴ ἔστω ἡ Δ Ζ ἐλάσσων τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, καὶ κατασκευάσθω τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον,





Θ Μ æqualis semicirculo circuli Α Δ, sumaturque circuli centrum Ν, & ex Θ Ν secetur Ν Ξ æqualis ipsi Δ Ζ, constituaturque angulus Θ Ν Κ æqualis angulo Γ Ε Α, angulus autem Θ Ν Λ æqualis angulo Γ Ε Δ, sitque utraque ipsarum Ν Κ, Ν Λ sigillatim æqualis ipsi Δ Ζ, & per punctum Κ ducatur Κ Ο parallela & æqualis ipsi Ν Ξ, connectaturque Ο Ξ, per punctum autem Λ ducatur

καὶ κείσθω τοῦ κύκλου Α Δ ἡμικυκλίῳ ἴσον τὸ Θ Μ, καὶ λήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Ν, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς Θ Ν τῇ Δ Ζ ἴση ἡ Ν Ξ, καὶ κείσθω τῇ μὲν ὑπὸ Γ Ε Α γωνίᾳ ἴση ἡ Θ Ν Κ, τῇ δὲ ὑπὸ Γ Ε Δ ἴση ἡ ὑπὸ Θ Ν Λ, καὶ ἔστω ἴση ἑκατέρα τῶν Ν Κ, Ν Λ τῇ Δ Ζ, καὶ ἤχθω διὰ μὲν τοῦ Κ τῇ Ν Ξ ἴση καὶ παράλληλος ἡ Κ Ο, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ο Ξ, διὰ δὲ τοῦ Λ τῇ

Ξ Ν

ΞΝ παράλληλος ἡ ΑΠ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΠΞ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΚΞ, ΞΛ. [1] καὶ ἐστὶ τὸ μὲν ΚΞ τῷ ΕΒ ἴσον τε καὶ ὅμοιον, τὸ δὲ ΞΛ τῷ ΕΖ· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΘΝΚ ἴση τῇ ὑπὸ ΓΕΑ, ἡ δὲ ὑπὸ ΘΝΛ τῇ ὑπὸ ΓΕΔ. μείζων δὲ ἡ ὑπὸ ΓΕΔ τῆς ὑπὸ ΓΕΑ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΘΝΛ τῆς ὑπὸ ΘΝΚ. ἐπεζεύχθωσαν ΝΟ, ΝΠ· καὶ ἡ ὑπὸ ΞΝΟ ἄρα τῆς ὑπὸ ΞΝΠ ἐλάσσων ἐστίν. ἴση δὲ ἡ μὲν ὑπὸ ΞΝΟ τῇ ὑπὸ ΑΕΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΞΝΠ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ· ἐλάσσων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΑΕΒ τῆς ὑπὸ ΔΕΖ. καὶ βλέπεται ὑπὸ μὲν τῆς ΑΕΒ τὸ ΑΒ μέγεθος, ὑπὸ δὲ τῆς ΔΕΖ τὸ ΔΖ· ἔλασσον ἄρα ὀφθήσεται τὸ ΑΒ μέγεθος τοῦ ΔΖ μεγέθους. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΑΠ parallela ipsi ΞΝ, & connectatur recta ΠΞ: duo igitur parallelogramma sunt ΚΞ, ΞΛ, quorum ΚΞ quidem æquale ac simile est ipsi ΕΒ paparallelogrammo, ipsum autem ΞΛ parallelogrammum æquale item & simile est parallelogrammo ΕΖ; quare angulus ΘΝΚ æqualis est angulo ΓΕΑ, angulus autem ΘΝΛ æqualis est angulo ΓΕΔ. major autem est ΓΕΔ angulo ΓΕΑ: major itaque ΘΝΛ angulus angulo ΘΝΚ. connectantur parallelogrammorum diametri ΝΟ, ΝΠ: igitur angulus ΞΝΟ minor est angulo ΞΝΠ. est autem angulus quidem ΞΝΟ æqualis angulo ΑΕΒ, angulus autem ΞΝΠ æqualis angulo ΔΕΖ: minor ergo est angulus ΑΕΒ angulo ΔΕΖ. cernitur autem magnitudo quidem ΑΒ sub angulo ΑΕΒ, magnitudo vero ΔΖ sub angulo ΔΕΖ: minor itaque apparebit magnitudo ΑΒ magnitudine ΔΖ. quod erat demonstrandum.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μδʹ.

Ἔστι τις τόπος, οὗ, τοῦ ὄμματος μένοντος, τοῦ δὲ ὁρωμένου μεθισταμένου, ἴσον ἀεὶ τὸ ὁρώμενον φαίνεται.

Ἔστω γὰρ ὁρώμενον μέγεθος τὸ ΒΓ, ὄμμα δὲ τὸ Ζ, ἀφ' οὗ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΖΒ, ΖΓ, καὶ περιειλήφθω τὸ ΖΒΓ τρίγωνον κύκλῳ τῷ ΔΒΖ· λέγω ὅτι τὸ ΒΓ, μεθιστάμενον ἐπὶ τῆς τοῦ γραφέντος κύκλου περιφερείας, ἴσον ἀεὶ ὀφθήσεται.



Μετακείσθω γὰρ τὸ ΒΓ ἐπὶ τοῦ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΖ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ περιφέρεια τῇ ΓΔ περιφερείᾳ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΓΖΒ γωνία τῇ ΓΖΔ γωνίᾳ. τὰ δὲ ὑπὸ ἴσων γωνιῶν ὁρώμενα ἴσα φαίνεται· ἴσον ἄρα φαίνεται τὸ ΒΓ τῷ ΓΔ.

Prop. XLIV. Theor.

Est aliquis locus, ubi, manente oculo, res spectata, à loco in locum delata, æqualis semper apparet.

SIT spectata magnitudo ΒΓ, oculus autem Ζ, à quo procedant radii ΖΒ, ΖΓ, efficientes triangulum ΖΒΓ, circa quem [per 5. 4.] describatur circulus ΔΒΖ: dico magnitudinem ΒΓ translatam in quemlibet locum circumferentiæ circuli, ejusdem quantitatis semper apparere.

Transferatur enim ΒΓ magnitudo in ΓΔ, & connectatur recta ΔΖ. æqualis igitur est [per 28.3.] circumferentia ΒΓ circumferentiæ ΓΔ; ideoque [per 27.3.] æqualis est angulus ΓΖΒ angulo ΓΖΔ. quæ autem sub æqualibus angulis cernuntur [per 7. posit.] æqualia apparent: æqualis ergo apparet ΒΓ ipsi ΓΔ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μεʹ.

Ἔστι τις τόπος, οὗ, τοῦ ὄμματος μεθισταμένου, τοῦ δὲ ὁρωμένου μένοντος, ἀεὶ ἴσον τὸ ὁρώμενον φαίνεται.

Ἔστω γὰρ ὁρώμενον μὲν τὸ ΒΓ, ὄμμα δὲ τὸ Ζ, ἀφ' οὗ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΖΒ, ΖΓ, καὶ περιειλήφθω τὸ ΒΖΓ τρίγωνον τμήματι κύκλου τῷ ΒΔΖΓ, καὶ μετακείσθω τὸ Ζ ὄμμα ἐπὶ τὸ Δ, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΔΒ, ΔΓ· ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΒΔΓ γωνία τῇ ΒΖΓ, ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ τμήματί εἰσι. τὰ δὲ ὑπὸ ἴσων γωνιῶν ὁρώμενα ἴσα φαίνεται· ἴσον ἄρα τὸ ΒΓ διὰ παντὸς φαίνεται, μεθισταμένου τοῦ ὄμματος ἐπὶ τῆς ΒΔΓ περιφερείας.



Prop. XLV. Theor.

Est aliquis locus, ubi, aspectabili manente, oculo vero translato, aspectabile semper æquale apparet.

SIT enim spectata magnitudo ΒΓ, oculus autem Ζ, à quo procedant radii ΖΒ, ΖΓ; & circa triangulum ΒΖΓ describatur [per 5.4.] circuli segmentum ΒΔΖΓ, transferaturque oculus à puncto Ζ in punctum Δ, ex quo ducantur radii ΔΒ, ΔΓ: æqualis igitur est [per 21.3.] angulus ΒΔΓ angulo ΒΖΓ, cum sint in eodem segmento circuli. quæ autem sub æqualibus angulis conspiciuntur [per 7. posit.] æqualia apparent: quare magnitudo ΒΓ ejusdem quantitatis perpetuo apparebit, oculo per ΒΔΓ circumferentiam vectato.

1 Quomodo erunt parallelogramma ΚΞ, ΛΞ τοῖς ΒΕ, ΖΕ ἴσα καὶ ὅμοια; cum tamen ΞΝ minor sit facta quam ΑΒ & ΝΚ æqualis τῇ ΔΖ vel ΒΑ. *Savil.*

Prop.

PROP. XLVI. THEOR.

Est aliquis locus, ad quem si oculus transferatur, rem aspectabilem immotam, nunc majorem, nunc minorem existimabit.

SIT spectata magnitudo ΚΔ, recta vero linea ΒΓ, quæ concurrat cum recta ΚΔ producta ad punctum Γ, & [per 13. 6.] sumatur inter ipsas ΔΓ, ΓΚ media proportionalis ΓΖ, & connectantur rectæ ΖΚ, ΖΔ; deinde [per 33. 3.] circa datam rectam lineam ΚΔ describatur segmentum circuli, quod capiat angulum ΚΖΔ: igitur [per 37. 3. & 16. 6.] recta ΒΖΓ tanget segmenti circumferentiam, cum ΔΓ se habeat ad ΓΖ ut ΓΖ ad ΓΚ. ponatur ergo oculus in puncto Β, à quo ducantur radii ΒΔ, ΒΚ, & connectatur recta ΣΔ: æqualis igitur est [per 21. 3.] angulus ΚΖΔ angulo ΚΣΔ; sunt enim in eodem segmento. est autem [per 16. 1.] angulus ΚΣΔ major angulo ΚΒΔ: quare angulus etiam ΚΖΔ angulo ΚΒΔ major est: oculo igitur spectanti è puncto Ζ [per 5. posit.] major apparebit magnitudo ΚΔ quam ex puncto Β.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μϛʹ.

Ἔστι τὶς τόπος, οὗ, τοῦ ὄμματος μεθισταμένου, τοῦ δὲ ὁρωμένου μένοντος, ἄνισον τὸ ὁρώμενον φαίνεται.

Ἔστω γὰρ ὁρώμενον τὸ ΚΔ, εὐθεῖα δὲ ἡ ΒΓ συμπίπτουσα τῇ ΚΔ προσεκβαλλομένῃ, καὶ εἰλήφθω τῆς ΔΓ καὶ τῆς ΓΚ μέση ἀνάλογον ἡ ΓΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΚ καὶ ΖΔ, περὶ δὲ τὴν ΚΔ τμῆμα γεγράφθω [1] ὀξεῖαν ἔχον τὴν ΚΖΔ γωνίαν· ἐφάψεται δὴ τῆς ΒΓ εὐθείας, ἐπείπερ ἐστὶν ὡς ἡ ΔΓ πρὸς τὴν ΓΖ οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς τὴν ΓΚ. κείσθω οὖν τὸ ὄμμα ἐπὶ τοῦ Β σημείου, καὶ προσεκβεβλήσθωσαν αἱ ΒΔ, ΒΚ, ἐπεζεύχθω δὲ ἡ ΣΔ· οὐκοῦν ἴση ἐστὶν ἡ ΚΖΔ γωνία τῇ ΚΣΔ γωνίᾳ, ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τμήματί εἰσι. καὶ ἔστιν ἡ ΚΣΔ τῆς ΚΒΔ γωνίας μείζων· καὶ ἡ ΚΖΔ ἄρα γωνία τῆς ΚΒΔ μείζων ἐστί· τοῦ ἄρα ὄμματος ἐπὶ τοῦ Ζ ὄντος, μεῖζον φαίνεται τὸ ΚΔ ἤπερ ἐπὶ τοῦ Β.



PROP. XLVII. THEOR.

Idem accidet si linea, per quam transit oculus, parallela sit spectatæ magnitudini.

SIT enim ΒΓ linea parallela spectatæ magnitudini ΔΖ, secetur autem bifariam ipsa ΔΖ in puncto Κ, à quo excitetur ΚΝ, ponatur autem oculus ad Ν, & connectantur rectæ ΝΔ, ΝΖ, circa autem rectam ΔΖ [per 33. 3.] describatur segmentum circuli capiens angulum ΔΝΖ. quia ergo linea ΚΝ est diameter ejus circuli, cujus segmentum est ΔΝΖ, ab extremitate vero ipsius ΚΝ, nempe à puncto Ν, ducta est recta ΒΓ ad angulos rectos ipsi ΚΝ; igitur [per 16. 3.] ipsa ΒΓ tangit circumferentiam ipsius segmenti ΔΝΖ. transferatur vero oculus in punctum Γ, à quo procedant radii ΓΖ, ΓΔ, & connectatur recta ΡΖ. æqualis igitur est [per 21. 3.] angulus ΔΝΖ angulo ΔΡΖ. angulus autem ΔΡΖ [per 16. 1.] major est angulo ΔΓΖ: major igitur est angulus ΔΝΖ angulo ΔΓΖ. quæ autem sub majore angulo spectantur [per 5. posit.] majora apparent: major igitur apparebit ipsa ΔΖ magnitudo, oculo collocato in puncto Ν, quam in puncto Γ. oculo

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μζʹ.

Τὸ δὲ αὐτὸ συμβήσεται, κἂν παράλληλος ἡ γραμμὴ τῷ ὁρωμένῳ μεγέθει, ἐφ' ἧς τὸ ὄμμα μεθίσταται.

Ἔστω γὰρ παράλληλος ἡ ΒΓ τῷ ὁρωμένῳ τῷ ΔΖ, καὶ δίχα τετμήσθω ἡ ΔΖ κατὰ τὸ Κ, πρὸς ὀρθὰς δὲ ἀνήχθω ἡ ΚΝ, κείσθω οὖν τὸ ὄμμα ἐπὶ τοῦ Ν, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΝΔ, ΝΖ, περὶ δὲ τὴν ΔΖ τμῆμα γεγράφθω, ὃ δέξεται τὴν ΔΝΖ γωνίαν. ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐστιν ἡ ΚΝ [2], καὶ πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ ἄκρας ἦκται ἡ ΚΝ [3] τῇ ΒΓ· ἡ ΒΓ ἄρα ἐφάπτεται τοῦ ΔΝΖ τμήματος. μετακείσθω δὴ τὸ ὄμμα ἐπὶ τοῦ Γ, καὶ [4] ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΓΖ, ΓΔ, ἐπεζεύχθω δὲ ἡ ΡΖ. οὐκοῦν ἴση ἡ ΔΝΖ γωνία τῇ ΔΡΖ γωνίᾳ. ἡ δὲ ΔΡΖ τῆς ΔΓΖ γωνίας μείζων ἐστί· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΔΝΖ τῆς ΔΓΖ. τὰ δὲ ὑπὸ μείζονος γωνίας ὁρώμενα μείζονα φαίνεται· μεῖζον ἄρα φαίνεται τὸ ΔΖ, τοῦ ὄμματος ἐπὶ τοῦ Ν κειμένου, ἤπερ ἐπὶ τοῦ Γ. τοῦ



1 Et quid ita ὀξεῖαν? atqui nec ΚΖΔ est necessario ὀξεῖα, neque anguli quantitas ad conficiendum problema quicquam conducit, & abest in sequente. *Savil.* 2 Quia sc. τὴν ΔΖ δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει. *Idem.* 3 Malim τῇ ΚΝ ἡ ΒΓ. *Idem.* 4 Hoc verbum in hac quidem re suspectum; & tamen sic utitur in præcedente, τοῦ προσεκβεβλήσθωσαν, nisi forte radiorum ἐκβολὴν intelligat. *Idem.*

ἄρα

ἄρα ὄμματος ἐπὶ τῆς ΒΓ μεθισταμένου, παραλλήλου οὔσης τῇ ΔΖ, ἄνισον φαίνεται τὸ ὁρώμενον.

igitur, discurrenti per ΒΓ, parallelam ΔΖ, ipsa ΔΖ nunc major nunc minor apparebit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μη'.

Ἔστι τὶς τόπος κοινὸς, ἐν ᾧ τὰ ἴσα μεγέθη ἄνισα φαίνεται.

Ἔστω γὰρ ἴση ἡ ΒΓ τῇ ΓΔ, καὶ περὶ μὲν τὴν ΒΓ ἡμικύκλιον γεγράφθω τὸ ΒΖΓ, περὶ δὲ τὴν ΓΔ τμῆμα μεῖζον [1] ἡμικυκλίου, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΖΒ, ΖΓ, ΖΔ· οὐκοῦν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ γωνία μείζων ἐστὶ τῆς ἐν τῷ μείζονι τμήματι. τὰ δὲ ὑπὸ μείζονος γωνίας ὁρώμενα, μείζονα φαίνεται· τῷ ἄρα ὄμματι τεθειμένῳ ἐπὶ τοῦ Ζ μείζων ἂν φαίνοιτο ἡ ΒΓ τῆς ΓΔ. ἦν δὲ καὶ ἴση.

Ἔστιν ἄρα τόπος κοινὸς, ἐν ᾧ τὰ ἴσα μεγέθη ἄνισα φαίνεται.

PROP. XLVIII. THEOR.

Est aliquis locus communis, unde æquales magnitudines inæquales apparent.



SIT enim ΒΓ magnitudo æqualis ipsi ΓΔ, & circa ipsam ΒΓ describatur semicirculus ΒΖΓ, circa autem ipsam ΓΔ describatur segmentum ΓΖΔ quod sit majus semicirculo, connectanturque rectæ ΖΒ, ΖΓ, ΖΔ; ergo [per 31.3.] angulus ΓΖΒ in semicirculo positus major est angulo ΓΖΔ qui est in majori segmento. quæ autem sub majori angulo spectantur [per 5. posit.] majora apparent: quare oculo collocato in puncto Ζ, major apparet ΒΓ quam ΓΔ. atqui positæ sunt æquales.

Est ergo aliquis locus communis, unde spectatæ æquales magnitudines inæquales apparent.

[2] ΣΧΟΛΙΟΝ.

Ὅτι δὲ δύναται τέμνεσθαι τὸ ἡμικύκλιον ὑπὸ τοῦ μείζονος τμήματος καὶ ποῦ, οὕτως εἴη δῆλον.

Ἔστωσαν ἴσαι ΑΒ, ΒΓ, περιγεγράφθω ἡμικύκλιον περὶ τὰ Α, Β, ΑΘΒ. καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΒΓ, καὶ τῷ Β σημείῳ, γωνία ὀξεῖα ἡ ὑπὸ ΓΒΔ, πρὸς δὲ τῷ Γ ἴση ἡ ΒΓΔ, καὶ συμπιπτέτω κατὰ τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ κέντρον τοῦ ΑΘΒ, ὅ ἐστι τὸ Ε, ἐπιζεύχθω ἡ ΔΕ, καὶ κείσθω τῇ ΒΖ περιφερείᾳ ἴση ἡ ΖΘ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν ΔΘ, ΘΕ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΘΕ τῇ ΕΒ ἴση, κοινὴ δὲ ἡ ΕΔ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσιν. ἐπεὶ καὶ ἡ ΘΖ περιφέρεια τῇ ΖΒ ἐστιν ἴση· ἴση ἄρα ἡ ΘΔ τῇ ΔΒ. ἡ δὲ ΔΒ τῇ ΔΓ· ὥστε ὁ κέντρῳ Δ διαστήματι δὲ τῷ ΔΘ γραφόμενος κύκλος τεμεῖ τὸ ἡμικύκλιον, καὶ διὰ τοῦ Β καὶ Γ ἐλεύσεται.

SCHOLIUM.

Quod vero semicirculus secet segmentum semicirculo majus, & ubinam illud secet, sic patebit.



Sint rectæ ΑΒ, ΒΓ æquales sibi invicem, circumscribatur semicirculus circa Α, Β puncta, sc. ipse ΑΘΒ; & constituatur ad rectam ΒΓ, punctumque in ipsa Β, angulus acutus ΓΒΔ, & huic ad Δ æqualis angulus ΒΓΔ, & concurrant in Δ puncto, & à puncto Δ ad centrum circuli ΑΘΒ, sc. punctum Ε, jungatur ΔΕ, & arcui ΒΖ ponatur æqualis arcus ΖΘ, & jungantur ΔΘ, ΘΕ. quoniam igitur recta ΘΕ æqualis est ipsi ΕΒ, recta vero ΕΔ communis, & [per 27.3.] æquales continent angulos, quia arcus ΘΖ arcui ΖΒ est æqualis: ergo [per 4. 1.] ΘΔ æqualis est ΔΒ. sed [per 6.1.] ΔΒ æqualis ΔΓ. & ideo circulus centro Δ distantia ΔΘ descriptus intersecat semicirculum, & per puncta Β & Γ transit.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ μθ'.

Ἔστι τὶς τόπος κοινὸς, ἀφ' οὗ ἄνισα μεγέθη ἴσα φαίνεται.

Ἔστω γὰρ μείζων ἡ ΒΓ τῆς ΓΔ, καὶ περὶ μὲν τὴν ΒΓ μεῖζον ἡμικυκλίου [3] τμῆμα γεγράφθω, περὶ δὲ τὴν ΓΔ ὅμοιον τῷ περὶ τὴν ΒΖΓ,

PROP. XLIX. THEOR.

Est aliquis locus communis, unde inæquales magnitudines æquales apparent.

SIT enim ΒΓ major quam ΓΔ, & circa ΒΓ describatur circuli segmentum quod sit majus semicirculo, & circa ΓΔ describatur [per 33.3.] circuli segmentum simile ipsi ΒΖΓ,

1 Nam si τμῆμα sit minus ἡμικυκλίου, nunquam se intersecabunt τὰ τμήματα, & sic in sequentibus. *Savil.* 2 Reperitur in MS. *Saviliano.* 3 Ut sc. fiat intersectio. *Savil.*

id est, quod angulum comprehendat, æqualem angulo ΒΖΓ; connectantur autem rectæ ΖΒ, ΖΓ, ΖΔ. cum igitur [per 11. def. 3.] anguli, qui sunt in similibus segmentis, sint inter se æquales: æquales ergo sunt inter se anguli in similibus segmentis ΒΖΓ, ΓΖΔ descripti. quæ autem sub æqualibus angulis cernuntur [per 7. posit.] æqualia apparent: quare, oculo collocato in puncto Ζ, æqualis apparet magnitudo ΒΓ ipsi ΓΔ; est autem major.



Igitur locus aliquis communis, unde spectatæ inæquales magnitudines æquales apparent.

τοῦτ' ἔςι δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ ἐν τῷ ΒΖΓ, ἐπιζεύχϑωσαν δὲ αἱ ΖΒ, ΖΓ, ΖΔ. ἐπεὶ οὖν ἴσαι εἰσὶν αἱ ἐν τοῖς ὁμοίοις τμήμασι γωνίαι ἀλλήλαις, ἴσαι εἰσὶ καὶ αἱ ἐν τοῖς ΒΖΓ, ΓΖΔ τμήμασι γωνίαι ἀλλήλαις. τὰ δὲ ὑπὸ ἴσων γωνιῶν ὁρώμενα ἴσα φαίνεται· τοῦ ἄρα ὄμματος τεϑέντος ἐπὶ τοῦ Ζ σημείου, ἴση ἂν φαίνοιτο ἡ ΒΓ τῇ ΓΔ· ἔςι δὲ μείζων.

Ἔςι τις ἄρα τόπος κοινός, ἀφ' οὗ τὰ ἄνισα μεγέϑη ἴσα φαίνεται.

Prop. L. Theor.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ν'.

Sunt quædam loca, è quibus spectata una magnitudo, ex duabus inæqualibus inter se additis composita, utrique inæqualium æqualis apparet.

Sint duæ magnitudines inæquales, major quidem ΒΓ, minor vero ΓΔ; & circa ΒΓ, ΓΔ describantur semicirculi & etiam circa totam ΒΔ. angulus igitur qui est in ΒΑΔ semicirculo æqualis est angulo qui est in ΒΚΓ; uterque enim [per 31.3.] rectus est: æqualis ergo apparet ΒΓ ipsi ΒΔ. similiter & ΒΔ ipsi ΓΔ æqualis apparet, oculis positis in semicirculis ΒΑΔ, ΒΚΓ, ΓΖΔ.



Sunt ergo loca quædam, unde spectata una magnitudo, è duabus inæqualibus inter se additis composita, utrique inæqualium apparet æqualis.

Εἰσί τινες τόποι, ἐν οἷς τὰ ἄνισα μεγέϑη δύο, εἰς ταυτὸ συντεϑέντα, ἴσα ἑκατέρῳ τῶν ἀνίσων φαίνεται.

Ἔστω γὰρ μείζων ἡ ΒΓ τῆς ΓΔ, καὶ περὶ τὰς ΒΓ, ΓΔ ἡμικύκλια γεγράφϑω, καὶ [1] περὶ ὅλην τὴν ΒΔ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ἐν τῷ ΒΑΔ ἡμικυκλίῳ γωνία τῇ ἐν τῷ ΒΚΓ, ὀρϑὴ γάρ ἐστιν ἑκατέρα αὐτῶν· ἴση ἄρα φαίνεται ἡ ΒΓ τῇ ΒΔ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ΒΔ τῇ ΓΔ, τῶν ὀμμάτων ἐπὶ τῶν ΒΑΔ, ΒΚΓ, ΓΖΔ ἡμικυκλίων κειμένων.

Εἰσί τινες ἄρα τόποι, ἐν οἷς τὰ ἄνισα μεγέϑη δύο, εἰς ταυτὸ συντεϑέντα, ἴσα ἑκατέρῳ τῶν ἀνίσων φαίνεται.

Prop. LI. Probl.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ να'.

Invenire loca, ex quibus eadem magnitudo appareat dimidio aut quarta parte minor, & omnino in data ratione secundum quam secatur angulus.

Sit enim recta linea ΑΖ, & circa ΑΖ describatur pro arbitrio segmentum circuli, in quo





inscribatur angulus Κ; ipsi autem ΑΖ æqualis sit ΒΓ, & circa ΒΓ [per 33.3.] describatur

Εὑρεῖν τόπους, ἀφ' ὧν τὸ ἴσον μέγεϑος ἥμισυ φαίνεται, ἢ τέταρτον μέρος, καὶ καϑόλου ἐν τῷ δοϑέντι λόγῳ, ἐν ᾧ καὶ ἡ γωνία τέμνεται.

Ἔστω γὰρ εὐϑεῖα ἡ ΑΖ, καὶ περὶ τὴν ΑΖ γεγράφϑω τμῆμα κύκλου τυχόν, καὶ ἐγγεγράφϑω εἰς αὐτὸ γωνία ἡ Κ, τῇ δὲ ΑΖ ἴση ἔςω ἡ ΒΓ, καὶ περὶ τὴν ΒΓ περιγεγράφϑω

1 Supponit enim hujus Theor. demonstratio τὰ ἄνισα μεγέϑη in directum esse. *Savil.*

τμῆμα

τμῆμα, ὃ δέξεται τὴν τῆς Κ γωνίας ἡμισείαν. δοκεῖ ἡ Κ γωνία διπλασία ἐστὶ τῆς Δ γωνίας· διπλασία ἄρα φαίνεται ἡ ΑΖ τῆς ΒΓ, τῶν ὀμμάτων ἐπὶ τῶν ΑΚΖ, ΒΔΓ περιφερειῶν κειμένων.

etiam circuli segmentum capiens angulum dimidio minorem quam sit angulus K. angulus ergo K duplus est anguli Δ; quare ΑΖ magnitudo duplo major videtur magnitudine ΒΓ, cum oculi collocantur in ΑΚΖ & ΒΔΓ circumferentiis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νβ'.

Τῶν ἴσῳ τάχει φερομένων καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας ὄντων, [1] πλησίον πρὸς τὸ ὄμμα τὸ [2] πλεῖσταιον προηγεῖσθαι δόξει· [3] παραλλαξάντων δὲ, [4] τὸ μὲν προηγούμενον ἐπακολουθεῖν, τὸ δὲ ἐπακολουθοῦν προηγεῖσθαι δόξει.

Prop. LII. Theor.

Æquali celeritate delatorum & in eadem recta linea positorum prope oculum, ultimum reliqua omnia præcedere videbitur: facto autem transitu in contrarias partes, quod antea præcedebat, subsequi existimabitur; quod autem subsequebatur, præcedere videbitur.

Φερέσθω γὰρ ἰσοταχῶς τὰ ΒΓ, ΔΖ, ΚΛ, καὶ ἀπὸ τοῦ Μ ὄμματος προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΜΓ, ΜΖ, ΜΛ· δοκοῦν μετεωροτάτη ἐστὶ καὶ δεξιωτέρα τῶν ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἀκτίνων προσπιπτουσῶν ἡ ΜΓ· τὸ ἄρα ΒΓ δόξει προηγεῖσθαι. παραλλαξάντων δὲ τῶν ΒΓ, ΔΖ, ΚΛ, καὶ ἐπὶ τῶν ΝΞ, ΠΡ, ΣΤ γινομένων, προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΜΝ, ΜΠ, ΜΣ. δοκοῦν πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἀκτίνων προσπιπτουσῶν, δεξιωτέρα ἐστὶν ἡ ΜΣ, ἀριστερὰ δὲ μᾶλλον ἡ ΜΝ· ὥστε καὶ τὸ μὲν ΣΤ προηγεῖσθαι δόξει, ἐπακολουθεῖν δὲ τὸ ΝΞ. τὸ μὲν ἄρα ΒΓ προηγούμενον ἐπὶ τοῦ ΝΞ γενόμενον δόξει ἐπακολουθεῖν, τὸ δὲ ΑΚ ἐπακολουθοῦν ἐπὶ ΣΤ γενόμενον δόξει προηγεῖσθαι.



Ferantur enim eadem celeritate ΒΓ, ΔΖ, ΚΛ, & ex M oculo procedant radii ΜΓ, ΜΖ, ΜΛ: radius igitur ΜΓ est dexterrimus & sublimissimus radiorum ab oculo procedentium; quare ΒΓ videbitur præcedere. migratione vero facta in contrarias partes, si nempe ΒΓ, ΔΖ, ΚΛ mutentur ad partes ΝΞ, ΠΡ, ΣΤ, procedant radii ΜΝ, ΜΠ, ΜΣ, omnibus ergo radiis reliquis ab oculo emissis dexterior est ΜΣ, sinisterior autem est ipse ΜΝ: igitur ipsa magnitudo ΣΤ reliquas præcedere videbitur, ipsa vero ΝΞ subsequi. quare ΒΓ magnitudo, quæ antea præcedebat, postquam translata fuerit in ΝΞ, subsequi videbitur; magnitudo autem ΑΚ, quæ antea subsequi videbatur, præcedere existimabitur, cum translata fuerit in ΣΤ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νγ'.

Ἐὰν πλειόνων φερομένων πλειόνων ἀνίσῳ τάχει, συμπαραφέρηται ἐπὶ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ ὄμμα· τὰ μὲν τῷ ὄμματι ἰσοταχῶς φερόμενα ἑστάναι δόξει· τὰ δὲ βραδύτερον, εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι· τὰ δὲ θᾶττον, εἰς τὰ προηγούμενα.

Prop. LIII. Theor.

Inæquali celeritate delatorum eo vorsum quo fertur oculus, ea quidem, quæ æque velociter feruntur atque oculus, quiescere videntur: quæ vero tardius, in contrariam partem moveri: quæ autem celerius, in præcedentia ferri apparent.

Φερέσθω γὰρ ἀνίσῳ τάχει τὰ Β, Γ, Δ, καὶ βραδύτατα μὲν φερέσθω τὸ Β, τὸ δὲ Γ ἰσοταχῶς τῷ Κ ὄμματι, τὸ δὲ Δ θᾶττον τοῦ Γ, ἀπὸ δὲ τοῦ Κ ὄμματος προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΚΒ, ΚΓ, ΚΔ. δοκοῦν τοῦ ὄμματος συμπαραφερομένου τοῖς Β, Γ, Δ, τὸ μὲν Γ τῷ Κ ὄμματι ἰσοταχῶς φερό-



Magnitudines enim Β, Γ, Δ moveantur velocitate inæquali, & Β quidem tardissime feratur, Γ autem æque celeriter atque Κ oculus, ac Δ denique celerius feratur quam Γ; ab ipso autem Κ oculo procedant radii ΚΒ, ΚΓ, ΚΔ. si ergo oculus ad easdem partes feratur ad quas tendunt Β, Γ, Δ magnitudines, ipsa quidem Γ magnitudo, quæ æque celeriter fertur atque oculus Κ,

1 Quid hoc? intelligit proculdubio ea quæ in transversum ad oculos moventur, ut à dextra in sinistram aut è contra. *Savil.* 2 Ne hoc quidem quid sit intelligo, nisi τὸ ἔσχατον voluit intelligi. *Idem.* 3 Cum nempe mutaverint situm à sinistra in dextram, aut è contrario, *i.e.* præterierint perpendicularem ab oculo in rectas ductam, quas magnitudines motu suo describunt. *Idem.* 4 Magis congruunt προηγούμενον & ἐπακολουθοῦν, aut certe προηγεῖσθαι δόξειν. *Idem.*

stare & quiescere putabitur; B autem relinqui & retro ferri existimabitur: denique Δ, cum velocius moveatur quam Γ, in præcedentia ferri videbitur; removebitur enim magis ac magis ab ipsa Γ magnitudine.

μένον ἑστάναι δόξει, τὸ δὲ B ὑπολειπόμενον εἰς τοὐναντίον δόξει φέρεσθαι, τὸ δὲ Δ, ἐπεὶ θᾶττον τοῦ Γ φέρεται, δόξει εἰς τοὔμπροσθεν φέρεσθαι, πλεῖον γὰρ ἀπὸ τοῦ Γ ἀποστήσεται.

Prop. LIV. Theor.

Si magnitudines aliquæ ad eandem partem ferantur, una vero quiescat; ea quæ quiescit, in contrariam partem moveri videbitur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νδʹ.

Ἐὰν τινῶν φερομένων [1] διαφέρηται τι μὴ φερόμενον, δόξει τὸ μὴ φερόμενον εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι.

Ferantur enim B, Δ magnitudines, Γ vero magnitudo immota maneat, & ab oculo Z procedant radii ZB, ZΓ, ZΔ. si ergo B, Δ magnitudines ferantur (exempli gratia) dextrorsum, B quidem propius accedet ad Γ; at vero Δ longius inde distabit: quare Γ in contrarias partes ferri videbitur.



Φερέσθω γὰρ τὰ B, Δ, μενέτω δὲ τὸ Γ, καὶ ἀπὸ τοῦ Z ὄμματος προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ZB, ZΓ, ZΔ. οὐκοῦν τὸ μὲν B φερόμενον ἔγγιον ἔσται τοῦ Γ, τὸ δὲ Δ ἀποχωρήσει πορρώτερον· ὥστε δόξει τὸ Γ εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι.

Prop. LV. Theor.

Oculo ad rem visam accedenti res visa augeri videtur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νεʹ.

Τοῦ ὄμματος ἔγγιον τοῦ ὁρωμένου προσιόντος, [2] δόξει τὸ ὁρώμενον αὔξεσθαι.

Oculo enim in Z posito, cernatur magnitudo BΓ per radios ZB, ZΓ, & accedat oculus propius ad magnitudinem BΓ, colloceturque in Δ, cernatque magnitudinem BΓ per radios ΔB, ΔΓ: ergo [per 21.1.] major est angulus Δ angulo Z. quæ autem sub majori angulo cernuntur[per 5 posit.] majora apparent: oculo igitur in Δ collocato auctior apparebit magnitudo BΓ, quam si collocetur in Z.



Ὁράσθω γὰρ τὸ BΓ τοῦ ὄμματος ἐπὶ τοῦ Z κειμένου ὑπὸ τῶν ZB, ZΓ ἀκτίνων, καὶ μετακείσθω τὸ ὄμμα ἔγγιον τοῦ BΓ, καὶ ἔστω ἐπὶ τοῦ Δ, καὶ ὁράσθω τὸ αὐτὸ ὑπὸ τῶν ΔB, ΔΓ ἀκτίνων· οὐκοῦν μείζων ἡ Δ γωνία τῆς Z γωνίας. τὰ δὲ ὑπὸ μείζονος γωνίας ὁρώμενα, μείζονα φαίνεται· δόξει ἄρα ηὐξῆσθαι τὸ BΓ τοῦ ὄμματος ἐπὶ τοῦ Δ ὄντος, ἤπερ ἐπὶ τοῦ Z.

Prop. LVI. Theor.

Æquali celeritate delatorum, quæ longius distant tardius ferri videntur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νϛʹ.

Τῶν ἴσῳ τάχει φερομένων, τὰ πόρρω δοκεῖ βραδύτερον φέρεσθαι.

Ferantur enim eadem celeritate B, K magnitudines ad partes Z, ducanturque ab A oculo radii AΓ, AΔ, AZ. igitur radii ab A oculo ad K magnitudinem tendentes, minores sunt, quam illi qui tendunt ad B magnitudinem: quare K minus intervallum percurret, videbiturque citius ferri, quia citius perveniet ad radium AZ.



Φερέσθω γὰρ ἰσοταχῶς τὰ B, K ὡς ἐπὶ τὰ Z μέρη, καὶ ἀπὸ τοῦ A ὄμματος ἀκτῖνες ἤχθωσαν αἱ AΓ, [3] AΔ, AZ. οὐκοῦν τὸ K ἐλάσσονας ἔχει τὰς ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἀκτῖνας ἠγμένας, ἤπερ τὸ B· ἔλαττον ἄρα διάστημα διελεύσεται, καὶ θᾶττον παραλλάξαν τὴν AZ ὄψιν, δόξει ταχύτερον φέρεσθαι.

ALITER.

Duo puncta A, B æquali celeritate ferantur

ΑΛΛΩΣ.

Φερέσθω δύο σημεῖα τὰ A, B ἐπὶ παραλλή-

1 Τί δὲ τοῦτο; interpres sic: ad eandem partem ferantur, una vero quiescat. *Savil.* 2 Nempe, si radii ab oculo ἰσοταχῶς acciderint. *Idem.* 3 Quorsum duceretur? *Idem.*

λων

λων εὐθειῶν τῶν ΑΔ, ΒΕ ὁμαλῶς καὶ ἴσως· καὶ ἐν ἴσῳ ἄρα χρόνῳ [1] διελεύσεται. ἔστωσαν οὖν ἴσαι αἱ ΑΔ, ΒΕ, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες ἀπὸ τοῦ Ζ ὄμματος αἱ ΖΑ, ΖΔ, ΖΕ. ἐπεὶ οὖν ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΒΖΔ γωνία τῆς ὑπὸ ΒΖΕ· ἔλαττον ἄρα τὸ ΑΔ διάστημα τοῦ ΒΕ φανήσεται· ὥστε δόξει τὸ Α βραδύτερον φέρεσθαι τοῦ Β.



per rectas parallelas ΑΔ, ΒΕ: æquali ergo tempore pertransibunt. sint itaque æquales ΑΔ, ΒΕ, & ex Ζ oculo procedant radii ΖΑ, ΖΔ, ΖΕ. quia vero angulus ΒΖΔ minor est angulo ΒΖΕ: minus ergo [per 6. posit.] apparebit intervallum ΑΔ intervallo ΒΕ; quare Α tardius ferri videbitur quam Β.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νζ'.

Τοῦ ὄμματος παραφερομένου, τὰ πόῤῥω τῶν ὁρωμένων καταλείπεσθαι δόξει [2].

Ἔστω γὰρ ὄμμα τὸ Β, ἀφ' οὗ ἤχθωσαν ἀκτῖνες αἱ ΒΓ, ΒΔ, ΒΖ, ὁρώμενα δὲ τὰ Κ, Λ. οὐκοῦν τοῦ ὄμματος παραφερομένου πρὸς τοῖς Γ μέρεσι, θᾶττον περιελεύσονται αἱ ὄψεις τὸ Κ ἤπερ τὸ Λ· δόξει ἄρα τὸ Κ ὑπολείπεσθαι, τὸ δὲ Λ εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι, τοῦτ' ἔστιν ὡς ἐπὶ τὰ πρὸς τῷ Ζ μέρη. [3]

Prop. LVII. Theor.

Oculo prætermoto, res spectatæ procul positæ relinqui videntur.



Sit oculus Β, à quo ducantur radii ΒΓ, ΒΔ, ΒΖ, res vero spectatæ sint Κ, Λ. oculo igitur prætermoto, radii ab oculo Β versus Γ protensi citius percurrent Κ magnitudinem quam ipsam Λ: quare Κ relinqui existimabitur, Λ vero in contrarium tendere, hoc est versus partes quæ sunt ad Ζ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νη'.

Τὰ αὐξανόμενα τῶν μεγεθῶν ἔγγιον δοκεῖ τῷ ὄμματι προσάγεσθαι.

Ἔστω γὰρ ὁρώμενον τὸ ΓΒ ὑπὸ τῶν ΚΒ, ΚΓ ἀκτίνων, καὶ ηὐξήσθω τὸ ΓΒ τῷ ΒΔ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ ὄμματος προσπιπτέτω ἀκτὶς ἡ ΚΔ· οὐκοῦν μείζων ἡ ὑπὸ ΔΚΓ γωνία τῆς ὑπὸ ΒΚΓ γωνίας. τὰ δὲ ὑπὸ μειζόνων γωνιῶν ὁρώμενα, μείζονα φαίνεται· μεῖζον ἄρα φαίνεται τὸ ΓΔ τοῦ ΓΒ. [4] καὶ ἐὰν τὰ μείζονα ὁρώμενα τῷ ὄμματι [5] ἐπαυξάνεσθαι δοκῇ· καὶ τὰ αὐξανόμενα ἄρα τῶν μεγεθῶν δόξει προσάγεσθαι τῷ ὄμματι [6].

Prop. LVIII. Theor.

Magnitudines auctæ propius ad oculum accedere existimantur.



Sit magnitudo ΓΒ, quæ conspiciatur per radios ΚΒ, ΚΓ; augeatur ipsa ΓΒ tanta magnitudine quanta est ΒΔ; ab oculo vero Κ procedat radius ΚΔ: major ergo est ΔΚΓ angulus angulo ΒΚΓ. quæ autem sub majori angulo spectantur majora apparent: major igitur apparet ΓΔ quam ΓΒ. quod si quæ majora visui apparent quam prius, aucta esse putantur: igitur auctæ magnitudines ad oculum accessisse videbuntur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ νθ'.

[7] Ὅσα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἀποστήματι κεῖται μὴ παράλληλα κείμενα, τῶν ἄκρων μὴ κατάλληλα [8] κειμένων, μηδὲ τῶν μέσων ἐπ' εὐθείας ὄντων· τὸ ὅλον σχῆμα ὅτε μὲν κοῖλον ὅτε δὲ κυρτὸν ποιεῖ.

Prop. LIX. Theor.

Quæ neque æqualiter ab oculo absunt, neque extrema extremis & media mediis parallela habent, neque in recta linea sunt; totam figuram faciunt nunc cavam nunc convexam.

1 Sc. ἴσαις εὐθείαις. *Savil.* 2 Adde, καὶ τὰ ἔγγιον εἰς τοὐναντίον φέρεσθαι. sic enim est conclusio. *Idem.* 3 Amplius, neque enim liquet. *Idem.* 4 In MS. sic legitur τὰ μείζονα ἑαυτῶν οἰόμενα τοῦ ὄμματος προσιόντος, ἐπαυξάνεσθαι δοκοῦσι, καὶ τὰ αὐξανόμενα &c. *Idem.* 5 Ne hic quidem quicquam ὑγιές, nisi pro ἐπαυξάνεσθαι, legamus προσιέναι, προσάγεσθαι, aut tale quippiam ex 55. propositione; sed plane nihil est, nec quicquam explico. *Idem.* 6 Addend. ἔγγιον ἄρα δόξει εἶναι τὸ ΓΔ ἤπερ τὸ ΒΓ. *Idem.* 7 Ne hic quidem quicquam explico. *Idem.* 8 Κειμένων τῶν μέσων μηδὲ ἐπ' εὐθ. *Idem.*

CErnantur enim Β, Γ, Δ ab oculo posito in Κ, à quo procedant radii ΚΒ, ΚΓ, ΚΔ. tota igitur figura ΓΒΔ cava esse videtur. alio modo ponatur ipsa res spectata, [ut in 2. fig.] ita ut punctum Β propius oculo sit quam Γ aut Δ. ipsa igitur ΔΒΓ figura convexa esse existimabitur.



Ὁράσθω γὰρ τὰ Β, Γ, Δ τοῦ ὄμματος ἐπὶ τοῦ Κ κειμένου, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΚΒ, ΚΓ, ΚΔ. οὐκοῦν τὸ ὅλον σχῆμα κοῖλον δόξειεν εἶναι. μετακείσθω δὴ πάλιν τὸ ὁρώμενον, καὶ ἔγγιον κείσθω τοῦ ὄμματος· οὐκοῦν τὸ ΔΒΓ δόξει κυρτὸν εἶναι.

PROP. LX. THEOR.

Si ab intersectione diametrorum quadrati excitetur linea ad planum quadrati normalis, & in ea ponatur oculus; quadrati diametri & latera æqualia apparebunt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ξ'.

Τετραγώνου ὑπάρχοντος, ἐὰν ἀπὸ τῆς συναφῆς τῶν διαμέτρων πρὸς ὀρθὰς τις ἀναχθῇ τῷ τοῦ τετραγώνου ἐπιπέδῳ, ἐπὶ δὲ αὐτῆς τεθῇ τὸ ὄμμα· αἵ τε [1] πλευραὶ τοῦ τετραγώνου καὶ αἱ διάμετροι ἴσαι φανοῦνται.

SIT quadratum ΓΖ, ducantur vero diametri ΓΖ, ΚΔ quæ se intersecent in puncto Θ, à quo excitetur ΘΒ ad ipsius quadrati planum normalis, ponaturque oculus in Β, à quo procedant radii ΒΚ, ΒΔ, ΒΓ, ΒΖ: duæ igitur rectæ ΘΖ, ΘΒ æquales sunt duabus ΘΓ, ΘΒ. sunt vero etiam anguli ab ipsis lineis contenti inter se æquales, anguli nimirum positi ad punctum Θ: æqualis ergo [per 4. 1.] est basis ΖΒ basi ΒΓ. eademque ratione basis ΚΒ basi ΒΔ æqualis est. duæ ergo rectæ ΖΒ, ΒΓ duabus rectis ΚΒ, ΒΔ æquales sunt utraque utrique, diametri quoque ipsæ æquales sunt: quare [per 8. 1.] anguli etiam qui sunt ad Β æquales erunt. quæ autem sub æqualibus angulis cernuntur [per 7. posit.] æqualia apparent: æquales igitur apparent diametri inter se, & latera quoque inter se æqualia.



Ἔστω γὰρ τετράγωνον τὸ ΓΖ, καὶ διάμετροι ἤχθωσαν αἱ ΓΖ, ΚΔ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω τῷ ἐπιπέδῳ ἡ ΘΒ, τὸ δὲ ὄμμα κείσθω ἐπὶ τοῦ Β, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀκτῖνες αἱ ΒΚ, ΒΔ, ΒΓ, ΒΖ· οὐκοῦν δύο αἱ ΘΖ, ΘΒ δυσὶ ταῖς ΘΓ, ΘΒ ἴσαι εἰσίν. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ γωνίαι αἱ περιεχόμεναι ὑπ' αὐτῶν ἴσαι, τοῦτ' ἔστιν αἱ πρὸς τῷ Θ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΖΒ βάσις τῇ ΒΓ βάσει. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΚΒ τῇ ΒΔ ἴση ἐστί. δύο δὴ αἱ ΖΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΚΒ, ΒΔ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καί εἰσιν αἱ διάμετροι ἴσαι· ὥστε καὶ αἱ πρὸς τῷ Β γωνίαι ἴσαι ἔσονται. τὰ δὲ ὑπὸ ἴσων γωνιῶν ὁρώμενα ἴσα φαίνεται· ἴσαι ἄρα φαίνονται αἵ τε διάμετροι καὶ αἱ πλευραὶ τοῦ τετραγώνου.

PROP. LXI. THEOR.

Quod si radius ab oculo in diametrorum intersectionem ductus neque rectus sit ad planum quadrati, neque æqualis alterutri semidiametrorum quadrati, neque æquales angulos contineat cum ipsis semidiametris; inæquales apparebunt diametri.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ξα'.

Τῆς δὲ ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἐπὶ τὴν συναφὴν τῶν [2] διαμέτρων, μήτε πρὸς ὀρθὰς οὔσης τῷ τοῦ τετραγώνου ἐπιπέδῳ, μήτε ἴσης ἑκατέρᾳ τῶν ἀπὸ τῆς [2] συναφῆς πρὸς τὰς γωνίας τοῦ τετραγώνου ἀγομένων, μήτε ἴσας γωνίας περιεχούσης μετ' αὐτῶν· αἱ διάμετροι ἄνισοι φαίνονται.

IDem enim quod in circulis, hic etiam evenire demonstrabimus.

Ὁμοίως γὰρ δείξομεν τὰ συμβαίνοντα, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς κύκλοις [3].

1 Latera lateribus & diametri diametris. *Savil.* 2 Sc. τῶν διαμέτρων. *Idem.* 3 Theor. 37. 38. 39. 4 In MS. Τέλος εἴληφε τὰ περὶ τῶν ὀπτικῶν Εὐκλείδου.

[4] ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΟΠΤΙΚΩΝ.

FINIS EUCLIDIS OPTICORUM.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΚΑΤΟΠΤΡΙΚΑ.

EUCLIDIS
CATOPTRICA.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΚΑΤΟΠΤΡΙΚΑ.

EUCLIDIS

CATOPTRICA.

ΘΕΣΕΙΣ.

α'. ΟΨΙΝ εἶναι εὐθεῖαν ὑποκείσθω, ἧς τὰ μέσα πάντα τοῖς ἄκροις ἐπιπροσθεῖ.

β'. Τὰ ὁρώμενα ἅπαντα κατ' εὐθείας ὁρᾶσθαι.

γ'. Ἐνόπτρου τεθέντος ἐν ἐπιπέδῳ, καὶ θεωρουμένου τινὸς ὕψους, ὃ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ ἐπιπέδῳ, γίνονται ἀνάλογον, ὡς ἡ μεταξὺ τοῦ ἐνόπτρου [1] καὶ τοῦ θεωροῦντος εὐθεῖα πρὸς τὴν μεταξὺ τοῦ ἐνόπτρου καὶ τοῦ πρὸς ὀρθάς ὕψους, οὕτω τὸ τοῦ θεωροῦντος ὕψος πρὸς τὸ πρὸς ὀρθάς τῷ ἐπιπέδῳ ὕψος.

POSITIONES.

1. PONAMUS radium eſſe rectam lineam, cujus media omnia extremis officiant.

2. Omne aſpectabile ſecundum rectam lineam cerni.

3. Si ſpeculum collocetur in plano, cui ad rectos angulos altitudo aliqua erecta ſit, quam rationem habet linea interjecta inter ſpectatorem & ſpeculum ad lineam interjectam inter ſpeculum & erectam altitudinem, eandem rationem habere ſpectatoris altitudinem ad altitudinem inſiſtentem ad rectos angulos ei plano, in quo eſt ſpeculum.

[ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.]

α'. Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις τοῦ τόπου καταληφθέντος, ἐφ' ὃν ἡ [2] κάθετος πίπτει ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου, οὐκέτι ὁρᾶται τὸ ὁρώμενον.

β'. Καὶ ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις καταληφθέντος τοῦ τόπου, δι' οὗ ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου εἰς τὸ κέντρον [3] ἄγεται τῆς σφαίρας, οὐκέτι ὁρᾶται τὸ ὁρώμενον.

γ'. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς κοίλοις συμβαίνει.

δ'. Ἐὰν εἰς ἀγγεῖον ἐμβληθῇ τι, καὶ λάβῃ ἀπόστημα, ὡς μηκέτι ὁρᾶσθαι, τοῦ αὐτοῦ ἀποστήματος ὄντος, ἐὰν ὕδωρ ἐγχυθῇ, ὀφθήσεται τὸ ἐμβληθέν.

[PHÆNOMENA.]

1. In planis ſpeculis occupato eo ſpeculi loco, in quem cadit perpendicularis ducta à re aſpectabili ad ſpeculum, res aſpectabilis non cernitur.

2. Item, in convexis ſpeculis occupato eo loco, per quem à re aſpectabili ad centrum ſphæræ linea recta ducetur, res aſpectabilis non cernitur.

3. Idemque in concavis ſpeculis fit.

4. Si res aliqua in vas injiciatur, & ab oculo removeatur vas ipſum, quoad res in fundo vaſis poſita cerni non poſſit; ea videbitur ab eadem remotione, ſi aqua in vas infundatur.

1 Id eſt, σημεῖον in plano ſpeculi, in quod perpendicularis ab oculo cadit, ut oculo poſito in B, rectam ΓΚ accipere oportet, ſc. inter ſpeculum ad Κ & Γ caſum perpendicularis interceptam. *Savil.* 2 Sc. ad planum ſpeculi. *Idem.* 3 Sc. εὐθεῖα: *Idem.*

PROPOSITIO I. THEOR.

A speculis planis, convexis, & cavis, radii ad æquales angulos reflectuntur.

SIT oculus quidem B; planum autem speculum ΑΓ, radius vero BK ab oculo feratur, qui reflectatur ad punctum Δ: dico angulum E æqualem esse angulo Z.

Ducantur enim ΒΓ, ΔΑ, perpendiculares ad speculum, est igitur [per 3. posit.] ut ΒΓ ad ΓΚ sic ΔΑ ad ΑΚ; id enim in definitionibus positum est: quare [per 6. 6.] triangulum ΒΓΚ simile est triangulo ΔΑΚ; ideoque angulus E æquale est angulo Z, triangula enim similia [per 1. def. 6.] æquiangula etiam sunt.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων, καὶ κυρτῶν, καὶ κοίλων, αἱ ὄψεις ἐν ἴσαις γωνίαις ἀνακλῶνται.

ΕΣτω ὄμμα τὸ B, ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ ΑΓ, ὄψις δὲ ἀπὸ τοῦ ὄμματος φερέσθω ἡ ΒΚ, καὶ ἀνακλάσθω ἐπὶ τὸ Δ· φημὶ δὴ τὴν Ε γωνίαν ἴσην εἶναι τῇ Z.

Ἤχθωσαν κάθετοι ἐπὶ τὸ ἔνοπτρον αἱ ΒΓ, ΔΑ. ἐκεῖ ἐστιν ὡς ἡ ΒΓ πρὸς ΓΚ οὕτως ἡ ΔΑ πρὸς ΑΚ, τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς ὅροις ὑπόκειται· ὅμοιον ἄρα τὸ ΒΓΚ τρίγωνον τῷ ΔΑΚ τριγώνῳ· ἴση ἄρα ἡ Ε γωνία τῇ Z, τὰ γὰρ ὅμοια ἰσογώνιά ἐστιν.

IN CONVEXO SPECULO.

Sit convexum speculum ΑΚΓ, radius autem BK, qui reflectatur ad punctum Δ: dico angulum reflectionis EΘ æqualem esse angulo incidentiæ ΟΛ. si enim applicem planum speculum NM [ita ut tangat speculum convexum in puncto K;] igitur Θ æqualis erit Λ. sed E æqualis est O, tangit enim MN: totum igitur EΘ æqualis est toti ΛO.



ΕΝ ΤΩ ΚΥΡΤΩ ΕΝΟΠΤΡΩ.

Ἔστω δὴ κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ ΑΚΓ, ὄψις δὲ ἡ ΒΚ, ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ Δ· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΕΘ γωνία τῇ ΟΛ γωνίᾳ. παρέθηκα ἐπίπεδον ἔνοπτρον τὸ ΝΜ· [1] ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Θ γωνία τῇ Λ. [2] ἀλλὰ καὶ ἡ Ε τῇ Ο, ἐφάπτεται γὰρ ἡ ΜΝ· ὅλη ἄρα ἡ ΕΘ ὅλῃ τῇ ΛΟ ἴση ἐστίν.

IN CONCAVO SPECULO.

Sit rursus speculum cavum ΑΚΓ, radius autem BK qui reflectatur ad Δ: dico angulum Θ æqualem esse angulo Λ. apposito enim plano speculo MN, æqualis est angulus ΘE angulo ΛO. sed & angulus E æqualis est angulo O: quare reliquus Θ reliquo Λ æqualis erit.



ΕΝ ΤΩ ΚΟΙΛΩ ΕΝΟΠΤΡΩ.

Ἔστω δὴ πάλιν κοῖλον τὸ ΑΚΓ, ὄψις δὲ ἡ ΒΚ ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ Δ· λέγω ὅτι ἡ Θ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ Λ. παρατεθέντος γὰρ ἐπιπέδου ἐνόπτρου, ἴση γίγνεται ἡ ΘΕ γωνία τῇ ΛΟ. [3] ἴση δὲ καὶ ἡ Ε τῇ Ο· λοιπὴ ἄρα ἡ Θ τῇ Λ ἴση ἐστί.

PROP. II. THEOR.

Si radius, in qualecunque speculum cadens, æquales faciat angulos; ipse in seipsum reflectetur.

SIT planum speculum ΑΚΓ; oculus autem B, à quo radius procedat BK, æquales angulos

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β΄.

Πρὸς ὁποῖον ἂν τῶν ἐνόπτρων προσπέσῃ ὄψις [4] ἴσας ποιοῦσα γωνίας, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται.

ΕΣτω ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ ΑΚΓ, ὄμμα δὲ τὸ B, ὄψις δὲ ἡ ΒΚ προσπεπτωκέτω, ἴσας

1 Per primam partem hujus. *Sav.* 2 Quia semicirculus à K versus Γ ἐφαρμόσει semicirculo versus A; & KM super KN, quia anguli sunt recti: ergo per 8. axioma æquales sunt E, O. *Idem.* 3 Ut supra. *Idem.* 4 In omneis angulos ad punctum προσπτώσεως; alioquin non sequitur conclusio. *Idem.*

ποιοῦσα

ποιοῦσα γωνίας¹ τὴν ΕΖ τῇ Θ· λέγω ὅτι ἀνακλωμένη ἡ ΒΚ ἐφ' ἑαυτὴν ἥξει, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ τὸ Β.

Μὴ γάρ, ἀλλ', εἰ δυνατόν, ἡκέτω ἐπὶ τὸ Δ. καὶ ἐπειδὴ αἱ ὄψεις ἐν ἴσαις ἀνακλῶνται γωνίαις, ἴση ἐστὶν ἡ Ζ γωνία τῇ Θ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΕΖ γωνία τῇ Θ ἴση· καὶ ἡ ΕΖ ἄρα γωνία τῇ Ζ γωνίᾳ ἔσται ἴση, ἡ μείζων τῇ ἐλάσσονι, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· ἡ ἄρα ΒΚ δι' αὐτῆς ἀνακλασθήσεται.

Ἡ δ' αὐτὴ ἀπόδειξις ἁρμόσειεν ἐπὶ τῶν κυρτῶν καὶ τῶν κοίλων ἐνόπτρων.

faciens cum speculo, angulum nempe EZ æqualem angulo Θ: fore assero ut radius BK sese reflectens in seipsum redeat, hoc est ad B.



Non enim, sed reflectatur, si possit, in punctum Δ. quia igitur [per I. catoptr.] radii ad æquales angulos reflectuntur, æqualis est angulus Z angulo Θ. ostensus vero est angulus EZ æqualis angulo Θ: igitur angulus EZ angulo Z æqualis erit, major minori; quod fieri nequit: igitur radius BK in seipsum reflectetur.

Eadem demonstratio congruet speculis tum convexis tum cavis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Πρὸς ὁποῖον ἂν τῶν ἐνόπτρων προσπίπτουσα ὄψις ἀνίσους ποιῇ γωνίας, οὔτε δι' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται, οὔτε ἐπὶ τὴν ἐλάσσονα γωνίαν.

Ἔστω ἐπίπεδον ἔνοπτρον τὸ ΑΚΓ, ὄψις δὲ ἡ ΒΚ προσπιπτέτω, μείζονα ποιοῦσα γωνίαν τὴν Ζ τῆς ΘΛ· λέγω ὅτι ἡ ΒΚ ἀνακλωμένη, οὔτε δι' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται, οὔτε ἐπὶ τὴν ΘΛ γωνίαν.

Εἰ μὲν γὰρ ἥξει ἐπὶ τὸ ΒΚ, ἡ Ζ γωνία τῇ ΘΛ ἴση, ὅπερ ἄτοπον, ὑπόκειται γὰρ μείζων.

Εἰ δὲ διὰ τοῦ Δ, ἴση ἔσται ἡ Ζ γωνία τῇ Λ, ἔστι δὲ μείζων· ἡ ἄρα ΒΚ ἀνακλασθήσεται ἐπὶ τὴν μείζονα γωνίαν τὴν Ζ. δυνατὸν γὰρ ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἴσην ἀφαιρεθῆναι.

Ἔστι δὲ ἡ αὐτὴ ἀπόδειξις ἐπὶ τῶν κυρτῶν καὶ κοίλων.

PROP. III. THEOR.

Radius in qualecunque speculum cadens, angulosque inæquales faciens, neque in seipsum reflectetur, neque versus minorem angulum.

SIT planum speculum AKΓ, radius autem BK in speculum incidat, faciatque angulum Z majorem angulo ΘΛ: fore assero ut BK radius reflectens, neque in seipsum reflectatur, neque ad angulum ΘΛ.



Si enim redeat in seipsum, in BK; æqualis erit angulus Z angulo ΘΛ, quod est absurdum; positus enim est major.

Si BK reflectatur ad Δ, æqualis erit Z angulus angulo Λ; est autem major: quare radius BK reflectetur versus majorem angulum, qui est ad Z: poterit enim à majore angulo auferri angulus æqualis minori.

Eadem demonstratio valebit in convexis & cavis speculis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Αἱ ὄψεις ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων καὶ κυρτῶν ἀνακλώμεναι, οὔτε συμπεσοῦνται ἀλλήλαις², οὔτε παράλληλοι ἔσονται.

Ἔστω πάλιν ἐπίπεδον ἔνοπτρον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ ΒΓΔ, ΒΑΕ· λέγω ὅτι αἱ ΓΔ, ΑΕ, οὔτε παράλληλοί εἰσιν, οὔτε συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ Δ, Ε³.

Ἐπεὶ γάρ ἴση ἐστὶν ἡ Ζ γωνία τῇ Θ, ἡ δὲ Κ τῇ Μ, μεί-

PROP. IV. THEOR.

Radii à planis convexisque speculis reflexi neque mutuo concurrent, neque erunt paralleli.



SIT rursus planum speculum AΓ, oculus autem B, radii vero reflexi BΓΔ, BAE: dico duos hos radios reflexos ΓΔ, AE neque parallelos esse, neque productos ad partes Δ, E posse concurrere.

Quia enim [per I. catop.] æqualis est angulus Z angulo Θ, & angulus K angulo M; ma-

1 Non solum EZ, Θ sed omnes omnino angulos ad K oportet esse æqualeis; in planis sc. speculis rectos, in κοίλοις acutos æqualeis; ἐν δὲ κυρτοῖς obtusos. *Savil.* 2 Sc. ἐπὶ τὰ τοῦ ἀνακλῶντος μέρη. *Idem.* 3 Sc. μέρη.

jor autem est [per 16.1.] angulus Z angulo K, propterea quod est externus angulus in triangulo BAΓ: major igitur est angulus Θ angulo M: quare radii reflexi ΓΔ, AE neque paralleli inter se sunt, neque concurrent ad partes E, Δ.

ζων δὲ ἡ Ζ τῆς Κ, διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι ἐν τῷ ΒΑΓ τριγώνῳ· μείζων ἂν εἴη καὶ ἡ Θ τῆς Μ· οὐκ ἄρα παράλληλος ἡ ΓΔ τῇ ΑΕ ἐστιν, οὐδὲ συμπίπτουσιν ἐπὶ τὰ Ε, Δ.

IN CONVEXO SPECULO,

Sit rursus convexum speculum AHZΓ, oculus autem B, radii autem reflexi BZΔ, BHE: dico radios reflexos ZΔ, HE neque parallelos esse, nec posse concurrere ad partes E, Δ.



Connectatur enim recta HZ, & producatur utrinque. quia igitur angulus BZΓ æqualis est angulo ΔZA, eo quod [per 1. catop.] radii ad æquales angulos reflectuntur; major igitur est angulus ΔZM angulo BZK. & [per 16.1.] angulus BZK major est angulo BHM, & angulus BHM major est angulo EHA; angulus enim BHA [per 1. catop.] æqualis est angulo EHA: major igitur est ΔZM angulus angulo EHA. multo igitur major est angulus ΔZM angulo EHO: igitur radii ZΔ, HE neque concurrent, neque paralleli erunt.

ΕΝ ΤΩ ΚΥΡΤΩ ΕΝΟΠΤΡΩ.

Ἔστω πάλιν κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ ΑΗΖΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ ΒΖΔ, ΒΗΕ· λέγω ὅτι αἱ ΖΔ, ΗΕ, οὔτε παράλληλοί εἰσιν, οὔτε συμπίπτουσιν ἐπὶ τὰ Ε, Δ. Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΗΖ εὐθεῖα, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη. ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΖΓ τῇ ΔΖΑ, διὰ τὸ ἐν ἴσαις ἀνακλᾶσθαι γωνίαις· εἴη ἂν μείζων ἡ ΔΖΜ τῆς ΒΖΚ. ἡ δὲ ΒΖΚ τῆς ΒΗΜ ἐστι μείζων, ἡ δὲ ΒΗΜ τῆς ΕΗΑ μείζων, αὐτὴ γὰρ ἡ ΒΗΑ ἴση ἐστὶ τῇ ΕΗΑ· μείζων ἄρα ἡ ΔΖΜ τῆς ΕΗΑ. πολλῷ ἄρα ἡ ΔΖΜ τῆς ΕΗΟ μείζων ἐστίν· οὐκ ἄρα συμπίπτουσιν αἱ ΖΔ, ΗΕ εὐθεῖαι, οὐδὲ παράλληλοί εἰσιν.

Prop. V. Theor.

In cavis speculis si oculum colloces aut in centro, aut in circumferentia, aut intra circumferentiam, id est inter centrum & circumferentiam; radii reflexi concurrent.

SIT cavum speculum AΓΔ; centrum autem sphæræ, cujus portio est ipsum speculum concavum, sit B, & ponatur oculus in B; ab eoque ad circumferentiam ducantur radii BA, BΓ, BΔ: æquales igitur sunt anguli positi ad puncta A, Γ, Δ; sunt enim anguli semicirculorum: radii igitur BA, BΓ, BΔ ab oculo ad speculum missi in seipsos reflectentur; id enim [ad prop. 2. catop.] ostensum est: quare concurrent in puncto B.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις ἂν ἐπὶ τῆς περιφερείας, [1] ἢ ἐντὸς τῆς περιφερείας θῇς ὄμμα, τουτ' ἐστι μεταξὺ τοῦ κέντρου καὶ τῆς περιφερείας· αἱ ὄψεις ἀνακλώμεναι συμπίπτουσι.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΔ, κέντρον δὲ τῆς σφαίρας τὸ Β, καὶ κείσθω τὸ ὄμμα ἐπὶ τὸ Β, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀπὸ τοῦ Β ὄψεις πρὸς τὴν περιφέρειαν αἱ ΒΑ, ΒΓ, ΒΔ· ἴσαι ἄρα εἰσὶν αἱ πρὸς τοῖς σημείοις τοῖς Α, Γ, Δ γωνίαι· ἡμικυκλίου γάρ εἰσιν· αἱ ἄρα ὄψεις ἀνακλώμεναι δι' ἑαυτῶν ἀνακλασθήσονται αἱ ΒΑ, ΒΓ, ΒΔ, τοῦτο γὰρ δέδεικται· ὥστε συμπίπτουσι κατὰ τὸ Β.

OCULUS IN CIRCUMFERENTIA.

Sit cavum speculum AΓΘB, oculus autem sit B, collocetur que in ipsius speculi circumferentia, & ab oculo B prosiliant radii BΓ, BA, qui reflectantur ad puncta Δ, E. quia segmentum AΓB,

ΟΜΜΑ ΕΝ ΤΗ ΠΕΡΙΦΕΡΕΙΑ.

Ἔστω πάλιν κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΘΒ, ὄμμα δὲ τὸ Β, κείσθω δὲ ἐπὶ τῆς περιφερείας αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Β προσπιπτέτωσαν ὄψεις αἱ ΒΓ, ΒΑ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Δ, Ε σημεῖα. [2] ἐπεὶ μείζων

1 Hæc verba puto esse delenda, ut etiam illa quæ sunt in fine demonstrationis. *Savil.* 2 Demonstratio hujus theorematis, ut vere dicam, nihil habet solidi; & sequentis theorematis multo minus. sed hic quidem σοχωεῖ aliquo more, nempe si BΘΓ major sit quam AΓ, totaque BΘAΓ non major semicirculo. *Idem.*

τὸ

τὸ ΑΓΒ τμῆμα τοῦ ΒΘΓ τμήματος, μείζων ἡ ΒΑΓ γωνία τῆς ΒΓΘ γωνίας, καὶ ἡ ΕΑΗ (διὰ τὸ πρῶτον) ἄρα τῆς ΔΓΑ μείζων· αἱ ἄρα ΒΑΓ, ΕΑΗ τῶν ΒΓΘ, ΔΓΑ μείζους εἰσί· [1] λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΑΕ τῆς ΔΓΒ ἐλάσσων, πολλῷ μᾶλλον ἄρα τῆς ΔΝΒ· συμπεσοῦνται ἄρα αἱ ΓΔ, ΑΕ κατὰ τὸ Ζ. [2] ὁμοίως δειχθήσεται κἂν ἐκτὸς τῆς περιφερείας πίπτῃ τὸ ὄμμα, ὡς ἐπὶ τοῦ ἑξῆς θεωρήματος.



majus est segmento ΒΘΓ: major igitur est ΒΑΓ angulus angulo ΒΓΘ: quare angulus ΕΑΗ (per 1. catop.) major est angulo ΔΓΑ. duo igitur anguli ΒΑΓ, ΕΑΗ majores sunt duobus angulis ΒΓΘ, ΔΓΑ: quare reliquus angulus ΒΑΕ reliquo angulo ΔΓΒ minor est; ac multo etiam minor ipso ΔΝΒ: igitur radii reflexi ΓΔ, ΑΕ concurrent ad partes Ζ. idem ostendetur oculo posito extra circumferentiam, ut in sequenti theoremate.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛʹ.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἀνὰ μέσον τοῦ κέντρου καὶ τῆς περιφερείας θῇς τὸ ὄμμα· [3] ὅτε μὲν συμπεσοῦνται αἱ ὄψεις ἀνακλώμεναι, ὅτε δὲ οὐ συμπεσοῦνται.

[4] Ἔστω ἔνοπτρον κοῖλον τὸ ΑΓ, κέντρον δὲ αὐτοῦ τὸ Δ, ὄμμα δὲ κείσθω τὸ Β μεταξὺ τοῦ κέντρου καὶ τῆς περιφερείας, ὄψεις δὲ αἱ ΒΑ, ΒΓ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Η, Ζ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ὄψεις ἕως τοῦ ἐνόπτρου αἱ ΑΘ, ΓΚ. ἡ ΑΘ δὴ τῆς ΓΚ ἢ μείζων ἐστὶν, ἢ ἴση, ἢ ἐλάττων. Εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΘ ὄψις τῇ ΓΚ ὄψει, ἴση ἐστὶ καὶ ἡ ΑΓΘ περιφέρεια τῇ ΓΑΚ περιφερείᾳ· ὥστε καὶ ἡ Μ γωνία τῇ Ξ· αἱ γὰρ τῶν ἴσων περιφερειῶν γωνίαι ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις· καὶ αἱ Μ, Λ γωνίαι ἄρα ταῖς Ν, Ξ εἰσὶν ἴσαι, διὰ τὴν ἀνάκλασιν· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ Ο τῇ Π ἴση ἐστί· μείζων ἄρα ἡ Ρ τῆς Ο. ἐπεὶ γὰρ ἡ Ρ γωνία τῆς Π γωνίας μείζων ἐστὶ, διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι, ἡ δὲ Π τῇ Ο ἴση· καὶ ἡ Ρ ἄρα τῆς Ο μείζων ἐστί. [5] κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΒΡΣ· συμπεσοῦνται ἄρα αἱ ΓΖ, ΑΗ ὡς ἐπὶ τὰ Η, Ζ. Τὸ δ' αὐτὸ ἔσται, κἂν μείζων ἡ ΑΘ ὄψις τῆς ΓΚ. μείζονες γὰρ ἔσονται αἱ Λ, Μ γωνίαι τῶν Ν, Ξ, ἡ δὲ Π τῆς Ο μείζων ἔσται, καὶ ἡ Ρ τῆς Ο· Ἐὰν δὲ ἡ ΑΘ εὐθεῖα ἐλάσσων ᾖ τῆς ΓΚ, διὰ τὰ αὐτὰ μείζων ἔσται ἡ Ο γωνία τῆς Π. ἔστι δὲ καὶ ἡ Ρ τῆς Π μείζων· οὐδὲν ἄρα κωλύει ἴσην εἶναι τὴν Ρ τῇ Ο, ἢ ἐλάσσονα τῆς Ο, καὶ μὴ συμπίπτειν τῇ ΓΖ τὴν ΑΗ. [6] Φανερὸν δὲ ὅτι



Prop. VI. Theor.

In cavis speculis si inter centrum & circumferentiam colloces oculum; radii reflexi interdum concurrent, interdum non concurrent.

Sit cavum speculum ΑΓ, cujus centrum Δ; oculus autem ponatur in puncto Β inter centrum & circumferentiam; radii vero sint ΒΑ, ΒΓ, qui reflectantur ad puncta Η, Ζ; ipsi autem radii ad speculum usque protrahantur, qui sint ΑΘ, ΓΚ. radius ΑΘ aut major est, aut æqualis, aut minor radio ΓΚ. Si igitur radius ΑΘ æqualis sit radio ΓΚ, æqualis etiam est [per 28.3.] circumferentia ΑΓΘ ipsi ΓΑΚ: quare angulus Μ æqualis erit angulo Ξ; æqualium enim segmentorum anguli sunt inter se æquales. duo item anguli Μ, Λ æquales erunt duobus angulis Ν, Ξ propter æqualitatem angulorum reflectionis & incidentiæ: quocirca reliquus angulus Ο æqualis erit reliquo angulo Π: igitur Ρ angulus major erit angulo Ο. quia enim angulus Ρ major est angulo Π (est enim Ρ exterior angulus in triangulo ΒΓΡ) angulus autem Π æqualis est angulo Ο: igitur angulus Ρ major erit angulo Ο. addatur communis angulus ΒΡΖ: concurrent igitur radii reflexi ΓΖ, ΑΗ versus partes Η, Ζ. Idemque eveniet, si radius ΑΘ major sit radio ΓΚ. duo enim anguli Λ, Μ majores erunt duobus angulis Ν, Ξ: ideoque major erit angulus Π angulo Ο, & angulus Ρ eodem angulo Ο. Quod si radius ΑΘ minor sit radio ΓΚ, eadem ratione major erit Ο angulus angulo Π. est autem angulus Ρ major angulo Π: nihil ergo prohibet quin angulus Ρ æqualis esse possit angulo Ο, vel eo minor, quod si fiat, radii ΓΖ, ΑΗ non concurrent. sive au-

1 Nam tres anguli ad Γ & Α duobus ἡμικυκλίοις angulis sunt æquales. *Savil.* 2 Sunt, ὡς ἔοικεν, ex *Scholio. Idem.* 3 Hoc quidem vere, sed demonstratio est pessima. *Idem.* 4 Nihil est solidi. cur enim concurrant si ΑΘ sit μείζων; non item si ΓΚ, cum utraque sit accepta ὡς ἔτυχε. *Idem.* 5 Sed tamen collecta est conclusio ac si ΖΡΘ major esset angulo Π quia externus, quo quid ineptius? nam ita demum non concurrunt ΑΗ, ΓΖ. *Idem.* 6 Jam φανερὸν nullo modo φανερὸν, nisi quod est φανερῶς falsum, etiamsi præcedentia non essent ἀσυλλόγιστα. *Idem.*

tem

tem ΑΓΘ circumferentia major sit quam circumferentia ΓΑΚ, sive ei æqualis; patet concursum radiorum reflexorum fieri neque in circumferentia, neque extra, sed intra tantum.

ἐάν τε μείζων ᾖ ἡ ΑΓΘ περιφέρεια τῆς ΓΑΚ, ἐάν τε ἴση ἡ σύμπτωσις τῶν ἀνακλάσεων, οὔτε ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου, οὔτε ἐκτὸς οὐ μὴ γένηται, ἀλλ' ἐντὸς μόνον.

Prop. VII. Theor.

[1] ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζʹ.

Altitudines & profunditates in planis speculis eversæ apparent.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων ἀνεστραμμένα φαίνεται.

Sit altitudo ΑΕ, planum autem speculum ΑΛ, oculus vero Β, à quo missi radii ΒΓ, ΒΔ reflectantur ad Ε, Κ. si igitur radii ΒΔ, ΒΓ in rectum producantur; Ε quidem, quod sursum est, deorsum apparebit in Θ; item Κ, quod deorsum est, apparebit sursum in Ζ: quare eversa apparebunt.



Ἔστω ὕψος μὲν τὸ ΑΕ, ἔνοπτρον δὲ ἐπίπεδον τὸ ΑΛ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψις δὲ αἱ ΒΓ, ΒΔ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Κ. οὐκοῦν φαίνεται ἐκβληθεισῶν τῶν ὄψεων ἐπ' εὐθείας, τὸ μὲν Ε τὸ ἄνω ἐπὶ τοῦ Θ κάτω ὄντος, τὸ δὲ Κ κάτω ὂν ἐπὶ τοῦ Ζ τοῦ ἄνω ὄντος· ὥστε ἀνεστραμμένα ἐστὶ τῇ φαντασίᾳ.

Aliter.

ΑΛΛΩΣ.

Quomodo profunditas apparet.

Ὡς βάθος φαίνεται.

Sit rursum profunditas ΕΑ, planumque speculum ΑΓ, oculus autem Δ, radii denique ab oculo exeuntes ΔΓ, ΔΒ, qui reflectantur ad Ε, Ζ. similiter atque prius, productis radiis usque ad puncta Θ, Κ; punctum quidem Ε, quod imum est, supremum apparebit in puncto Θ; punctum autem Ζ, quod supremum est, imum apparebit in Κ.



Ἔστω πάλιν βάθος μὲν τὸ ΕΑ, ἔνοπτρον δὲ ἐπίπεδον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Δ, ὄψις δὲ αἱ ΔΓ, ΔΒ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Ζ. ὁμοίως τῶν ὄψεων ἐκβληθεισῶν ἐπὶ τὰ Θ, Κ φανεῖται τὸ μὲν Ε κάτω ὂν ἐπὶ τοῦ Θ ἄνω ὄντος. τὸ δὲ Ζ ἄνω ὂν ἐπὶ τοῦ Κ κάτω ὄντος.

Prop. VIII. Theor.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ηʹ.

Altitudines & profunditates in convexis speculis eversæ apparent.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἐνόπτρων ἀνεστραμμένα φαίνεται.

Sit altitudo ΑΘ, speculumque convexum ΑΓΔ, radii autem ΒΓ, ΒΔ, qui reflectantur ad Ε & Θ. ostensum antea est [per 4. opt.] radios reflexos ΓΕ, ΔΘ non posse concurrere versus partes Β, Θ. reliqua ut in planis speculis.



Ἔστω ὕψος τὸ ΑΘ, ἔνοπτρον δὲ κυρτὸν τὸ ΑΓΔ, ὄψεις δὲ αἱ ΒΓ, ΒΔ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Θ. δέδεικται ὅτι οὐ συμπεσοῦνται. τὰ δὲ λοιπὰ ὁμοίως τοῖς ἐπιπέδοις.

Profunditas.

ΒΑΘΟΣ.

Sit rursus profunditas ΑΕ, convexum autem speculum sit ΑΔΓ, sitque oculus Β; radii autem reflexi ad puncta Ε, Θ, sint ΒΓΕ, ΒΔΘ. reliqua ut in planis speculis.



Ἔστω πάλιν βάθος τὸ ΑΕ, ἔνοπτρον δὲ κυρτὸν ΑΔΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β· ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Θ, ΒΓΕ, ΒΔΘ. τὰ δὲ λοιπὰ καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις.

1 Theorema hoc & quinque sequentia pendent manifestissime ex 16, 17 & 18 sequentibus; neque nisi iis, aut demonstratis, aut sumptis, constare possunt. *Savil.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων, ὡς τῇ ἀληθείᾳ ἔχει οὕτω καὶ φαίνεται.

Ἔστω ὄμμα τὸ Β, πλάγιον δὲ μῆκος τὸ ΔΕ, ἔνοπτρον δὲ τὸ ΑΓ· οὐκοῦν ἀνακλασθεισῶν τῶν ὄψεων φαίνεται τὸ μὲν Δ ἐπὶ τὸ Ζ, τὸ δὲ Ε ἐπὶ τὸ Η, καὶ ἔστιν οὕτω τῇ φαντασίᾳ, καθόπερ καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἔχει· τὸ ἔγγιον, ἔγγιον, τὸ ἀπώτερον, ἀπώτερον.



Prop. IX. Theor.

Obliquæ longitudines in planis ſpeculis, ut re ipſa ſe habent ita apparent.

SIT oculus B; longitudo vero oblique poſita ſit ΔE, planum autem ſpeculum AΓ: igitur per radios reflexos cernitur punctum quidem Δ in puncto Z, punctum vero E in puncto H, apparentque in eodem ſitu, in quo re vera ſunt; id nempe quod propius eſt, propius apparet; quod autem remotius, remotius.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἐνόπτρων, καθάπερ ἐστὶν ἀληθῶς καὶ φαίνεται.

Ἔστω μῆκος τὸ ΕΔ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ἔνοπτρον δὲ κυρτὸν τὸ ΑΓ, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Δ. τὰ δὲ ἄλλα, τὰ αὐτά.



Prop. X. Theor.

Obliquæ longitudines in convexis ſpeculis, in eodem ſitu apparent in quo revera ſunt.

SIT obliqua longitudo EΔ, oculus autem B, ſitque convexum ſpeculum AΓ, radii autem BΓ, BA reflectantur ad puncta E, Δ. reliqua ut in præcedenti.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια'.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν κοίλων ἐνόπτρων, ὅσα μὲν ἐστὶν ἐντὸς τῆς συμπτώσεως τῶν ὄψεων, ἀνεστραμμένα φαίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις· ὅσα δὲ ἐστὶν ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως, καθάπερ ἐστὶ καὶ φαίνεται.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ ΒΑ, ΒΓ, σύμπτωσις δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ Ζ, ὕψη δὲ τὰ τὰ ΚΝ καὶ τὸ ΔΕ· καὶ τὸ μὲν ΚΝ ἐντὸς τῆς τοῦ Ζ συμπτώσεως, τὸ δὲ ΔΕ ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως. οὐκοῦν ἐκβληθεισῶν, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις, φαίνεται τὸ μὲν Κ ἐπὶ τοῦ Μ, τὸ δὲ Ν ἐπὶ τοῦ Λ· ὥστε ἀνεστραμμένα φαίνεται. πάλιν ἐπὶ τοῦ ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως ὕψους φαίνεται· τὸ μὲν Δ ἐπὶ τοῦ Η, τὸ δὲ Ε ἐπὶ τοῦ Θ, ὡς ἔχει οὕτως φαίνεται.



Prop. XI. Theor.

In cavis ſpeculis ſublimitates & profunditates, quæ ſunt intra concurſum radiorum, everſæ apparent, ut in planis ſpeculis; quæ autem ſunt extra concurſum, apparent ut re ipſa ſe habent.

SIT cavum ſpeculum AΓ, oculus autem B; radii vero reflexi BA, BΓ, qui concurrant in puncto Z, ſint autem ſublimitates duæ KN, ΔE; quarum KN quidem ſit intra concurſum Z, ſublimitas autem ΔE ſit extra concurſum. productis igitur radiis, quemadmodum in planis & convexis ſpeculis, apparet punctum quidem K in puncto M, punctum autem N in puncto Λ; everſa igitur apparent. contra vero ſit in ΔE ſublimitate, quæ eſt extra concurſum; apparet enim punctum Δ in puncto H, punctum vero E in puncto Θ, eo nimirum modo quo ſe habent.

PRO-

PROFUNDITAS.

Sint rursus profunditates duæ ΔE, KΘ, cavum autem speculum AΓ, oculus vero B; radii denique reflexi BΓΔ, BAE, qui concurrant in puncto Z. si igitur radii producantur, apparebunt puncta K, Θ eversa, punctum quidem K in puncto Λ, punctum vero Θ in puncto M, quemadmodum in planis & convexis speculis. contra vero puncta Δ, E apparebunt eo modo quo se habent: punctum quidem inferius E, in puncto H; punctum autem superius Δ, in puncto N.



ΒΑΘΟΣ.

Πάλιν βάθος μὲν τὸ ΔΕ καὶ ΚΘ, ἔνοπτρον δὲ κοῖλον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι καὶ συμπίπτουσαι κατὰ τὸ Ζ αἱ ΒΓΔ, ΒΑΕ. ἐκβληθεισῶν τῶν ὄψεων, ὁμοίως τὰ μὲν Κ, Θ φαίνεται ἀνεστραμμένα, τὸ μὲν Κ κατὰ τὸ Λ, τὸ δὲ Θ κατὰ τὸ Μ, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις· τὰ δὲ Δ, Ε, καθάπερ ἐστί· τὸ μὲν Ε κάτω κατὰ τὸ Η, τὸ δὲ Δ ἄνω κατὰ τὸ Ν.

PROP. XII. THEOR.

In cavis speculis obliquæ longitudines, intra concursum radiorum positæ, apparent ut sunt; quæ autem extra concursum sunt, eversæ apparent.

Sint obliquæ longitudines EΔ, ΘK, cavum autem speculum AΓ, oculus vero B; sintque radii reflexi BAΔ, BΓE, qui concurrant in puncto H, & obliqua quidem longitudo ΘK sit intra concursum H; ΔE vero sit extra eundem. puncta igitur Θ, K in suo naturali situ cernuntur, quemadmodum in planis & convexis speculis; puncta vero E, Δ eversa apparent; punctum enim Δ apparet in puncto O, punctum autem E in puncto Λ.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβʹ.

Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν κοίλων ἐνόπτρων, ὅσα μὲν ἐντὸς τῆς συμπτώσεως κεῖται τῶν ὄψεων, καθάπερ ἐστίν, οὕτω καὶ φαίνεται· ὅσα δὲ ἐκτός, ἀνεστραμμένα.

Ἔστω γὰρ μήκη μὲν πλάγια τὰ ΕΔ, ΘΚ, κοῖλον δὲ ἔνοπτρον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι καὶ συμπίπτουσαι κατὰ τὸ Η, αἱ ΒΑΔ, ΒΓΕ, καὶ τὸ μὲν ΘΚ πλάγιον μῆκος ἔσω ἐντὸς τῆς συμπτώσεως τῆς Η, τὸ δὲ ΔΕ ἐκτός. ἐκ τούτου τὰ μὲν Θ, Κ κατὰ φύσιν φαίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις, τὰ δὲ Ε, Δ ἀνεστραμμένα· τὸ μὲν γὰρ Δ ἐπὶ τοῦ Ο φαίνεται, τὸ δὲ Ε ἐπὶ τοῦ Λ.

PROP. XIII. THEOR.

Res eadem cerni potest per plura specula plana.

SIT aspectabile A, oculus vero B, sint autem tria specula ΓΔ, ΔE, EZ; ducatur perpendicularis à puncto B in ΓΔ speculum, quæ sit BΓ, & ipsi BΓ ponatur æqualis ΓΣ; rursusque à pun-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγʹ.

Δυνατόν ἐστι διὰ πλειόνων ἐνόπτρων ἐπιπέδων ἰδεῖν τὸ αὐτό.

Ἔστω ὃ δεῖ ὀφθῆναι τὸ Α, ὄμμα δὲ τὸ Β, ἔνοπτρα δὲ τρία τὰ ΓΔ, ΔΕ, ΕΖ, ἤχθω δὲ κάθετος ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ ΓΔ ἔνοπτρον ἡ ΒΓ, ἴση δὲ ἡ ΒΓ τῇ ΓΣ, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ

Θ ἐπὶ

Α ἐπὶ τὸ ΕΖ κάθετος ἡ ΑΖ, καὶ τῇ ΑΖ ἴση ἡ ΖΘ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὸ ΔΕ ἐνόπτρον κάθετος ἤχθω ἡ ΘΚ, καὶ ἔστω τῇ ΘΚ ἴση ἡ ΚΛ, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὸ Σ ἐπεζεύχθω ἡ ΛΜΣ, ἀπὸ δὲ τοῦ Μ ἐπὶ τὸ Θ ἡ ΜΡΘ, ἐπεζεύχθωσαν δὲ καὶ αἱ ΑΡ, ΒΦ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΓΣ, καὶ ὀρθαὶ αἱ πρὸς τὸ Γ γωνίαι· δύο δὴ αἱ ΒΓ, ΓΦ ταῖς ΣΓ, ΓΦ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΓΦ ὀρθὴ οὖσα γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΣΓΦ ὀρθῇ οὔσῃ ἴση ἐστί, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν πρὸς τὸ Β γωνία τῇ πρὸς τὸ Σ, ἡ δὲ Ξ τῇ Τ. ἀλλ᾽ ἡ Τ τῇ Ν ἐστιν ἴση, κατὰ κορυφὴν γάρ· ὥστε ἴση ἐστὶ καὶ ἡ Ν γωνία τῇ Ξ· ἡ ἄρα ΒΞ ὄψις ἀνακλασθήσεται ἐπὶ τὸ Μ. πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΘΚ τῇ ΚΛ, καὶ ὀρθαὶ δὲ αἱ πρὸς τὸ Κ· ἴση ἐστὶν ἡ Ο γωνία τῇ Π· ἀνακλᾶται ἄρα ἡ αὐτὴ ὄψις ἡ ΒΦΜ ἐπὶ τὸ Ρ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸ Α, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΖΡΑ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΕΡΜ, ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἀποδείξεσιν· ὁρᾷ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Β ὄμματος ὄψις τὸ Α διὰ τῶν τριῶν ἐνόπτρων ἐπιπέδων τῶν ΓΔ, ΔΕ, ΕΖ.



ςto Α ad speculum ΕΖ ducatur perpendicularis ΑΖ, cui æqualis sit ΖΘ; & à puncto Θ ducatur ΘΚ perpendicularis ad speculum ΔΕ; sitque ΚΛ æqualis ipsi ΘΚ, & connectatur à puncto Λ in punctum Σ recta linea ΛΜΣ; & à puncto Μ in punctum Θ recta linea ΜΡΘ; connectantur denique rectæ ΑΡ, ΒΦ. quia igitur recta ΒΓ æqualis est rectæ ΓΣ, recti autem sunt anguli ad punctum Γ positi; duæ igitur ΒΓ, ΓΦ duabus ΣΓ, ΓΦ sunt æquales, utraque utrique; rectus item angulus ΒΓΦ æqualis est recto ΣΓΦ; & igitur [per 4. 1.] reliqui anguli reliquis angulis æquales erunt, quos æqualia latera subtendunt, angulus nempe Β angulo Σ, & angulus Ξ angulo Τ. sed [per 15. 1.] angulus Τ æqualis est Ν, sunt enim ad verticem: angulus igitur Ν æqualis est Ξ, quo fit [per 1. catop.] ut radius ΒΞ reflectatur versus Μ. rursus, quia æqualis est recta ΘΚ rectæ ΚΛ, recti vero sunt anguli ad Κ; æqualis ergo est angulus Ο angulo Π: idem igitur radius ΒΦΜ reflectitur ad punctum Ρ. eademque ratione idem radius reflectitur à puncto Ρ ad punctum Α, eo quod angulus ΖΡΑ æqualis est angulo ΕΡΜ, quod ut in reliquis ostendi potest: radius igitur emissus ex Β oculo videt punctum Α per tria plana specula ΓΔ, ΔΕ, ΕΖ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Ἔστι δὲ καὶ δι᾽ ὅσων ἄν τις ἐπιτάξῃ ἐνόπτρων ἐπιπέδων, ἰδεῖν τὸ αὐτό· δεῖ δὲ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐνόπτρων πολυγώνιον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον συνίστασθαι, δυσὶ πλείους ἔχον πλευρὰς τῶν ἐνόπτρων.

Prop. XIV. Theor.

Fieri potest ut eadem res spectetur per quotlibet plana specula: oportet autem describere polygonum æquilaterum & æquiangulum, quod duobus lateribus excedat numerum speculorum.

Ἔστω γὰρ ὁ μὲν ὀφθῆναι δεῖ τὸ Α, ὄμμα δὲ τὸ Β, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΒ, καὶ ἀπὸ τῆς ΑΒ ἀναγεγράφθω πολυγώνιον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον δύο πλευρὰς πλείους ἔχον τῶν ἐνόπτρων, καὶ ἔστω τὸ ΑΒΔ πολυγώνιον, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τοῦ γραφομένου περὶ τὸ πολύγωνον τὸ Θ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΘΓ, ΘΕ, ΘΔ, ΘΒ, ΘΑ ἐπὶ τὰς γωνίας, καὶ προσκείσθωσαν ἔνοπτρα ἐπίπεδα πρὸς ὀρθὰς ταῖς ἐπιζευγνυμέναις. ἐπεὶ οὖν ἴση



SIT aspectabile Α, oculus vero Β; connectaturque recta ΑΒ, & ab ΑΒ describatur polygonia figura æquilatera & æquiangula, cui sint duo latera plura quam specula, sitque ea figura polygonia ΑΒΔ; sumaturque centrum circuli descripti circa ipsam, sitque illud Θ, ex quo connectantur rectæ ΘΓ, ΘΕ, ΘΔ, ΘΒ, ΘΑ à centro ad singulos angulos; apponantur autem plana specula eo modo ut angulos rectos faciant cum lineis à centro ductis. quia igitur

tur Z Λ angulus æqualis est angulo K N, uterque enim rectus est; ex quibus angulus N angulo Λ est æqualis: reliquus igitur Z reliquo K est æqualis: quare reflectio radii B Γ fiet in Δ; reflectiones enim [per 1. catop.] fiunt ad æquales angulos. eodem modo ostendentur anguli ad Δ, E puncta inter se æquales: quare radius emissus à B, postquam in singula specula inciderit, inde sese reflectens perveniet ad punctum A.



ἐστὶν ἡ Z Λ γωνία τῇ K N, ὀρθὴ γάρ ἐστιν ἑκατέρα, ὧν ἡ N τῇ Λ ἴση ἐστί· λοιπὴ ἄρα ἡ Z τῇ K ἴση ἐστίν· ὥστε ἡ ἀνάκλασις τῆς B Γ ὄψεως ἐπὶ τὸ Δ ἔσται, διὰ γὰρ ἴσων γωνιῶν αἱ ἀνακλάσεις γίνονται. ὁμοίως δὲ δειχθήσονται καὶ αἱ πρὸς τοῖς Δ, E σημείοις γωνίαι ἴσαι αἱ πρὸς τοῖς ἐνόπτροις· ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ B ὄψις ἀνακλωμένη, καὶ προσπεσοῦσα πρὸς πάντα τὰ ἔνοπτρα, ἥξει ἐπὶ τὸ A.

Prop. XV. Theor.

Fieri etiam potest ut eadem res spectetur per quotlibet specula convexa vel concava.

SIT aspectabile A, oculus autem B, describaturque, velut in præcedente, polygonia figura æquilatera & æquiangula A B Γ Δ E, & in punctis Γ, Δ, E ponantur specula ad incidentias radiorum. æqualis ergo est angulus Z angulo Θ, & angulus K angulo Λ: totus ergo angulus K Z toti angulo Θ Λ est æqualis: radius ergo B Γ reflectetur à convexo speculo Γ ad convexum speculum Δ, & à Δ ad E, & ab E ad A aspectabile. unde liquet fieri posse ut res eadem cernatur per quotlibet specula; sive convexa, sive cava, sive mista.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Ἔστι δὲ καὶ διὰ κυρτῶν ἐνόπτρων καὶ διὰ κοίλων ἰδεῖν τὸ αὐτό.

Ἔστω γὰρ ὃ δεῖ ἰδεῖν τὸ A, ὄμμα δὲ τὸ B, καὶ ὁμοίως ἀναγεγράφθω πολύγωνον ἰσόπλευρόν τι καὶ ἰσογώνιον τὸ ΑΒΓΔΕ, καὶ πρὸς τοῖς Γ, Δ, E σημείοις ἔστω ἔνοπτρα κατὰ τὰς ἀφὰς τῶν ὄψεων. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν Z τῇ Θ, ἡ δὲ K τῇ Λ· ὅλη ἄρα ἡ KZ ἴση ἐστὶ τῇ ΘΛ· ἀνακλασθήσεται ἄρα ἡ ὄψις ἀπὸ τοῦ κυρτοῦ ἐνόπτρου τοῦ Γ ἐπὶ τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὸ E, καὶ ἀπὸ τοῦ E ἐπὶ τὸ A. φανερὸν οὖν, ὅτι κυρτῶν ἢ κοίλων ὄντων ἁπάντων καὶ ἀναμεμιγμένων, ἐστὶν ἰδεῖν τὸ αὐτό.

Prop. XVI. Theor.

Aspectabile quodlibet in planis speculis cernitur in perpendiculari ducta ab aspectabili in speculum.

SIT speculum planum Γ Δ, oculus autem B, sitque aspectabile A, & ab aspectabili in ipsum speculum ducatur perpendicularis A Γ. quia igitur in phænomenis positum est, punctum A cerni non posse occupato loco in quo est Γ: igitur punctum A videbitur in aliquo puncto lineæ A Γ productæ in directum. videbitur autem in radio B Δ in directum producto: videbitur ergo in puncto E: est enim positum, rectum id esse cujus extremis media officiunt: quare A E, B E rectæ sunt.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛ'.

Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου κάθετον ὁρᾶται.

Ἔστω ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ Γ Δ, ὄμμα δὲ τὸ B, ὁρώμενον δὲ τὸ A, καὶ ἔστω κάθετος ἡ ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου ἐπὶ τὸ ἔνοπτρον ἡ A Γ. ἐπεὶ οὖν ὑπόκειται ἐν τοῖς Φαινομένοις, ὅτι καταληφθέντος τοῦ τόπου τοῦ Γ, οὐχ ὁρᾶται τὸ A· τὸ A ἄρα ὀφθήσεται ἐπ' εὐθείας τῇ A Γ. ἀλλὰ δὴ καὶ ἐπ' εὐθείας τῇ B Δ ὄψει· κατὰ τὸ E ἄρα· ὑπόκειται γὰρ εἶναι τὸ εὐθὺ οὗ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις ἐπιπροσθεῖ· ὥστε εὐθεῖα ἐστὶν ἡ A E καὶ ἡ B E.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ΄.

Ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου εἰς τὸ κέντρον τῆς σφαίρας ἀγομένην εὐθεῖαν ὁρᾶται.

Ἔστω κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ ΓΔ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψις ἡ ΒΔ ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ Α, καὶ ὁράσθω τὸ Α, κέντρον δὲ τῆς σφαίρας ἔστω τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΒΔ ὄψις ἐπὶ τὸ Ε. ἐπεὶ οὖν ὑπέκειτο ἐν τοῖς φαινομένοις, ὅτι, καταληφθέντος τοῦ Γ, τὸ Α οὐχ ὁρᾶται· ὀφθήσεται ἄρα ἐπ' εὐθείας τῆς ΑΓ κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς ΒΔ ὄψεως καὶ τῆς ΑΓ ἐπὶ τοῦ Ε, καθάπερ ἐπὶ τοῖς ἐπιπέδοις.

PROP. XVII. THEOR.

In convexis ſpeculis quodlibet aſpectabilium cernitur in linea recta ducta ab aſpectabili ad centrum ejus ſphæræ, cujus portio eſt ipſum convexum ſpeculum.



SIT convexum ſpeculum ΓΔ, oculus autem B; radius BΔ, qui reflectatur ad A; ſit vero Z centrum ſphæræ, connectaturque recta AZ, & producatur radius BΔ uſque ad E. quia igitur in phænomenis poſitum eſt A non cerni occupato loco Γ: igitur cernetur in linea AΓ producta in rectum; in eo videlicet loco in quo radius BΔ productus concurrit cum AΓ, nempe in puncto E, veluti in planis ſpeculis.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη΄.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου εἰς τὸ κέντρον τῆς σφαίρας ἀγομένην εὐθεῖαν ὁρᾶται.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΓΔ, ὄψις δὲ ἀνακλωμένη ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Α ὁρώμενον, τῆς δὲ σφαίρας κέντρον ἔστω τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Ε ἐπεζεύχθω εὐθεῖα, καὶ ἐκβεβλήσθω. ἐπεὶ οὖν ὑπέκειτο ἐν τοῖς φαινομένοις, ὅτι, καταληφθέντος τοῦ τόπου τοῦ Δ, τὸ Α οὐχ ὁρᾶται, ὥστε φαίνεται ἐπ' εὐθείας τῆς ΑΕ· ὀφθήσεται ἄρα κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς ΑΔ εὐθείας καὶ τῆς ΒΓ ὄψεως κατὰ τὸ Ζ.

PROP. XVIII. THEOR.

In cavis ſpeculis aſpectabilium quodlibet cernitur in recta linea ducta ab aſpectabili ad centrum ſphæræ, cujus portio eſt ipſum ſpeculum.



SIT cavum ſpeculum ΓΔ, radius vero ab oculo emiſſus BΓ, qui reflectatur ad aſpectabile A; ſit autem E centrum ſphæræ, cujus portio eſt ipſum ΓΔ ſpeculum; connectaturque recta AE, & producatur in rectum. quia igitur in phænomenis poſitum eſt ipſum A non cerni occupato loco Δ: igitur imago ipſius A aſpectabilis cernetur in ipſa AE linea recta in continuum producta: cernetur ergo in Z, in concurſu nempe ipſius AΔ rectæ cum radio BΓ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ΄.

Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις τὰ δεξιὰ, ἀριστερὰ φαίνεται, καὶ τὰ ἀριστερὰ, δεξιά· καὶ τὸ ἀπόστημα τὸ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου ἴσον ἐστίν.

Ἔστω ἐπίπεδον ἔνοπτρον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ αἱ ΒΑ, ΒΓ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Ε, Δ, ὁρώμενον δὲ ἔστω τὸ ΕΔ, καὶ ἀπὸ τῶν Ε, Δ ἐπὶ τὸ ἔνοπτρον κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΕΖ, ΔΘ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν· ἐκβεβλήσθωσαν δὲ καὶ αἱ ΒΓ, ΒΑ ὄψεις,

PROP. XIX. THEOR.

In planis ſpeculis dextra apparent ſiniſtra, & ſiniſtra dextra; itemque imago æqualis apparet aſpectabili; imago etiam & aſpectabile æqualiter diſtant à ſpeculo.

SIT planum ſpeculum AΓ, oculus autem B; radii vero BA, BΓ, qui reflectantur ad E, Δ; aſpectabile vero ſit EΔ, & ab E, Δ ad ſpeculum ducantur perpendiculares EZ, ΔΘ & producantur; producantur etiam radii BΓ, BA,

& concurrant cum perpendicularibus in punctis K, Λ, connectaturque recta ΛK. apparet igitur E quidem in K, ipsum autem Δ in Λ: id enim antea ostensum est [ad 16. catopt.] sinistra igitur dextra apparent, & dextra sinistra. Et quia angulus KΓZ æqualis est angulo ZΓE, & recti sunt anguli ad Z: æqualis igitur [per 26. 1.] est recta ZK rectæ ZE. eademque ratione æqualis ΔΘ rectæ ΘΛ: quare intervallum, quo EΔ distat à speculo, æquale est intervallo quo imago KΛ distat ab eodem. Item EΔ aspectabile æquale est ipsi KΛ imagini, eo quod EZ æqualis est ipsi ZK, & ΔΘ ipsi ΘΛ, earum vero utrique communis & ad angulos rectos ipsa ΘZΓ.



καὶ συμπιπτέτωσαν ταῖς καθέτοις κατὰ τὰ Κ, Λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΛΚ. οὐκοῦν φαίνεται τὸ μὲν Ε ἐπὶ τοῦ Κ, τὸ δὲ Δ ἐπὶ τοῦ Λ, τοῦτο γὰρ προεδείχθη· τὰ ἄρα ἀριστερὰ, δεξιὰ φαίνεται, καὶ τὰ δεξιὰ, ἀριστερά. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν ΚΓΖ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΓΕ, καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ πρὸς τῷ Ζ· ἴση ἄρα ἂν εἴη καὶ ἡ ΖΚ τῇ ΖΕ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΔΘ τῇ ΘΛ· ἴσον ἄρα τὸ ἀπόστημα, ᾧ ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου τὸ ΕΔ, τῷ ᾧ ἀπέχει τὸ εἴδωλον τὸ ΚΛ. Καὶ ἴσον τὸ ὁρώμενον τὸ ΕΔ τῷ εἰδώλῳ τῷ ΚΛ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΕΖ τῇ ΖΚ, τὴν δὲ ΔΘ τῇ ΘΛ, κοινὴν δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς τὴν ΘΖΓ.

PROP. XX. THEOR.

In convexis speculis sinistra apparent dextra, & dextra sinistra; & imago propius abest à speculo, quam aspectabile.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ΄.

Ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις τὰ ἀριστερὰ, δεξιὰ φαίνεται, καὶ τὰ δεξιὰ, ἀριστερά· καὶ τὸ ἀπόστημα ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου τὸ εἴδωλον ἔλασσον ἔχει.

SIT convexum speculum ΛΑΓ; centrum autem sphæræ, cujus portio est ipsum ΛΑΓ speculum, sit Θ; sitque oculus B; radii autem sint BA, BΓ, qui reflectantur ad Δ, E, sitque aspectabile ΔE; ex centro autem Θ ad Δ, E ducantur rectæ ΘΔ, ΘE, producanturque BA, BΓ radii usque ad puncta Z, H; connectaturque recta ZH, quæ [per 17. catop.] erit imago. igitur Δ apparet in H, & E in Z: quare dextra apparent sinistra, & sinistra dextra.

DICO præterea majorem esse EA quam AZ.

Per punctum enim A ducatur recta linea KAN, quæ tangat circulum in puncto A. quia ergo BA, AE æquales faciunt angulos cum circuli circumferentia, propter reflectionem; recta autem KAN circulum tangit: igitur linea KAN bifariam dividit angulum EAZ. & obtusus [per 16. 1. & 18. 3.] est angulus K: major est igitur EK quam KZ: ergo multo major est EA quam AZ: minus ergo distat imago ZH à speculo quam EΔ aspectabile.



Ἔστω ἔνοπτρον κυρτὸν τὸ ΛΑΓ, κέντρον δὲ τῆς σφαίρας τὸ Θ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ αἱ ΒΑ, ΒΓ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ Δ, Ε, ὁρώμενον δὲ τὸ ΔΕ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ κέντρου ἤχθωσαν ἐπὶ τὰ Δ, Ε αἱ ΘΔ, ΘΕ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ὄψεις ἐπὶ τὰ Ζ, Η, καὶ ἐπεζεύχθω τὸ ΖΗ εἴδωλον. οὐκοῦν τὸ μὲν Δ φαίνεται ἐπὶ τοῦ Η, τὸ δὲ Ε ἐπὶ τὸ Ζ· τὰ ἄρα δεξιὰ, ἀριστερὰ φαίνεται, καὶ τὰ ἀριστερὰ, δεξιά.

ΛΕΓΩ ὅτι μείζων ἐστὶν ἡ ΕΑ τῆς ΑΖ.

Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Α ἐφαπτομένη τῆς περιφερείας ἡ ΚΑΝ. ἐπεὶ οὖν αἱ ΒΑ, ΑΕ πρὸς τὴν περιφέρειαν ἴσας γωνίας ποιοῦσι διὰ τὴν ἀνάκλασιν, ἐφάπτεται δὲ ἡ ΚΑΝ· δίχα ἂν εἴη τετμημένη ἡ ὑπὸ τῶν ΕΑΖ γωνία. καὶ ἀμβλεῖά ἐστιν ἡ Κ γωνία· [1] μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΚ τῆς ΚΖ· πολλῷ μᾶλλον ἡ ΕΑ τῆς ΑΖ· ἔλασσον ἄρα ἀπέχει τὸ εἴδωλον τὸ ΖΗ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου.

PROP. XXI. THEOR.

In convexis speculis imagines sunt minores aspectabilibus.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα΄.

Ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις τὸ εἴδωλον ἔλασσόν ἐστι τοῦ ὁρωμένου.

SIT convexum speculum AOΓ, oculus B; radii autem BA, BΓ, qui reflectantur ad

Ἔστω γὰρ κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ ΑΟΓ, ὄμμα δὲ τὸ Β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ ΒΑ, ΒΓ ἐπὶ

1 Quia enim AKE major est quam AKZ, & anguli ad A æquales; KEA minor erit quam AZK; quare EA major quam AZ, & per 3. 6. EK quam KZ major. *Savil.*

τὰ

τὰ Δ, Ε· ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ κυρτοῦ τοῦ ἐνόπτρου θεωρεῖται τὸ ΕΔ ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΒΓ. παρακείσθω δὴ ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ ΑΓ, ἁπτόμενον τῶν ὄψεων κατὰ τὰ Α, Γ. ἐκεῖθεν ἡ ὄψις, μέλλουσα ἰδεῖν τὸ Ε ἀπὸ τοῦ ἐπιπέδου ἐνόπτρου οὐκ ἔστιν ἡ ΒΑΕ· οὐ γὰρ ποιεῖ γωνίας ἴσας πρὸς τῷ ἐπιπέδῳ ἐνόπτρῳ, οὐδὲ μὴν κλασθήσεται μεταξὺ τῶν Α, Γ. κεκλάσθω γὰρ, εἰ δυνατὸν, καὶ ἔστω ἡ ΒΖ ὄψις· ἴση ἄρα ἡ Η γωνία τῇ Θ γωνίᾳ, διὰ τὴν ἀνάκλασιν. ἡ δὲ Θ μείζων τῆς Ν, ἡ δὲ Μ τῆς Η· ὥστε καὶ Μ τῆς Ν μείζων ἐστὶν, ὅπερ ἀδύνατον· αὐτὴ γὰρ ἡ Ν μείζων τῆς Μ ἐστιν, ἴση [1] γάρ ἐστιν ὅλῃ τῇ πρὸς τῇ περιφερείᾳ· ἐκτὸς ἄρα ἀνακλασθήσεται τοῦ Α. κεκλάσθω γὰρ, καὶ ἔστω ἡ ΒΚΕ. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΒΑΔ πεσεῖται ἐκτός· τὸ ἄρα ΕΔ ὑπὸ μείζονος γωνίας θεωρεῖται ἀπὸ τοῦ ἐπιπέδου ἐνόπτρου τῆς περιεχομένης ὑπὸ ΚΒΑ ἤπερ ἀπὸ τοῦ κυρτοῦ. ἴσον δὲ ἐδείχθη φαινόμενον ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ἐνόπτρῳ· φανερὸν οὖν ὅτι ἀπὸ τοῦ κυρτοῦ ἐνόπτρου τὸ εἴδωλον ἔλασσον φαίνεται τοῦ ὁρωμένου.



puncta Δ, Β: igitur aspectabile ΕΔ cernitur à speculo convexo sub angulo ΑΒΓ. apponatur huic convexo speculo planum speculum, quod sit ΑΓ: tangatque ipsos ΒΑ, ΒΓ radios in punctis Α, Γ. radius igitur, qui reflexus à plano speculo visurus sit punctum Ε, non est ΒΑΕ; non enim facit æquales angulos cum plano speculo, neque reflectetur ad Ε ab aliquo puncto posito inter Α, Γ. reflectatur enim, si fieri possit, sitque radius ΒΖ: æqualis ergo est [per 1. catop.] Η angulus angulo Θ, propter reflectionem. angulus autem Θ [per 16.1.] major est Ν, & angulus Μ angulo Η: quare Μ major erit quam Ν, quod est absurdum; idem enim Ν major est Μ, æqualis enim est toti angulo ad circumferentiam. ergo radius reflexus reflectetur ab aliquo puncto extra Α. reflectatur ergo, sitque ΒΚΕ. eodem modo ΒΑΔ, radius à speculo plano reflexus ad Δ, cadet extra ΑΓ: igitur ipsius ΕΔ imago à speculo plano cernitur sub angulo ΚΒΑ, qui major est quam angulus ΑΒΓ, sub quo cernitur à convexo speculo. ostensum autem est [ad 19. catop.] imaginem æqualem aspectabili apparere in speculo plano: constat ergo in convexis speculis imaginem apparere minorem aspectabili.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις ἀπὸ τῶν ἐλασσόνων ἐνόπτρων ἐλάσσονα φαίνεται τὰ εἴδωλα.

Ἔστω σφαῖρα μείζων μὲν ἡ ΑΓ, ἐλάσσων δὲ ἡ ΕΛ, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τὸ Θ, ὄμμα δὲ τὸ Β, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΑΘ, καὶ ἀπὸ τῆς σφαίρας ἀνακεκλάσθω ὄψις ἡ ΒΓΔ· λέγω ὅτι ἡ ἀνακλασθησομένη ὄψις ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος σφαίρας ἐπὶ τὸ Δ, οὔτε διὰ τοῦ Γ πεσεῖται, οὔτε ἐκτὸς τοῦ Γ. πιπτέτω γὰρ πρότερον, εἰ δυνατὸν, διὰ τοῦ Γ, καὶ ἀνακεκλάσθω ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος σφαίρας ἐπὶ τὸ Δ, καὶ ἔστω ἡ ΒΕΔ· καὶ ἐπεζεύχθω ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὸ Γ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Η. δίχα δὴ τεμεῖ ἡ ΘΓΗ τὴν ὑπὸ τῶν ΒΓΔ γωνίαν, διὰ τὸ τὴν ΒΓΔ ἴσας ποιεῖν γωνίας πρὸς τῇ Γ περιφερείᾳ, διὰ τὴν ἀνάκλασιν. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὸ Ε ἐπιζευγνυμένη καὶ ἐκβληθεῖσα δίχα τεμεῖ τὴν ὑπὸ ΒΕΔ. τεμνέτω,



Prop. XXII. Theor.

In convexis speculis minoribus minores imagines apparent.

Sint circa idem centrum Θ duo sphærica specula convexa, quorum ΑΓ sit majus, ΕΛ vero sit minus; sitque oculus Β, connectaturque recta ΒΑΘ; & ex Γ puncto sphærici speculi reflectatur radius ΒΓΔ ad Δ aspectabile: dico fieri non posse ut radius, qui à minore speculo sphærico reflectetur ad Δ, cadat in idem minus speculum per Γ punctum majoris speculi, vel per aliud punctum positum extra Γ, id est, contentum inter Γ & Ζ. si enim id fieri potest, cadat prius per Γ punctum, & reflectatur à minore speculo sphærico ad Δ, sitque ΒΕΔ; connectaturque recta ΘΓ, & producatur usque ad Η. igitur recta ΘΓΗ bifariam secabit angulum ΒΓΔ, eo quod [per 1. catop.] ΒΓΔ æquales facit angulos ad Γ punctum circumferentiæ, propter reflectionem. eademque ratione connexa recta linea ex Θ in Ε & producta bifariam secabit angulum ΒΕΔ. secet,

1 Quin potius ΒΑΟ, qui minor est quam Ν, major est quam Μ. ἴση γάρ ἐστιν ὅλῃ τῇ πρὸς τῇ περιφερείᾳ sc. γωνίᾳ ΕΑΩ per primam hujus. *Savil.*

sitque ΘΕΖ. quia igitur [per 16. 1.] angulus ΒΓΔ major est ΒΕΔ, & illius dimidium dimidio hujus majus est: major ergo est angulus ΒΓΗ angulo ΒΕΖ. est vero etiam [per 15. & 16. 1.] minor, quod est absurdum: fieri ergo non potest ut radius, ad minus speculum reflexus in Δ, transeat per punctum Γ. his positis, cadat extra punctum Γ radius ΒΛ in minus speculum, à quo reflectatur ad Δ; secetque majus speculum in Ζ; radius autem à Ζ reflexus sc. ΒΖΚ minime concurret cum ΓΔ, id enim [ad 4. catop.] ostensum est. concurrat igitur cum ΛΔ in Κ: radius igitur ΒΖΚ reflexus à majore speculo cernit punctum Κ, ipse item radius ΒΛΚ reflexus à minore speculo cernit idem punctum Κ. id autem fieri non posse supra ostensum est: radius igitur, qui ab oculo emissus in minus speculum reflectitur in punctum Δ, cadet per aliquod punctum positum inter Γ, Α. eodem modo ostendetur idem in altera etiam parte fieri: igitur angulus Β, sub quo cernitur Δ aspectabile, minor fit à minore speculo quam à majore: quare [per 6. posit. opt.] imago rei aspectabilis minor apparebit in minore speculo.



καὶ ἔσω ἡ ΘΕΖ. ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ περιεχομένη ὑπὸ τῶν ΒΓΔ τῆς ὑπὸ ΒΕΔ, καὶ ἡμίσεια τῆς ἡμισείας, μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΓΗ τῆς ὑπὸ ΒΕΖ. ἔστι δὲ καὶ ἐλάσσων, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἥξει διὰ τοῦ Γ ἀνακλωμένη ὄψις ἐπὶ τῆς ἐλάσσονος σφαίρας. ὑποκείσθω δὲ πάλιν τὰ αὐτὰ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς σφαίρας ἀνακλωμένη ὄψις ἡ ΒΛΔ ἐκτὸς πιπτέτω τοῦ Γ, καὶ τεμνέτω ἡ ΒΑ τὴν μείζονα σφαῖραν κατὰ τὸ Ζ, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ζ ἀνακλωμένη ὄψις ἡ ΒΖΚ οὐ συμπεσεῖται τῇ ΓΔ, τοῦτο γὰρ δέδεικται· τῇ ἄρα ΛΔ συμπιπτέτω κατὰ τὸ Κ. ἡ ἄρα ΒΖΚ ὄψις ἀνακλωμένη ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐνόπτρου ὁρᾷ τὸ Κ, καὶ ἡ αὐτὴ ἡ ΒΛΚ ἀνακλωμένη ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος ἐνόπτρου ὁρᾷ τὸ αὐτὸ Κ. τοῦτο δὲ ἐπάνω ἐδείχθη ἀδύνατον· μεταξὺ ἄρα πεσεῖται τῶν Γ, Α ἡ ἀνακλωμένη ὄψις ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος ἐνόπτρου ἐπὶ τὸ Δ. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου μέρους τὸ αὐτὸ ποιοῦσα· ὑπὸ ἐλάσσονος ἄρα θεωρεῖται γωνίας τῆς πρὸς τὸ Β γιγνομένης, ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος ἐνόπτρου ἤπερ ἀπὸ τοῦ μείζονος· ἔλασσον ἄρα φαίνεται τὸ εἴδωλον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος ἐνόπτρου.

Prop. XXIII. Theor.

In convexis speculis aspectabilium imagines apparent convexæ.

SIT convexum speculum ΑΓ, oculus autem Ε, à quo emittantur radii ΕΑ, ΕΓ, qui reflectantur ad Δ, Β; radius autem ΖΕ reflectatur in seipsum ad Ε. radiorum igitur longissimi sunt, qui ad remotissimas partes tendunt; qui autem ad medium rei aspectabilis tendunt, sunt brevissimi, ut radius ΕΖ: igitur Ε propius videtur à speculo distare; puncta vero Β & Δ longius: itaque tota imago convexa apparet.



ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγ'.

Ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις τὰ εἴδωλα κυρτὰ φαίνεται.

ἜΣτω κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ ΑΓ, ὄμμα δὲ τὸ Ε, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ ΕΑ, ΕΓ ἐπὶ τὰ Δ, Β, ἡ δὲ ΖΕ ἀνακλωμένη δι' ἑαυτὴν ἐπὶ τὸ Ε. οὐκοῦν τῶν ὄψεων μέγισται μέν εἰσι τῷ μήκει αἱ πορρωτάτω, ἐλάχισται δὲ αἱ κατὰ μέσον, ὥσπερ ἡ ΕΖ· φαίνεται ἄρα τοῦ ἐνόπτρου ἔγγιον μᾶλλον τὸ Ε, πορρωτάτω δὲ τὸ Β καὶ τὸ Δ· ὥστε ὅλον κυρτὸν φαίνεται.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδʹ.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἐπὶ τοῦ κέντρου τὸ ὄμμα τεθῇ, ταὐτὸ μόνον φαίνεται τὸ ὄμμα.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΔ, κέντρον δὲ αὐτοῦ τὸ Β, ὄψεις δὲ αἱ ΒΑ, ΒΓ, ΒΔ. οὐκοῦν ἴση ἡ Ε γωνία τῇ Ζ· ἥξει ἄρα ἡ ἀνακλωμένη ΒΓ ὄψις ἐπὶ τὸ Β. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαί· αὐτὸ ἄρα μόνον ὁρᾶται τὸ Β.

Prop. XXIV. Theor.

In cavis ſpeculis, ſi oculus ponatur in centro ſpeculi, ſeipſum tantum cernet.



SIT concavum ſpeculum ΑΓΔ, ejus vero centrum B; radii autem ab oculo in ſpeculum miſſi ſint BA, BΓ, BΔ. igitur angulus E æqualis eſt angulo Z: quare dius BΓ reflectetur ad B. idem facient reliqui radii: quare ipſe B oculus ſeipſum tantum cernet.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κεʹ.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἐπὶ τῆς περιφερείας τεθῇ τὸ ὄμμα, ἢ ἔξω τῆς περιφερείας· οὐ φαίνεται τὸ ὄμμα.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΒ, καὶ τὸ ὄμμα κείσθω ἐπὶ τῆς περιφερείας αὐτοῦ τὸ Β, ὄψεις δὲ προσπιπτέτωσαν αἱ ΒΑ, ΒΓ, καὶ ἀνακεκλάσθωσαν. οὐκοῦν μείζων ἐστὶν ἡ μὲν ΜΘ γωνία τῆς Κ [1], ἡ δὲ ΕΛ τῆς Ζ· ὥστε οὐκ ἀνακλασθήσονται αἱ ΒΑ, ΒΓ ὄψεις ἐπὶ τὸ Β ὄμμα. εἰς τὸ ὄμμα δὲ εἰ ἀνακλῶντο, ἴσαι αἱ γωνίαι πρὸς τοῖς Α, Γ ἐγίγνοντο.

Δειχθήσεται δὲ κἂν ἐκτὸς τῆς περιφερείας γένηται τὸ ὄμμα, τὰ αὐτὰ συμβαίνοντα, τουτέστι τὸ μὴ ὁρᾶσθαι τὸ ὄμμα, διὰ τὸ τὰς ἀνακλάσεις μὴ γίνεσθαι ἐπ' αὐτό.

Prop. XXV. Theor.

In cavis ſpeculis, ſi oculum colloces in circumferentia aut extra circumferentiam; ipſe oculus non apparebit.

SIT concavum ſpeculum ΑΓΒ, & oculus B ſtatuatur in ipſius circumferentia, ab eoque emittantur in ſpeculum radii BA, BΓ, & reflectantur. ergo angulus MΘ major eſt angulo K, & angulus EΛ major Z: igitur radii BA, BΓ non reflectentur ad B oculum. ſi enim reflecterentur ad oculum, æquales eſſent anguli quos radii faciunt cum circumferentia ad puncta A, Γ.



QUOD ſi oculus ponatur extra ſpeculi circumferentiam, idem ei accidere demonſtrabitur; nempe oculum non cerni, eo quod reflectiones ad ipſum non fiant.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛʹ.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἐκβαλὼν διάμετρον τῆς σφαίρας ἐκ τοῦ κέντρου πρὸς ὀρθὰς ἀναγάγῃς, καὶ εἰς τὸ ἕτερον μέρος θῇς τὸ ὄμμα· οὐδὲν τῶν ἐν τῷ αὐτῷ μέρει, ἐν ᾧ τὸ ὄμμα ἐστὶν, ὀφθήσεται. τουτέστιν, οὔτε τῶν ἐντὸς τῆς διαμέτρου, οὔτε τῶν ἐκτὸς τῆς διαμέτρου, οὔτε τῶν ἐπὶ τῆς διαμέτρου.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΔ, διάμετρος δὲ ἔστω τῆς σφαίρας ἡ ΑΔ, καὶ τῇ ΑΔ πρὸς ὀρθὰς ἀνεστάτω ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ Ζ ἡ

Prop. XXVI. Theor.

In ſpeculis concavis, ſi à centro ad circumferentiam excites rectam lineam quæ angulos rectos faciat cum ejuſdem ſphærici ſpeculi producta diametro, & oculum ſtatuas ad alterutram partem; oculus nil cernet eorum quæ ſunt in ea parte in qua ipſe eſt: hoc eſt, nihil eorum cernet quæ ſunt vel intra diametrum, vel extra diametrum, vel in ipſa diametro.

SIT concavum ſpeculum ΑΓΔ; diameter vero ſphæræ, cujus portio eſt ipſum ſpeculum, ſit AΔ, in qua ſit centrum Z, à quo excitetur

[1] Et quid ita? quaſi vero, poſita B Ψ ſemidiametro, non ſint anguli ad Ψ futuri æquales, ut ſit neceſſarium omnino τὰς ὄψεις in ſe ἀνακλᾶσθαι. *Savil.*

tetur recta ZΓ ad angulos rectos ipsi AΔ; sitque oculus B extra diametrum, & radius BE. igitur BE radius sese reflectens, nec ad B nec ad Z se reflectet; reflectitur enim ad æquales angulos: se igitur reflectet ut EΘ. similiter si oculus statuatur intra diametrum ad Θ, aut in ipsa diametro ad M, radii ΘK, MN se reflectent ut KΛ, NΞ: nihil igitur cernitur eorum quæ sunt ad eandem semidiametri partem ad quam est oculus, neque eorum quæ sunt in ipsa diametro, neque eorum quæ sunt extra diametrum, neque eorum quæ sunt intra.



ZΓ, ὄμμα δὲ ἔσω τὸ B ἐκτὸς τῆς διαμέτρου, ὄψις δὲ ἡ BE. οὐκοῦν ἡ BE ἀνακλωμένη οὐχ ἥξει οὔτε ἐπὶ τὸ B οὔτε ἐπὶ τὸ Z, ἐν γὰρ ἴσαις γωνίαις ἀνακλᾶται· ἥξει ἄρα ὡς ἡ EΘ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐντὸς ἐμπέσῃ τὸ ὄμμα ὅπου τὸ Θ, ἢ ἐπὶ τῆς διαμέτρου ὅπου τὸ M, ἀνακλώμεναι αἱ ὄψεις αἱ ΘK, MN ἥξουσιν ὡς αἱ KΛ, NΞ· οὐκ ἄρα ὁρᾶται οὐδὲν τῶν ἐν τῷ αὐτῷ μέρει ὅπου ἐστὶ τὸ ὄμμα, οὔτε τῶν ἐπὶ τῆς διαμέτρου, οὔτε τῶν ἐκτὸς τῆς διαμέτρου, οὔτε τῶν ἐντός.

Prop. XXVII. Theor.

In concavis speculis, si oculi ita constituantur in diametro ut uterque à centro æqualiter distet, neuter oculorum cernetur.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ'.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἐπὶ τῆς διαμέτρου τεθῇ τὰ ὄμματα ἴσον ἀπέχοντα τοῦ κέντρου· οὐδέτερον τῶν ὀμμάτων ὀφθήσεται.

SIT concavum speculum AΓΔ, ejusque diameter AΔ, centrum autem Z, à quo excitetur ZΓ ad angulos rectos ipsi AΔ; sint vero oculi B, E æqualiter distantes à centro Z, sitque radius BΓ: is ergo se reflectens veniet ad E; reflectitur enim secundum æquales angulos. nullus autem alius reflectetur ad E, ex. gr. BΘ. nam, si fieri potest, reflectatur ad E, connectanturque ΘE, ΘZ: igitur [per 1. catop.] angulus BΘE bifariam secatur à ZΘ. sunt ergo in eadem ratione [per 3. 6.] ut BΘ ad ΘE sic BZ ad ZE, quod fieri nequit; BΘ enim major est [per 7. 3.] quam ΘE, ipsa autem BZ [ex hyp.] æqualis est ipsi ZE: nullus igitur radius emissus à B reflectetur ad E, præter BΓ: unus igitur radius ad utrumque oculorum B, E reflectetur. & non cernetur E, quia BΓ productus non concurret cum BΔ ad partes Γ, Δ; imagines autem aspectabilium [per 18. catop.] apparent in solo concursu radii ab oculo emissi cum recta ab aspectabili per centrum speculi: nec vero EΓ concurret cum EA, ad partes Γ, A; in concavis enim speculis aspectabilium imagines visuntur in recta ab aspectabili ad centrum ipsius sphæræ ducta.



Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ AΓΔ, διάμετρος δὲ ἡ AΔ, κέντρον δὲ τὸ Z, πρὸς ὀρθὰς δὲ ἡ ZΓ, ὄμματα δὲ τὰ B, E ἴσον ἀπέχοντα τοῦ κέντρου, ὄψις δὲ ἡ BΓ· οὐκοῦν ἀνακλωμένη ἥξει ἐπὶ τὸ E; ἐν ἴσαις γὰρ γωνίαις ἀνακλᾶται. ἄλλη δὲ οὐδεμία ἥξει, ὡς ἡ BΘ. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΘE, ΘZ· δίχα ἄρα τμηθήσεται ἡ ὑπὸ BΘE ὑπὸ τῆς ZΘ, καὶ ἀνάλογον ἔσται ὡς ἡ BΘ πρὸς ΘE οὕτως ἡ BZ πρὸς ZE, ὅπερ ἀδύνατον, ἡ μὲν γὰρ BΘ μείζων ἐστὶ τῆς ΘE, ἡ δὲ BZ ἴση τῇ ZE· οὐδεμία ἄρα ἥξει ἀνακλωμένη ἀπὸ τοῦ B ἐπὶ τὸ E· μία ἄρα ὄψις ἀνακλασθήσεται ἐφ' ἑκατέρου τῶν B, E ὀμμάτων. καὶ οὐκ ὀφθήσεται τὸ E, οὐ γὰρ συμπεσεῖται ἡ BΓ ἐκβαλλομένη τῇ BΔ ἐπὶ τὰ Γ, Δ μέρη, ἐφαίνετο δὲ ἕκαστον κατὰ τὴν συμβολὴν μόνον τῶν ὁρωμένων· οὐδὲ ἡ EΓ οὐ μὴ συμπέσῃ τῇ EA ἐπὶ τὰ Γ, A μέρη, ἐν γὰρ τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου εἰς τὸ κέντρον τῆς σφαίρας ἀγομένην εὐθεῖαν ὁρᾶται.

Prop. XXVIII. Theor.

In cavis speculis, si semidiametrum bifariam seces, & à puncto sectionis lineam ad angulos rectos utrinque ducas, oculos autem ita colloces ut æqualiter di-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κη'.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν τὴν ἐκ τοῦ κέντρου δίχα τεμὼν, καὶ πρὸς ὀρθὰς ἀγαγὼν, θῇς τὰ ὄμματα ἴσον ἀπέχοντα τῆς

ἐκ

ἐκ τοῦ κέντρου, τῆς δὲ ἡ ἀνὰ μέσον τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πρὸς ὀρθὰς, ἢ ἐπ' αὐτῆς τῆς πρὸς ὀρθάς· οὐδέτερον τῶν ὀμμάτων φαίνεται.

stent ab excitata semidiametro: neuter oculorum cernetur, sive hi sint inter diametrum & lineam ad angulos rectos, sive in recta quæ angulos rectos facit cum semidiametro.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΓΔ, διάμετρος δὲ ἡ ΑΔ, κέντρον δὲ τὸ Κ, καὶ ἡ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΚΓ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Π, πρὸς ὀρθὰς αὐτῇ ἔστω ἡ ΕΠΖ, καὶ ὄμματα τὰ Β, Θ μεταξὺ κείσθωσαν τῆς ΑΔ καὶ τῆς ΕΖ ἐν παραλλήλοις τῆς ΕΖ, ΒΘ ἴσον ἀπέχοντα τῆς ΚΓ, ὄψις δὲ ἔστω ἡ ΒΓ ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ Θ· ἴσας ἄρα ποιεῖ γωνίας πρὸς τῇ περιφερείᾳ, διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τὴν ΖΕ τῇ ΒΘ, καὶ ἴσην τὴν ΒΝ τῇ ΝΘ. καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΚΒ, ΚΘ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν, ἐκβεβλήσθω δὲ καὶ ἡ ΓΒ ἐπὶ τὸ Φ. καὶ ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς ΒΚ, μείζων ἐστὶν ἡ Ρ γωνία τῆς Ι· ὥστε καὶ ἡ ὑπὸ ΓΒΘ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΘΒΚ, τουτέστι τῆς ὑπὸ ΒΘΚ· οὐκ ἄρα συμπεσεῖται ἡ ΒΓ τῇ ΚΘ· οὐκ ἄρα ὀφθήσεται τὸ Θ, κατὰ γὰρ τὴν συμβολὴν φαίνεται τῶν ΒΓ, ΚΘ.



SIT concavum speculum ΑΓΔ, cujus diameter quidem ΑΔ, centrum autem Κ, à quo ad angulos rectos excitetur semidiameter ΚΓ, quæ bifariam secetur in puncto Π, per quod ducatur linea ΕΠΖ, quæ ad angulos rectos sit ipsi ΓΚ; sint autem oculi Β, Θ, collocati inter diametrum ΑΔ & lineam ΕΖ, cui sit parallela linea ΒΘ; ipsique Β, Θ oculi æqualiter distent à semidiametro ΚΓ; esto denique radius ΒΓ, qui reflectatur à puncto Γ ad Θ: angulos igitur æquales facit ad circumferentiam, eo quod linea ΖΕ parallela est ad lineam ΒΘ, & linea ΒΝ æqualis ipsi ΝΘ. connectantur ΚΒ, ΚΘ, & producantur ad Λ, Η, producatur etiam ΓΒ usque ad Φ. quia ergo major est ΒΓ quam ΒΚ, major est [per 18. 1.] angulus Ρ quam Ι; quocirca angulus ΓΒΘ major est [per 32. 1.] angulo ΘΒΚ, id est, angulo ΒΘΚ: non igitur concurrent ΒΓ, ΚΘ: ergo Θ non cernetur; deberet enim cerni in concursu rectarum ΒΓ, ΚΘ.

Ἔστω πάλιν τὰ αὐτὰ τῷ ἐκείνῳ, τὰ δὲ Β, Θ ὄμματα ἔστωσαν ἐπὶ τῆς δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τεμνούσης τὴν ἐκ τοῦ κέντρου, ἐπὶ τῆς ΑΔ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ μὲν ΒΓ τῇ ΒΖ, ἡ δὲ ΓΘ τῇ ΖΘ, παράλληλος ἂν εἴη ἡ ΒΓ τῇ ΖΘ· οὐκ ἄρα συμπεσεῖται ἡ ΒΓ ὄψις τῇ ἐκ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὸ ὁρώμενον, τουτέστι τῇ ΖΘ, ἐπὶ τὰ Θ, Γ μέρη· ὥστε οὐ φαίνεται τὸ Θ ὄμμα, κατὰ γὰρ τὴν συμβολὴν ἐφαίνετο τῶν ΒΓ, ΖΘ.



Iisdem manentibus, oculi autem Β, Θ collocentur in linea quæ semidiametrum secat bifariam & ad angulos rectos, id est in linea ΑΔ. quia igitur ΒΓ æqualis est ipsi ΒΖ, & ΓΘ ipsi ΖΘ: parallela ergo [per 8. & 27. 1.] est ΒΓ ipsi ΖΘ: quare radius ΒΓ non concurret cum linea ducta à centro ad aspectabile, id est cum linea ΖΘ, versus partes Θ, Γ: quare Θ oculus non cernetur: si enim cerneretur, deberet cerni in concursu linearum ΒΓ, ΖΘ.

Ἔστω πάλιν τὰ αὐτὰ, τῆς διχοτομίας ἀνωτέρω κείσθω τὰ ὄμματα τὰ Β, Γ ἴσον ἀπέχοντα τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ΖΑ· φημὶ δὴ φαίνεσθαι τὰ Β, Γ, καὶ τὰ δεξιὰ, ἀριστερὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ, δεξιὰ, καὶ τὸ εἴδωλον μεῖζον τοῦ προσώπου, καὶ τὸ ἀπόστημα ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου ἔχον μεῖζον τὸ εἴδωλον. ἔστω γὰρ ἡ ΒΑ ὄψις ἀνακλωμένη, καὶ ἐπεζεύχθωσαν ἀπὸ τοῦ Ζ κέντρου ἐπὶ τὰ Β, Γ αἱ ΖΒ, ΖΓ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΒΑ. ἐπεὶ οὖν διχοτομία



Iisdem manentibus, oculi Β, Γ collocentur loco superiore quam sit punctum illud in quo semidiameter bifariam secta est; distentque æqualiter ab ipsa ΖΑ semidiametro: dico fore ut Β, Γ appareant, & dextra videantur sinistra, & sinistra dextra, & faciei imago appareat major facie, & longius à speculo distet quam facies ipsa. sit enim ΒΑ radius, qui reflectatur ad Γ; & à centro Ζ ad puncta Β, Γ connectantur rectæ ΖΒ, ΖΓ, producaturque ΒΑ. quia igitur ΖΑ semidiameter bifariam secta est in H: major ergo est BZ quam BA; ideoque [per 18. 1.] major est K angulus angulo E. æqualis autem est [per 1.catop.] K ipsi Δ: major igitur est Δ quam E: quare lineæ ZB, ΓA productæ tandem concurrent. concurrant in puncto Π. eadem ratione lineæ BA, ZΓ productæ concurrent in puncto Θ: ergo [per 18.catop.] Γ apparebit in Θ, & B in Π; & dextra apparebunt sinistra, & sinistra dextra. quinetiam imago quæ est ΘΠ major apparebit quam facies quæ est BΓ; parallelæ enim sunt. imago ergo major apparet quam facies, & magis distat à speculo; major enim est MA quam AΔ.



ἐστὶ τὸ Η, μείζων ἐστὶν ἡ ΒΖ τῆς ΒΑ, καὶ ἡ Κ γωνία τῆς Ε. ἴση δὲ ἡ Κ τῇ Δ· μείζων ἄρα καὶ ἡ Δ τῆς Ε· συμπεσοῦνται ἄρα αἱ ΖΒ, ΓΑ ἐκβληθεῖσαι. συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Π. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΒΑ, ΖΓ συμπεσοῦνται κατὰ τὸ Θ· ὀφθήσεται ἄρα τὸ μὲν Γ ἐπὶ τοῦ Θ, τὸ δὲ Β ἐπὶ τοῦ Π, καὶ φαίνεται τὰ μὲν δεξιὰ, ἀριστερὰ, τὰ δὲ ἀριστερὰ, δεξιά. ἀλλὰ μὴν καὶ μείζων ἡ ΘΠ τῆς ΒΓ· παράλληλοι γάρ εἰσι. τὸ ἄρα εἴδωλον φαίνεται μεῖζον, καὶ μεῖζον ἀπέχον τοῦ ἐνόπτρου, μείζων γὰρ ἡ ΜΑ τῆς ΑΔ.

PROP. XXIX. THEOR.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Sin autem oculi extra diametrum ponantur; dextra apparebunt dextra, & sinistra sinistra; & imago apparebit minor ipsa facie, & inter faciem & speculum.

Ἐὰν δὲ ἔξω τῆς διαμέτρου τεθῇ ὄμματα· τὰ δεξιὰ φαίνεται δεξιὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ, ἀριστερὰ, καὶ τὸ εἴδωλον ἔλασσον τοῦ προσώπου, καὶ ἐν τῷ ἀνὰ μέσον τοῦ προσώπου καὶ τοῦ ἐνόπτρου.

Sint enim oculi B, Γ, centrum autem speculi sit Z, per quod ducatur AZΔ ad angulos rectos ipsi diametro; & per punctum A ducatur BAΓ ad angulos rectos ipsi AZΔ, sitque AΓ æqualis ipsi BA; radius autem BΔ reflectatur ad Γ, & per centrum ducantur BZK, ΓZE, & connectantur puncta E, K recta EK: igitur [per 18.catoptric.] B apparet in K; Γ vero apparet in E: quare dextra dextra, & sinistra apparent sinistra, & imago EK minor apparet ipsa BΓ facie; parallela namque est EK ipsi BΓ: apparetque ipsa imago in loco interjecto inter faciem & speculum.



Ἔστω γὰρ ὄμματα τὰ Β, Γ, κέντρον δὲ τὸ Ζ ἐνόπτρου, καὶ τῇ διαμέτρῳ πρὸς ὀρθὰς ἔστω ἡ ΑΖΔ, καὶ ταύτῃ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΓ, καὶ ἴση τῇ ΒΑ ἔστω ἡ ΑΓ, καὶ ὄψις ἡ ΒΔ ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ Γ, καὶ διὰ τοῦ κέντρου αἱ ΒΖΚ, ΓΖΕ, καὶ ἀπὸ τῶν Ε, Κ ἡ ΕΚ ἐπεζεύχθω· ἐκεῖνο τὸ μὲν Β ἐπὶ τοῦ Κ φαίνεται, τὸ δὲ Γ ἐπὶ τοῦ Ε· τὰ ἄρα δεξιὰ, δεξιὰ, καὶ τὰ ἀριστερὰ, ἀριστερὰ φαίνεται, καὶ τὸ ΕΚ εἴδωλον ἔλασσον τοῦ ΒΓ προσώπου, παράλληλος γάρ ἐστιν ἡ ΕΚ τῇ ΒΓ· καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἐνόπτρου καὶ τοῦ προσώπου φαίνεται τὸ εἴδωλον.

Si facies retrahatur à speculo, imago adhuc minor videbitur.

ΑΝΑΓΟΜΕΝΟΥ δὲ τοῦ προσώπου, ἔτι ἔλασσον φαίνεται τὸ εἴδωλον.

Sit enim MN facies eadem quæ erat in BΓ, sed remotior à speculo quam esset BΓ, habeatque eundem situm ad speculum: ergo recta linea ducta à puncto M ad Z centrum & producta cadet supra K, ut in Λ; linea autem ducta à N ad Z & producta cadet supra E, ut ad Θ: imago igitur ipsius MN est ipsa ΘΛ; & minor est ΘΛ quam EK & propior ad speculum.

Ἔστω γὰρ τὸ ΜΝ πρόσωπον τὸ αὐτὸ τῷ ΒΓ, ἀφεστηκὸς ἀπὸ τοῦ ΒΓ κείμενον ὁμοίως· ἐκεῖνο ἀπὸ τοῦ Μ ἐπὶ τοῦ Ζ κέντρου ἐπιζευχθεῖσα καὶ ἐκβληθεῖσα ἀνώτερον πεσεῖται τοῦ Κ ὡς τὸ Λ, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ν ἐπὶ τὸ Ζ ἀνώτερον τοῦ Ε ἕως τοῦ Θ· φαίνεται ἄρα τὸ ΜΝ ὡς τὸ ΘΛ· καὶ ἔστιν ἔλασσον τὸ ΘΛ τοῦ ΕΚ καὶ ἔγγιον τοῦ ἐνόπτρου.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λʹ.

Δυνατόν ἐστιν ἔνοπτρον κατασκευασθῆναι, ὥστε ἐν τῷ αὐτῷ φαίνεσθαι πλείω πρόσωπα· τὰ μὲν μείζονα, τὰ δὲ ἐλάσσονα· καὶ τὰ μὲν ἔγγιον, τὰ δὲ πορρώτερον· καὶ τὰ μὲν δεξιά, δεξιά· τὰ δὲ ἀριστερά, ἀριστερά.

Ἔστω γὰρ ἐπίπεδον τὸ ΑΜ· οὐκοῦν ἐν τούτῳ γένοιτο ἂν κυρτὰ μὲν ἔνοπτρα, οἷα τὰ ΑΒΓ, ΘΚΛ, κοῖλα δέ, οἷα τὰ ΓΔΕ, ΖΗΘ, ἐπίπεδα δέ, οἷα ΕΖ, ΑΜ. τεθέντος οὖν τοῦ προσώπου ὄντος τὸ Ν, φαίνεται ἀπὸ μὲν τῶν ἐπιπέδων ἴσα τὰ εἴδωλα καὶ ἴσον ἀπέχοντα· ἀπὸ δὲ τῶν κυρτῶν ἐλάσσονα καὶ ἔλασσον ἀπέχοντα· ἀπὸ δὲ τῶν κοίλων παντοδαπῶς, καθάπερ δέδεικται.

PROP. XXX. THEOR.

Speculum ejuſmodi conſtrui poteſt, ut in eo plures facies appareant; quædam majores, quædam minores; quædam propiores, quædam remotiores; & earum dextræ partes à dextris, & ſiniſtræ à ſiniſtris appareant.



SIT enim planum AM: ergo in eo eſſe poſſunt ſpecula convexa quidem, qualia ſunt ABΓ, ΘKΛ; cava autem, qualia ſunt ΓΔE, ZHΘ; plana vero, qualia ſunt EZ, AM. facie igitur poſita in loco N, apparebunt ejus imagines æquales quidem, & æqualiter à ſpeculo diſtantes [per 19 catop.] in planis; in convexis autem [per 20. & 21. catop.] minores & minus diſtantes; at in cavis omnifariam, ut oſtenſum eſt.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λαʹ.

Ἐκ τῶν κοίλων ἐνόπτρων πρὸς τὸν ἥλιον τεθέντων πῦρ ἐξάπτεται.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΒΓ, ἥλιος δὲ ὁ ΕΖ, κέντρον δὲ τοῦ κατόπτρου τὸ Θ, καὶ ἀπό τινος σημείου τοῦ Δ ἐπιζευχθεῖσα μὲν ἐπὶ τὸ Θ κέντρου ἡ ΔΘ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Β, προσπιπτέτω δὲ ἡ ΔΓ ἀκτίς, καὶ ἀνακεκλάσθω ἐπὶ τὸ Κ· ἀνακλασθήσεται δὴ ἐπάνω τοῦ Θ κέντρου, ἡ γὰρ γωνία ἡ πρὸς τῇ περιφερείᾳ ἡ Π ἐλάσσων ἐστὶ τῆς πρὸς τῇ περιφερείᾳ λοιπῆς τῆς ὑπὸ ΒΓΔ. καὶ ἔστω ἡ ΑΒ περιφέρεια ἴση τῇ ΒΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἄλλη τις ἀκτὶς προσπιπτέτω ἡ ΔΑ· φανερὸν οὖν ὅτι ἀνακλωμένη ἡ ΔΑ ἀκτὶς πεσεῖται ἐπὶ τὸ Κ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΑΒ περιφέρειαν τῇ ΒΓ. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται ὅτι πᾶσαι αἱ ἀπὸ τοῦ Δ προσπίπτουσαι πρὸς τὸ ἔνοπτρον καὶ ἴσας [1] ἀπολαμβάνουσαι εἰς τὸ αὐτὸ συμπεσοῦνται τῇ ΒΘ ἀνώτερον τοῦ Θ.

Ἔστω πάλιν κοῖλον ἔνοπτρον τὸ ΑΒΓ, ἥλιος δὲ ὁ ΔΕΖ, καὶ ἀπό τινος σημείου τοῦ Ε διὰ τοῦ Θ κέντρου ἔστω ἡ ΕΘΒ, καὶ ἀπ' ἄλλων διὰ τῶν Δ, Ζ αἱ ΔΘΓ, ΖΘΑ. οὐκοῦν προαποδεδείχαμεν ὅτι αἱ ἀπὸ τοῦ Ε ἀκτῖνες συμπεσοῦνται εἰς ἑαυτὰς διὰ

PROP. XXXI. THEOR.

A concavis ſpeculis ſoli oppoſitis ignis accenditur.



SIT cavum ſpeculum ABΓ, ſol autem EZ, centrum vero ſpeculi ſit Θ; & ab aliquo ſolis puncto, Δ videlicet, ad centrum Θ connexa ΔΘ producatur uſque ad B; radius autem ΔΓ cadat & reflectatur ad K: reflectetur ergo ſupra centrum Θ; angulus enim Π ad circumferentiam minor eſt angulo BΓΔ ad circumferentiam. ſit ergo circumferentia AB æqualis BΓ, & à puncto Δ cadat aliquis alius radius ΔA. conſtat ergo fore ut radius ΔA ſe reflectens cadat in K; eo quod circumferentia AB æqualis eſt BΓ. eodem modo oſtendetur fore, ut omnes radii à puncto Δ in ſpeculum cadentes, & æquales circumferentias comprehendentes, concurrant cum BΘ in puncto ſuperiore quam Θ.

Sit rurſus ſpeculum cavum ABΓ, ſol autem ΔEZ; & ab ejus aliquo puncto E ducatur recta linea EΘB per centrum Θ, & ab aliis punctis Δ, Z ducantur radii ΔΘΓ, ZΘA. itaque demonſtravimus quod radii à puncto E in ſeipſos reflectantur, propter angulos Π, P

1 Sc. περιφερείας, utrinque à B puncto. *Savil.*

inter

inter se æquales; est enim EB diameter. & ZΘA in seipsum recurret, propter angulos K, Λ inter se æquales; & ΔΘΓ redibit in seipsum, propter angulos N, Ξ inter se æquales. quod vero omnes isti in seipsos reflectantur, patet: quia enim per centrum transeunt, dividunt speculum in semicirculos; semicirculorum autem anguli æquales sunt: radii vero omnes reflectuntur ad æquales angulos; ergo in seipsos recurrunt: omnes igitur à sole per centrum, missi à punctis quibuslibet, in centrum concurrent. his igitur radiis incalescentibus, congeretur ignis circa centrum: quare stupa ibi posita incendetur.



γωνίας ἴσας ἔσας, διάμετροι γάρ εἰσιν. αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Z διὰ τὰς K, Λ γωνίας, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΓΔ διὰ τὰς N, Ξ γωνίας ἴσας ἔσας. ὅτι δὲ πᾶσαι αὗται εἰς ἑαυτὰς ἀνακλῶνται, δῆλον· ἐκ γὰρ τοῦ κέντρου οὖσαι ἡμικύκλια ποιοῦσι, αἱ δὲ τῶν ἡμικυκλίων γωνίαι ἴσαι εἰσί· δι' ἴσων ἄρα γωνιῶν αἱ ἀνακλάσεις γίνονται, εἰς ἑαυτὰς οὖν ἀνακλῶνται· πᾶσαι ἄρα συμπεσοῦνται ἀπὸ πάντων τῶν σημείων ἐπὶ τὰς διὰ τοῦ κέντρου καὶ ἐν τῷ κέντρῳ ἀκτῖνας. τούτων οὖν τῶν ἀκτίνων ἐκθερμαινομένων, περὶ τὸ κέντρον πῦρ ἀθροίζεται· ὥστε ἐνταῦθα στυππεῖον τεθὲν ἐξαφθήσεται.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΚΑΤΟΠΤΡΙΚΩΝ.

FINIS EUCLIDIS CATOPTRICORUM.

ΕΥ-

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ,

ΩΣ ΟΙΟΝΤΑΙ ΤΙΝΕΣ,

ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ.

EUCLIDIS,

UT QUIDAM ARBITRANTUR,

DE DIVISIONIBUS

LIBER.

VEL UT ALII VOLUNT,

MACHOMETI BAGDEDINI

LIBER

DE DIVISIONIBUS

SUPERFICIERUM.

EUCLIDIS
DE
DIVISIONIBUS
LIBER.

Propositio I. Problema.

Per lineam protractam ab angulo trianguli, illum triangulum ſecundum proportionem datam dividere.

SIT triangulus A B C, & oporteat per lineam deſcendentem ab angulo A dividere triangulum A B C ſecundum proportionem E ad F. dividam enim lineam B C in puncto D ſecundum proportionem E ad F, per doctrinam decimæ ſexti; & protracta linea A D, propoſitum patet per primam ſexti.



Prop. II. Probl.

Per lineam ductam à puncto, in latere dati trianguli aſſignato, dictum triangulum ſecundum proportionem datam dividere.

SIT triangulus A B C, in cujus latere B C ſignetur punctum D, à quo ducere oporteat lineam dividentem triangulum ſecundum proportionem M ad N; & jungatur D A. ab illo igitur extremo lateris B C, verſus quod voluero habere conſequens in relatione diviſionis, quod (gratia exempli) ſit punctum C, erigam lineam æquidiſtantem lineæ D A donec concurrat in E puncto cum linea B A ulterius protracta. quod autem concurrent, patet per 29. & 17. primi. erit igitur proportio M ad N aut æqualis proportioni B A ad A E, aut major, aut minor. ſit primo æqualis. erit igitur per primam ſexti, proportio B A D trianguli ad A D E triangulum, ſicut proportio M ad N. ſed per 37. primi, triangulus A D E eſt æqualis triangulo A D C: igitur per 7. quinti, proportio trianguli A B D ad triangulum A D C eſt ſicut proportio M ad N. quod fuit probandum.



Sit autem ſecundo, proportio M ad N minor proportione B A lineæ ad A E lineam. itaque dividam B E lineam ſecundum proportionem M ad N: cadet igitur diviſio inter B & A per 8. quinti. cadat in puncto F, & protrahatur linea D F, quam dico dividere triangulum ſecundum proportionem M ad N. *Probatio.* ducta enim linea D E, erit per 37. primi, triangulus A D E æqualis triangulo A D C. poſito igitur triangulo A F D communi; erit triangulus F D E æqualis figuræ quadrilateræ A F D C. cum igitur ex 1. ſexti, proportio trianguli B F D ad triangulum F E D ſit ſicut B F ad F E, & per conſequens ſicut M ad N: proportio trianguli B F D ad figuram quadrilateram A F D C eſt ſicut proportio M ad N. patet igitur propoſitum.



Sit tertio, proportio M ad N major proportione B A ad A E. dividatur igitur B E in puncto F, quod erit inter A & E, ſecundum proportionem M ad N, & ducatur F G æquidiſtanter lineæ C E donec concurrat cum linea A C ad punctum G; deinde jungatur linea G D: dico lineam G D dividere triangulum ſecundum proportionem datam. ducantur enim lineæ D F & D E. eſt igitur triangulus A D E æqualis triangulo A D C, per 37. primi; & per eandem, triangulus A D F æqualis eſt triangulo A D G: duo igitur reſidui, ſcilicet triangulus F D E & triangulus G D C, ſunt æquales. poſito etiam triangulo A B D communi duobus triangulis A F D & A G D æqualibus; erit triangulus B F D æqualis quadrilateræ figuræ B A G D: igitur triangulus F B D ad triangulum F D E eſt ſicut figura



figura quadrilatera B A G D ad triangulum G C D: triangulus vero F B D ad triangulum F D E est sicut M ad N, per hypothesim & primam sexti: igitur proportio figuræ quadrilateræ B A G D ad triangulum G D C est sicut proportio M ad N. quod fuit propositum.

Prop. III. Probl.

Per lineam æquidistantem assignato lateri noti trianguli, [1] illum triangulum secundum proportionem datam dividere.

SIT proportio data H K ad K L; & triangulus A B C, quem secundum proportionem datam volo dividere per lineam æquidistantem lateri ejus B C. ab angulo enim A, versus quem volo habere antecedens in proportione quærenda, protraham lineam A E orthogonaliter super lineam A C, & sibi æqualem; & protrahatur linea E A secundum rectitudinem usque ad F, donec sit proportio E A ad A F sicut H L ad H K, & posito centro in medio puncto lineæ F E, quod sit M, describatur semicirculus F D E, secundum quantitatem lineæ M E: qui quidem semicirculus secabit lineam A C super punctum D;



propter hoc quod linea A D minor est quam linea A E, & linea A E æqualis est lineæ A C. ducta igitur linea D G æquidistanter lineæ B C: dico quod proportio trianguli A G D ad superficiem G B C D est sicut proportio H K ad K L. *Probatio.* Proportio enim trianguli A B C ad triangulum A G D est sicut A C ad A D proportio duplicata, per 19. sexti. sed A C & A E sunt æquales: igitur proportio A B C trianguli ad A G D triangulum est sicut proportio A E ad A D duplicata. proportio autem A E ad A D duplicata est sicut A E ad A F, per 31. tertii & 8 sexti: igitur proportio trianguli A B C ad triangulum A G D est sicut proportio E A ad A F. proportio vero E A ad A F est sicut H L ad H K: igitur proportio A B C ad A G D est sicut L H ad H K: igitur divisim proportio superficiei G B C D ad triangulum A G D est sicut L K ad K H: igitur è contra A G D ad G B C D est sicut proportio H K ad K L. quod fuit probandum.

Prop. IV. Probl.

Per lineam æquidistantem perpendiculari [2], ab angulo trianguli super basim protractæ, illum triangulum secundum proportionem datam dividere.

SIT proportio data K L ad L M; secundum illam volo dividere triangulum A B C per lineam æquidistantem perpendiculari A D. dividam enim lineam K M secundum proportionem B D lineæ ad lineam D C. & sit primo (gratia exempli) quod illa divisio cadat in puncto L. est igitur proportio K L ad L M sicut B D ad D C, & per consequens, sicut trianguli A B D ad triangulum A D C, per primam sexti: igitur linea A D dividit triangulum secundum proportionem datam.



Sit autem secundo, proportio K G ad G M sicut proportio B D ad D C; ita quod G sit inter L & M. deinde dividam triangulum A B D, juxta præmissam, per lineam æquidistantem lateri A D secundum proportionem K L ad L G; & sit linea sic dividens triangulum F E: dico igitur quod proportio trianguli F B E ad superficiem A F E C est sicut proportio K L ad L M. *Probatio.* nam proportio trianguli A D C ad triangulum A B D est sicut proportio M G ad G K: igitur conjunctim, per 18. quinti, proportio trianguli A B C ad triangulum A B D est sicut proportio M K ad K G. proportio autem trianguli A B D ad triangulum F B E [3] est sicut proportio K G ad K L: igitur, secundum æquam proportionalitatem per 22. quinti, erit proportio trianguli A B C ad triangulum F B E sicut proportio M K ad K L: igitur divisim, proportio superficiei A F E C ad triangulum F B E est sicut proportio M L ad K L: igitur è contra, proportio K L ad L M est sicut trianguli F B E ad superficiem A F E C. quod fuit probandum.



Sit tertio, proportio K H ad H M sicut B D ad D C, ita quod H sit inter K & L. deinde dividam, per præmissam, triangulum A D C secundum proportionem H L ad L M per lineam N O æquidistantem lateri A D: dico igitur quod proportio superficiei N A B O ad triangulum N O C est sicut proportio K L ad L M. *Probatio.* Proportio namque trianguli A B D ad triangulum A D C est sicut K H



1 Vel, ab illo triangulo portionem assignatam auferre: sic enim utitur in sequenti *Savil.* 2 Nihil est neque in κατασκευῇ, nec in demonstratione, ubi hæc perpendicularitas requiratur. satis erat simpliciter dixisse, rectæ lineæ basim ὡς ἔτυχε secari. deinde, in perpendicularibus quidem extra triangulum cadentibus non valde congruit demonstratio, nisi mutatis prius mutandis. *Idem.* 3 Nam supra F A D E ad E F B est ut G L ad K L: ergo conjunctim A B D ad F B E ut K G ad K L.

ad

ad H M, per primam sexti & 11. quinti. igitur conjunctim, per 18. quinti, proportio trianguli A B C ad triangulum A D C est sicut proportio K M ad H M: proportio autem trianguli A D C ad triangulum N O C [1] est sicut proportio H M ad L M. igitur secundum æquam proportionalitatem, proportio trianguli A B C ad triangulum N O C est sicut K M ad L M. igitur divisim, proportio superficiei N A B O ad triangulum N O C est sicut proportio K L ad L M. quod fuit propositum.

Prop. V. Probl.

Triangulum notum, per lineam æquidistantem lineæ ab angulo ejus ductæ, quæ [2] nec æquidistet alicui laterum ejus, neque alicui perpendicularium ejus, secundum proportionem datam dividere.

HÆC conclusio probari potest sicut præmissa. potest etiam & aliter sic probari. sit proportio data M ad N: & sit triangulus A B C, quem volo dividere secundum proportionem M ad N, per lineam æquidistantem lineæ A D, quæ descendat ab angulo A; nec sit perpendicularis, nec æquidistans alicui laterum trianguli. dividam igitur lineam B C secundum proportionem M ad N & cadat primo (gratia exempli) divisio in puncto D. linea igitur A D, per primam sexti, dividit triangulum secundum proportionem M ad N datam.



Cadat secundo divisio inter B & D in puncto E; ita quod sit proportio B E ad E C sicut M ad N. tunc ponam lineam B F mediam proportionaliter inter lineas B D & B E: & protracta linea F G æquidistanter lineæ A D, dico quod illa dividit triangulum secundum quod proponitur. *Probatio.* Protraham enim lineam A E. proportio igitur trianguli A B D ad triangulum G B F est sicut proportio B D ad B E. sed secundum proportionem B D ad B E est proportio trianguli A B D ad triangulum A B E. igitur eadem est proportio trianguli A B D ad triangulum G B F, & ad triangulum A B E. igitur trianguli G B F & A B E sunt æquales. posito igitur H in sectione linearum A E, G F, patet quod trianguli A G H & E F H sunt æquales; quibus addita superficie A H F C, erit triangulus A E C æqualis superficiei A G F C. eadem igitur est proportio trianguli A B E ad triangulum A E C sicut trianguli B F G ad superficiem A G F C. sed proportio trianguli A B E ad triangulum A E C est sicut proportio M ad N data. igitur liquet propositum.



Cadat tertio divisio inter D & C in puncto E, ita quod sit proportio B E ad E C sicut M ad N. ponam igitur lineam C K mediam proportionalem inter D C & E C. tunc protracta linea K L æquidistanter lineæ A D, dico quod illa dividit triangulum secundum quod proponitur. nam, ut prius, proportio trianguli A D C ad triangulum L K C est sicut proportio D C ad K C duplicata; & per consequens, est sicut proportio D C ad E C. & secundum eandem proportionem est proportio trianguli A D C ad triangulum A E C: igitur trianguli L K C & A E C sunt æquales, quare & trianguli A H L & K H E etiam sunt æquales. superficies igitur L A B K æqualis est triangulo A B E. igitur eadem est proportio superficiei L A B K ad triangulum L K C, quæ est trianguli A B E ad triangulum A E C. illa vero proportio est sicut M ad N. igitur patet propositum.



Nota, quod hoc modo probari potest præmissa conclusio: & est hæc probatio facilior quam præmissæ. [3]

Prop. VI. Probl.

Triangulum notum, per lineam æquidistantem cuicunque lineæ in eo protractæ, sive ab angulo protrahatur, sive non, secundum proportionem datam dividere.

SI enim linea signata sit æquidistans [4] alicui lateri trianguli, habebitur intentum per tertiam hujus. si etiam dicta linea ab aliquo angulo descendat, habebitur propositum per præmissam. quod si assignata linea neque descendat ab angulo aliquo trianguli, neque alicui ejus lateri fuerit æquidistans, ut in triangulo A B C assignetur linea D E, quæ non sit æquidistans lineæ A C, sed concurreret cum ea ex parte C si utraque ulterius protraheretur; tunc ab angulo, ex parte



[1] Per conjunctam ut in priore parte. *Savil.* [2] Nam si æquidistans ponatur tertio lateri (neque enim potest esse alicui alteri æquidistans, nisi per æquidistantiam etiam coincidentiam intelligamus) cadit ea πτῶσις in 3. hujus. sed totum est frigidum: nam quod sequitur *neque alicui perpendicularium ejus* melius esset *neque super basim perpendicularis sit*, & etiam est in ἐκθέσει totum problema melius hoc modo proponeretur: *Triangulum datum per lineam æquidistantem lineæ ab angulo ejus ad basim ductæ quomodocunque, secundum proportionem datam dividere.* Idem. [3] Deest illa πτῶσις in qua A D non secat lineam B C, sed extra cadit; quam tamen supplere non est difficile *Idem.* [4] Vel coincidat. *Idem.*

cujus esset concursus, ut ab angulo C, protrahatur linea C F in triangulo æquidistanter lineæ assignatæ, scilicet lineæ D E: & tunc per præmissam dividatur triangulus per lineam æquidistantem lineæ C F secundum proportionem datam. patet per 30. primi, quod ille tunc dividitur per lineam æquidistantem lineæ D E; & sic liquet propositum, quantumcunque extranee linea protrahatur.



Prop. VII. Probl.

Per lineam protractam ab angulo noti quadranguli, illum quadrangulum secundum proportionem datam dividere.

SIT proportio data M ad N: & sit quadrangulus A B C D; à cujus angulo A volo protrahere lineam dividentem quadrangulum secundum proportionem M ad N. protraham enim diametrum A C; & à puncto D protraham lineam D F æquidistantem lineæ A C, donec concurrat cum linea B C in puncto F: deinde dividam lineam B F secundum proportionem M ad N; & cadat primo divisio in puncto C: ita quod eadem sit proportio B C ad C F quæ est M ad N. dico igitur quod linea A C dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. *Probatio.* Nam triangulus A D C æqualis est triangulo A F C, per 37. primi. sed proportio trianguli A B C ad triangulum A C F est sicut proportio M ad N, per primam sexti. igitur proportio trianguli A B C ad triangulum A C D est sicut proportio M ad N. quod fuit propositum.



Secundo, cadat divisio in E puncto inter B & C; ita quod sit proportio B E ad E F sicut M ad N. tunc protracta linea A E, dico quod proportio trianguli A B E ad superficiem A E C D est sicut proportio M ad N. *Probatio.* Protraham enim lineam A F. erit ergo triangulus A D C æqualis triangulo A F C, per 37. primi. posito igitur triangulo A E C communi utrique, erit superficies A E C D æqualis triangulo A E F. igitur eadem est proportio trianguli A B E ad superficiem A E C D, & ad triangulum A E F. cum igitur, per primam sexti, proportio A B E trianguli ad A E F triangulum sit sicut M ad N; patet quod proportio A B E trianguli ad A E C D superficiem est sicut M ad N. quod fuit probandum.



Cadat tertio divisio inter C & F in puncto G; ita quod sit proportio B G ad G F sicut M ad N. tunc protraham lineam G H æquidistanter lineæ D F, quousque concurrat cum linea D C in puncto H: deinde protracta linea A H, dico quod proportio superficiei A B C H ad triangulum A D H est sicut proportio M ad N. *Probatio.* Producam enim lineam A G. erit igitur triangulus A H C æqualis triangulo A G C. sed & totus triangulus A D C æqualis est toti triangulo A F C. ergo triangulus A D H residuus æqualis est triangulo A F G residuo. posito igitur triangulo A B C communi duobus triangulis A C H & A C G æqualibus; erit superficies A B C H æqualis triangulo A B G. erit igitur proportio superficiei A B C H ad triangulum A D H sicut trianguli A B G ad triangulum A G F. sed proportio trianguli A B G ad triangulum A G F est sicut proportio M ad N. igitur liquet propositum.



Prop. VIII. Probl.

Quadrangulum notum duorum æquidistantium laterum, per lineam ductam à puncto in altero æquidistantium laterum assignato, secundum proportionem datam dividere.

SIT quadrangulus notus A B C D: & punctum assignatum in latere B C æquidistante lateri A D sit E. tunc volo protrahere lineam ab E puncto, dividentem quadrangulum secundum proportionem L ad M. protrahatur enim B C ulterius secundum rectitudinem usque ad F: ita quod linea C F sit æqualis lineæ A D; & ducatur linea A F, secans lineam D C in puncto G. sunt igitur trianguli A D G & G C F similes, & latera A D & C F æqualia. igitur illi trianguli sunt æquales. addito igitur A B C G communi utrique, patet quod quadrangulus A B C D æqualis est triangulo A B F. *Istud memoriæ commenda.* Deinde dividam lineam B F secundum proportionem L ad M. & cadat divisio primo in puncto E, ita quod proportio B E ad E F sit sicut L ad M. tunc protracta linea E A, dico quod illa dividet quadrangulum secundum quod proponitur. nam propter æqualitatem triangulorum A D G & C G F, superficies A E C D æqualis est triangulo A E F. igitur eadem est proportio trianguli A B E ad superficiem A E C D, & ad triangulum A E F: proportio vero A B E ad A E F est sicut proportio L ad M. igitur proportio A B E ad residuum quadranguli est sicut proportio L ad M. quod est propositum.



Cadat secundo divisio inter B & E in puncto H, ita quod sit proportio B H ad H F sicut L ad ad M. tunc protraham lineam HK æquidistanter lineæ AE; & secet lineam AB in puncto K: deinde protracta linea KE, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. protraham enim lineam AH. & quia lineæ AE, KH sunt æquidistantes; erunt trianguli KAH, & KEH æquales. igitur addito KBH utrique, erit triangulus ABH æqualis triangulo KBE. sed & triangulus AKE æqualis est triangulo AHE. igitur addito AECD communi utrique; erit superficies AKECD æqualis quadrangulo AHCD. quadrangulus vero AHCD æqualis est triangulo AHF, ut supra ostensum est. igitur eadem est proportio trianguli KBE ad superficiem AKECD sicut trianguli ABH ad triangulum AHF: & per consequens sicut L ad M. quod fuit probandum.



Tertio, cadat divisio inter E & F; facta figura, resecabo de linea EF lineam EP æqualem lineæ DA, deinde secabo lineam BF secundum proportionem L ad M.

Et cadat divisio primo in puncto P; ita quod sit proportio BP ad PF sicut L ad M. tunc protraham lineam ED, quam dico dividere quadrangulum secundum formam propositam. *Probatio.* Producam enim lineam PA: & quia linea EP est æqualis lineæ AD, & æquidistans ei, erit triangulus ADE æqualis triangulo APE. posito igitur triangulo ABE communi, erit quadrangulus ABED æqualis triangulo ABP: & per consequens residuus triangulus DEC erit æqualis triangulo residuo APF; propter id quod supra probatum est: scilicet quod quadrangulus ABCD æqualis est triangulo ABF. liquet igitur quod eadem est proportio quadranguli ABED ad triangulum DEC sicut trianguli ABP ad triangulum APF, per 7. quinti. sed proportio trianguli ABP ad triangulum APF est sicut L ad M. igitur proportio ABED ad DEC est sicut L ad M. quod fuit probandum.



Secundo, cadat divisio inter E & P in puncto Q: ita quod sit proportio BQ ad QF sicut L ad M: deinde secabo ex linea AD [1] lineam AR æqualem lineæ EQ. tunc protracta linea ER, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. protraham enim lineam AQ. & quia lineæ AR & EQ sunt æquales & æquidistantes, erunt [per 38.1.] trianguli ARE & AQE æquales: quibus addito triangulo ABE communi, erit quadrangulus ABER æqualis triangulo ABQ. sed probatum est superius, quod totus quadrangulus ABCD æqualis est toti triangulo ABF. igitur quadrangulus RECD residuus æqualis est triangulo AQF residuo. igitur eadem est proportio quadranguli ABER ad quadrangulum RECD sicut trianguli ABQ ad triangulum AQF: & per consequens sicut L ad M. quod fuit propositum.



Tertio, cadat divisio inter P & F in puncto S: ita quod sit proportio BS ad SF sicut L ad M: dividam autem lineam DC secundum proportionem PS ad SF, in puncto T: & protraham lineam ET. dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur: producam enim lineam AS. quia igitur lineæ AD & EP sunt æquales & æquidistantes; erunt trianguli ADE & APE æquales, & per consequens addito triangulo ABE communi, quadrangulus ABED æqualis est triangulo ABP. sed & totus quadrangulus ABCD æqualis est toti triangulo ABF. igitur triangulus DEC æqualis est triangulo PAF. sed & proportio trianguli DET ad triangulum TEC est sicut proportio trianguli PAS ad triangulum SAF. [2] igitur triangulus DET æqualis est triangulo PAS: & triangulus TEC æqualis est triangulo SAF. jam vero probatum fuit quod quadrangulus ABED æqualis est triangulo ABP. igitur addito triangulo DET ad primum, & triangulo PAS sibi æquali ad secundum; erit pentagonus ABETD æqualis triangulo ABS. jam vero probatum fuit quod trianguli TEC & SAF sunt æquales. igitur eadem est proportio pentagoni ABETD ad triangulum TEC sicut trianguli ABS ad triangulum ASF; & per consequens sicut L ad M. quod fuit propositum.



Prop. IX. Probl.

Quemlibet notum quadrangulum, per lineam ductam à puncto in uno laterum non æquidistantium assignato, secundum proportionem datam dividere.

SIT quadrangulus ABCD, cujus duo latera AD, BC non æquidistent. illum igitur quadrangulum volo dividere secundum proportionem M ad N notam, per lineam ductam ab E puncto dato super lineam BC. producam enim duas lineas EA, ED: & extendam DA ex utraque parte secundum rectitudinem, donec linea BF concurreret cum ea in puncto F, æqui-



[1] Quæ æqualis est τῇ EP. *Savil.* [2] Si duo tota æqualia dividantur in parteis eandem inter se rationem habenteis, erunt partes ὁμόλογοι inter se æquales. *Idem.*

distanter lineæ A E: & C G concurreret cum ea in puncto G, æquidistanter lineæ E D. deinde dividam lineam F G secundum proportionem M ad N.

Et primo, cadat divisio inter F & A in puncto H, ita quod sit proportio F H ad H G sicut M ad N; dividam etiam lineam B A secundum proportionem F H ad H A: & cadat divisio in puncto K: ita quod sit proportio B K ad K A sicut F H ad H A. tunc ducta linea K E, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. protraham enim duas lineas E F, E G. erit igitur triangulus A F E æqualis triangulo A B E, per 37. primi; & triangulus D G E æqualis triangulo D C E. addito igitur utrique triangulo A E D, erit triangulus F E G æqualis quadrangulo A B C D proposito. *Hoc memoriæ commenda.* Et quia triangulus A F E est æqualis triangulo A B E; & eadem proportio F H ad H A sicut B K ad K A. igitur, per primam sexti, triangulus E H F æqualis [1] est triangulo E K B. igitur & residuum residuo æquale. triangulus igitur H E G residuus æqualis est pentagono A K E C D. eadem igitur est proportio trianguli E K B ad pentagonum A K E C D sicut trianguli E H F ad triangulum E G H; hoc est, sicut lineæ F H ad lineam H G, & per consequens sicut M ad N. quod fuit probandum.



Secundo, cadat divisio in puncto A, ita quod sit proportio F A ad A G sicut M ad N. tunc protracta linea E A, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. nam triangulus A F E æqualis est triangulo A B E. igitur triangulus A E G residuus æqualis est [2] quadrangulo A E C D residuo. eadem ergo est proportio trianguli A B E ad quadrangulum A E C D sicut trianguli A F E ad triangulum A E G; hoc est, sicut F A ad lineam A G, & per consequens sicut M ad N. quod fuit probandum.



Tertio, cadat divisio inter A & D in puncto L, ita quod sit proportio F L ad L G sicut proportio M ad N. tunc dico quod linea E L dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. cum enim trianguli A F E & A B E sint æquales, addito utrique triangulo L A E, erit triangulus L F E æqualis quadrangulo A B E L. igitur triangulus L E G residuus æqualis est [3] quadrangulo L E C D residuo. igitur eadem est proportio quadranguli A B E L ad quadrangulum L E C D sicut trianguli L F E ad triangulum L E G: & per consequens sicut proportio M ad N. quod fuit probandum.



Quarto, cadat divisio in puncto D: quia tunc trianguli D G E & D C E sunt æquales, erit triangulus D F E residuus æqualis quadrangulo D A B E residuo. igitur eadem est proportio quadranguli A B E D ad triangulum D E C sicut trianguli D F E ad triangulum D E G; hoc est, sicut lineæ F D ad lineam D G, & per consequens sicut M ad N. linea igitur D E dividit quadrangulum, secundum quod proponitur.



Quinto, cadat divisio in puncto P inter D & G; ita quod proportio F P ad P G sit sicut M ad N. tunc protraham lineam P Q æquidistantem lineæ C G, donec concurrat cum linea C D in puncto Q. protracta igitur linea E Q, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. protraham enim lineam P E. erit igitur triangulus D E P æqualis triangulo D E Q, per 37. primi. posito igitur triangulo A E D communi, erit triangulus A E P æqualis quadrangulo A E Q D. duo etiam trianguli A F E & A B E sunt æquales. igitur triangulus F E P æqualis est pentagono A B E Q D. erit igitur triangulus P E G residuus æqualis triangulo Q E C residuo: igitur eadem est proportio pentagoni A B E Q D ad triangulum Q E C sicut trianguli F E P ad triangulum P E G; hoc est, sicut lineæ F P ad lineam P G: & per consequens sicut M ad N. quod fuit propositum.



Prop. X. Probl.

Proposita linea nota, duabusque lineis à terminis ejus protractis, angulos qualescunque cum ea ex eadem parte causantibus, superficiem propositæ superficiei [4] notæ æqualem, super lineam notam propositam designare, ita quod dicta superficies [5] inter lineam illam notam, & lineam sibi æquidistantem, atque inter dictas duas ex una parte, vel ex altera notæ lineæ protractas lineas, includatur.

Verbi gratia sit linea A B nota: & duæ lineæ A D, B C secundum libitum situatæ. volo super lineam A B constituere superficiem æqualem superficiei M notæ, inclusam inter lineas

[1] Nam tota A F E, A B E æqualia sunt: & partes F H E, H E A rationem habent quam B E K, K E A, per 1. 6. ut in præcedente. *Savil.* [2] Nam triangulus F E G æqualis est quadrangulo A B C D, eodem argumento quo supra. *Idem.* [3] Nam F E G, A B C D sunt æqualia, ut supra. *Idem.* [4] Rectilineæ. *Idem.* [5] Id est, claudatur his quatuor rectis lineis, linea proposita, duabus protractis, & linea propositæ æquidistante. *Idem.*

neas A D, B C, & inter A B, & lineam sibi æquidistantem. duo igitur anguli D A B & C B A aut sunt æquales duobus rectis, aut majores, aut minores. sint primo æquales duobus rectis. erit igitur [per 28. 1.] linea A D æquidistans lineæ B C. faciam igitur, per 44. 1, super lineam A B superficiem æquidistantium laterum, cujus anguli sint æquales angulis D A B, C B A, & ipsa superficies sit æqualis superficiei M: & patet propositum.



Sint secundo, duo anguli DAB & CBA minores duobus rectis. concurrent igitur [per 11. ax.] duæ lineæ A D, B C ex parte C D. concurrant autem in puncto E. nisi igitur triangulus E A B fuerit major superficie M; ex parte D C non potest talis superficies constitui, qualem volumus: sed tunc ex parte alia fieri oportebit. sit igitur triangulus E A B major superficie M: & sit [1] proportio trianguli E A B ad superficiem M sicut linea F H ad lineam F G: & sit linea K media proportionalis inter F H & G H. deinde secabo ex linea E B lineam E C, quæ se habeat ad lineam E B sicut linea K ad lineam F H. tunc protracta C D æquidistanter lineæ B A, dico quod superficies A B C D est æqualis superficiei M. *Probatio.* Nam proportio trianguli B A E ad triangulum C D E est, per 19. sexti, sicut proportio B E ad C E duplicata. igitur & sicut proportio F H ad K duplicata: & per consequens proportio trianguli B A E ad triangulum C D E est sicut proportio F H ad G H. igitur eversim, proportio trianguli B A E ad quadrangulum B A D C est sicut proportio F H ad F G. sed quæ est proportio F H ad F G, eadem est trianguli B A E ad superficiem M. igitur eadem est proportio trianguli B A E ad superficiem M, & ad quadrangulum B A D C. quare superficies M & quadrangulus B A D C sunt æquales. & hoc est quod volumus.



Sint tertio, duo anguli D A B & C B A majores duobus rectis. concurrent igitur ex parte A B. sitque in puncto E. ponam igitur proportionem G H ad G F secundum proportionem trianguli A B E ad superficiem M: sitque linea K media proportionalis inter F H & G H: & ponam proportionem E C ad E B secundum proportionem F H ad K. tunc protracta C D æquidistanter lineæ A B, dico quod superficies M æqualis est quadrangulo A B C D. *Probatio.* Proportio enim trianguli C D E ad triangulum B A E est (ut supra ostensum est) sicut proportio F H ad G H. igitur eversim, proportio C D E trianguli ad quadrangulum C D A B est sicut proportio F H ad F G. igitur disjunctim, proportio A B E trianguli ad quadrangulum A B C D est sicut proportio G H ad G F: & per consequens sicut proportio ejusdem trianguli A B E ad superficiem M. igitur quadrangulus A B C D & M superficies sunt æquales. & hoc volumus demonstrare.



Prop. XI. Probl.

Quadrangulum æquidistantium laterum, per lineam uni suorum laterum æquidistantem, secundum proportionem datam dividere.

SIT quadrangulus æquidistantium laterum A B C D: quem volo dividere secundum proportionem G ad H, per lineam æquidistantem lateri ejus A B. dividam enim lineam B C in puncto E secundum proportionem G ad H: & protraham lineam E F æquidistantem lineæ A B: & habetur propositum.



Nam per primam sexti, eadem est proportio quadranguli A B E F ad quadrangulum F E C D sicut lineæ B E ad lineam E C: & per consequens sicut G ad H. quod fuit propositum.

Prop. XII. Probl.

Quadrangulum duorum tantum æquidistantium laterum, per lineam æquidistantibus ejus lateribus æquidistantem, secundum proportionem datam dividere.

SIT quadrangulus A B C D, cujus tantum duo latera A D & B C æquidistent. illum igitur quadrangulum volo dividere secundum proportionem M ad N, per lineam æquidistantem lateribus ejus A D & B C: latera enim ejus A B & D C concurrent necessario. sitque in puncto E: & ponam proportionem H O ad L O secundum proportionem trianguli D A E ad triangulum C B E. convertendo igitur & dividendo, erit proportio trianguli C B E ad quadrangulum D A B C sicut L O ad L H. dividam autem lineam H L in puncto K secundum proportionem M ad N; ita quod sit proportio H K ad K L sicut M ad N. & sit linea P media proportionalis inter lineas K O & O L: & ponam proportionem F E ad C E secundum proportionem K O ad P. deinde protraham li-



[1] Etiam hic opus est alio problemate. *Datis duabus figuris planis rectilineis, & linea recta, rectam lineam reperire quarto loco proportionalem.* rectilineas dico; nam si figuræ proponantur circulares aut ex mixtarum genere, næ problema istuc multo erit ἀλυτότερον eo quod ab auctore proponitur. *Savil.*

 neam

neam F G æquidistantem lineæ D A. dico igitur quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. *Probatio*. Nam proportio trianguli F G E ad triangulum C B E est sicut F E ad C E proportio duplicata. igitur & sicut K O ad P proportio duplicata: & per consequens proportio trianguli F G E ad triangulum C B E est sicut proportio K O ad L O. igitur divisim proportio quadranguli F G B C ad triangulum C B E est sicut proportio K L ad L O. proportio vero trianguli C B E ad quadrangulum A B C D (ut supra ostensum est) est sicut proportio L O ad L H. igitur per æquam proportionalitatem, proportio quadranguli F G B C ad quadrangulum A B C D est sicut proportio K L ad L H. igitur disjunctim, proportio quadranguli F G B C ad quadrangulum A G F D est sicut proportio K L ad K H. igitur è contra, proportio A G F D ad G B C F est sicut H K ad K L; & per consequens sicut M ad N. quod fuit propositum.



Prop. XIII. Probl.

Quadrangulum duorum tantum æquidistantium laterum, per lineam æquidistantem uni suorum laterum non æquidistantium, secundum proportionem datam dividere.

Sint quadranguli A B C D duo tantum latera A D, B C æquidistantia. illum igitur quadrangulum volo dividere secundum proportionem M ad N, per lineam æquidistantem lateri ejus A B. ab altero igitur angulorum C vel D, protraham lineam intra quadrangulum æquidistantem lineæ A B: & sit, gratia exempli, linea D E. deinde protraham E B secundum rectitudinem usque ad F, donec B F sit æqualis B E, & dividam lineam F C secundum proportionem M ad N. & primo cadat divisio in puncto E; ita quod sit proportio F E ad E C sicut M ad N. dico igitur quod linea D E dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. *Probatio*. Protraham lineam D F. est igitur proportio trianguli F D E ad triangulum E D C sicut proportio F E ad E C; igitur & sicut proportio M ad N. sed per 1. sexti, & 41. primi, quadrangulus A B E D æqualis est triangulo F D E. igitur proportio quadranguli A B E D ad triangulum D E C est sicut M ad N. quod fuit propositum.



Secundo, cadat divisio inter F & E; ita quod major sit proportio F E ad E C quam sit proportio M ad N. divisa igitur E C linea per æqualia in puncto G; erit major proportio B E ad E G quam M ad N, propter hoc quod linea B E est medietas lineæ F E, & linea E G est medietas lineæ E C. divisa igitur linea B G secundum proportionem M ad N, cadet divisio inter B & E: sitque in puncto H; ita quod eadem sit proportio B H ad H G sicut M ad N. tunc protracta linea H K æquidistanter lineæ B A, dico quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. protraham enim A D lineam secundum rectitudinem usque ad L; quousque concurrat cum linea G L æquidistanter lineæ D E. quia igitur linea E C est dupla lineæ E G, erit parallelogrammum D E G L æquale triangulo D E C. addito igitur utrique quadrangulo K H E D, erit quadrangulus K H G L æqualis quadrangulo K H C D.



igitur eadem est proportio quadranguli A B H K ad quadrangulum K H G L, & ad quadrangulum K H C D. proportio vero quadranguli A B H K ad quadrangulum K H G L est sicut proportio B H ad H G: & per consequens sicut M ad N. igitur proportio quadranguli A B H K ad quadrangulum K H C D est sicut proportio M ad N. quod est propositum.

Tertio cadat divisio inter E & C, in puncto R, ita quod sit proportio F R ad R C sicut M ad N. tunc protraham lineam D R; & per 3. hujus, dividam triangulum D E C secundum proportionem trianguli D E R ad triangulum D R C, per lineam P Q æquidistantem lateri ejus D E; ita quod sit quadrangulus D E P Q æqualis triangulo D E R: & etiam triangulus Q P C æqualis triangulo D R C. dico igitur quod linea P Q dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. proportio enim trianguli F D R ad triangulum R D C est sicut proportio M ad N. sed quadrangulus A B E D æqualis est triangulo F D E: & quadrangulus D E P Q æqualis est triangulo D E R. igitur pentagonus A B P Q D est æqualis triangulo F D R. sed & triangulus D R C æqualis est triangulo Q P C. igitur proportio pentagoni A B P Q D ad triangulum Q P C est sicut proportio trianguli F D R ad triangulum D R C: & per consequens sicut proportio M ad N. quod fuit propositum.



Consimiliter operaremur per lineam æquidistantem lateri ejus D C, & patet totum quod proposuimus.

Prop. XIV. Probl.

Quadrangulum nulla habentem æquidistantia latera, per lineam uni suorum laterum æquidistantem, secundum proportionem datam dividere.

Verbi gratia quadranguli A B C D nulla sint æquidistantia latera: illum tamen volo dividere secundum proportionem V ad X, per

lineam

lineam æquidiſtantem lateri ejus A B. protraham enim ab altero angulorum C vel D lineam æquidiſtantem lineæ A B, tranſeuntem intra quadrangulum: & ſit (gratia exempli) linea D E, & protraham duas lineas E A, B D ſecantes ſe in puncto O: & extendam lineam C B ſecundum rectitudinem uſque ad F, donec ſit proportio F B ad B E ſicut proportio A O ad O E, & protraham lineam F D. deinde dividam lineam F C ſecundum proportionem V ad X. & primo, cadat diviſio in puncto E; ita quod ſit proportio F E ad E C ſicut proportio V ad X. dico igitur quod linea D E dividit quadrangulum, ſecundum quod proponitur. *Probatio.* Nam proportio trianguli A D O ad triangulum O D E eſt ſicut proportio A O ad O E: & etiam proportio trianguli A B O ad triangulum O B E eſt ſicut proportio A O ad O E. igitur aggregando, proportio trianguli B A D ad triangulum B E D eſt ſicut proportio A O ad O E: & per conſequens ſicut proportio F B ad B E. & ſecundum eandem proportionem eſt triangulus F D B ad triangulum B E D. igitur [per 9.5.] triangulus B A D æqualis eſt triangulo F B D. addito igitur B D E triangulo communi utrique, erit triangulus F D E æqualis quadrangulo A B E D. ſed proportio trianguli F D E ad triangulum E D C eſt ſicut proportio F E ad E C: & per conſequens ſicut proportio V ad X. igitur proportio quadranguli A B E D ad triangulum E D C eſt ſicut proportio V ad X. quod fuit propoſitum.



Secundo, cadat diviſio inter F & E (ſive intra quadrangulum, ſive extra, non eſt cura): ſitque in puncto G: ita quod ſit proportio F G ad G C ſicut proportio V ad X; & protraham lineam G D. erit igitur proportio trianguli F G D ad triangulum G D C ſicut V ad X. adjungam igitur, per 10. hujus, ad lineam A B ſuperficiem æqualem triangulo F D G; quam contineant duo anguli A B C & B A D, ſeparando eam per lineam H K æquidiſtantem lineæ A B. dico igitur quod illa dividit quadrangulum, ſecundum quod proponitur. tranſibit enim intra quadrangulum A B E D; propter hoc quod [1] triangulus F D E eſt æqualis quadrangulo A B E D; & triangulus F D G minor eſt triangulo F D E. cum igitur triangulus F D E ſit æqualis quadrangulo A B E D, & triangulus F D G ſit æqualis quadrangulo A B H K: oportet quod triangulus G D E ſit æqualis quadrangulo K H E D. poſito igitur triangulo E D C communi, erit triangulus G D C æqualis quadrangulo K H C D. eadem igitur eſt proportio quadranguli A B H K ad quadrangulum K H C D ſicut trianguli F G D ad triangulum G D C: & per conſequens ſicut proportio V ad X. quod fuit propoſitum.



Tertio, cadat diviſio inter E & C in puncto L: ita quod ſit proportio F L ad L C ſicut V ad X. erit igitur proportio trianguli F D L ad triangulum L D C ſicut proportio V ad X. deinde ſecabo, per tertiam hujus, ex triangulo D E C triangulum ſimilem ei, æqualem vero triangulo L D C, per lineam M N æquidiſtantem lineæ E D. dico igitur quod illa dividit quadrangulum, ſecundum quod proponitur. triangulus enim F D E æqualis eſt quadrangulo A B E D; & triangulus E D L æqualis eſt quadrangulo D E M N: propter hoc quod trianguli M N C & L D C ſunt æquales. igitur pentagonus A B M N D æqualis eſt triangulo F D L. igitur eadem eſt proportio pentagoni A B M N D ad triangulum M N C ſicut trianguli F D L ad triangulum L D C: & per conſequens ſicut V ad X. quod fuit propoſitum.



Sicut autem dividitur quadrangulus ſecundum proportionem datam per lineam æquidiſtantem lateri ejus A B, ita poteſt dividi per lineam æquidiſtantem alteri ejus lateri cuicunque; & patet propoſitum.

Prop. XV. Probl.

Quemlibet quadrangulum, per lineam æquidiſtantem uni diametrorum ejus, ſecundum proportionem datam dividere.

Verbi gratia quadrangulum A B C D volo dividere ſecundum proportionem M ad N, per lineam æquidiſtantem diametro ejus A C. protraham enim diametrum B D ſecantem A C in puncto E: & dividam lineam B D ſecundum proportionem M ad N. primo igitur cadat diviſio in puncto E; ita quod eadem ſit proportio B E ad E D ſicut M ad N. dico igitur quod diameter A C dividit quadrangulum, ſecundum quod proponitur. nam proportio trianguli A B E ad triangulum A E D eſt ſicut proportio B E ad E D. ſimiliter proportio trianguli B E C ad triangulum E D C eſt ſicut proportio B E ad E D. igitur conjungendo, erit proportio trianguli A B C ad triangulum A D C ſicut proportio B E ad E D; & per conſequens ſicut proportio M ad N. quod fuit propoſitum.



Secundo, cadat diviſio inter B & E in puncto F: ita quod eadem ſit proportio B F ad F D quæ eſt M ad N. tunc protraham duas lineas F A, F C; & erit proportio duorum triangulorum A B F, C B F conjunctim ad quadrangulum

[1] Eodem argumento quo in ſuperiori πτώσει: nam ut A O ad O E, id eſt F B ad B E, id eſt F D B ad B D E, ſic B A D ad B D E: quare F D B æquale B A D; & communi addito B D E, erit F D E æquale B A D E. *Savil.*

A F C D sicut proportio B F ad F D. ex triangulo igitur A B C secabo, per tertiam hujus, triangulum G B H sibi similem, & æqualem duobus triangulis A B F, C B F conjunctim, per lineam G H æquidistantem lineæ A C: illam igitur lineam dico dividere quadrangulum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus G B H est æqualis superficiei A B C F, erit triangulus A F C æqualis quadrangulo A G H C. addito igitur A D C communi, erit quadrangulus A F C D æqualis pentagono A G H C D. proportio igitur trianguli G B H ad pentagonum A G H C D est sicut proportio superficiei A B C F ad quadrangulum A F C D: & per consequens sicut proportio M ad N. quod fuit propositum.



Tertio, cadat divisio inter E & D in puncto O: ita quod sit proportio B O ad O D sicut M ad N. tunc protraham duas lineas O A, O C. erit igitur proportio quadranguli A B C O ad superficiem A O C D sicut proportio B O ad O D; & per consequens sicut M ad N. secabo igitur, per tertiam hujus, ex triangulo A C D triangulum K L D sibi similem, & æqualem superficiei A O C D, per lineam K L æquidistantem lineæ A C. dico igitur quod illa dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. triangulus enim A O C æqualis est quadrangulo A C L K. igitur quadrangulus A B C O æqualis est pentagono A B C L K, & triangulus K L D æqualis superficiei A O C D. igitur proportio pentagoni A B C L K ad triangulum K L D est sicut proportio quadranguli A B C O ad superficiem A O C D; & per consequens sicut proportio M ad N. quod fuit propositum.



Consimiliter faciemus, ut dividatur quadrangulus A B C D secundum proportionem datam, per lineam æquidistantem diametro ejus B D. & patet propositum.

Prop. XVI. Probl.

Quemlibet quadrangulum, per lineam æquidistantem lineæ in quadrangulo assignatæ, quæ nec æquidistet alicui laterum ejus, neque alicui diametrorum ejus, secundum proportionem datam dividere.

Ut verbi gratia quadrangulum A B C D volo dividere secundum proportionem V ad X, per lineam æquidistantem lineæ A E. protraham enim duas diametros A C, E D secantes se super punctum O: deinde producam lineam B C secundum rectitudinem usque ad F, donec sit proportio E C ad C F sicut proportio E O ad O D: & protraham lineam A F. tunc dividam lineam B F secundum proportionem V ad X: & primo, cadat divisio in E puncto; ita quod sit proportio B E ad E F sicut V ad X. dico igitur quod linea A E dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. nam proportio trianguli A E C ad triangulum A C D est sicut proportio E O ad O D. igitur est sicut proportio E C ad C F, & per consequens sicut proportio trianguli A E C ad triangulum A C F. igitur trianguli A C F & A C D sunt æquales. totus igitur quadrangulus A E C D est æqualis toti triangulo A E F. eadem igitur est proportio trianguli A B E ad quadrangulum A E C D sicut ad triangulum A E F. sed proportio A B E trianguli ad triangulum A E F est sicut proportio V ad X. igitur proportio trianguli A B E ad quadrangulum A E C D est sicut proportio V ad X. quod fuit propositum.



Secundo, cadat divisio inter B & E in puncto G: ita quod eadem sit proportio B G ad G F sicut V ad X. tunc protraham lineam A G: & secabo, per tertiam hujus, de triangulo A B E triangulum H B K sibi similem & æqualem triangulo A B G, per lineam H K æquidistantem lineæ A E. tunc illam dico dividere quadrangulum, secundum quod proponitur. erit enim quadrangulus A H K E residuus de triangulo A B E æqualis triangulo A G E residuo de eodem A B E. sed & quadrangulus A E C D [1] æqualis est triangulo A E F. igitur pentagonus A H K C D æqualis est triangulo A G F. igitur eadem est proportio trianguli H B K ad pentagonum A H K C D sicut trianguli A B G ad triangulum A G F; hoc est, sicut B G ad G F, & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.



Tertio, cadat divisio inter E & F. quia igitur A E non est æquidistans lineæ C D, protraham ab altero duorum angulorum D C lineam intra quadrangulum æquidistantem lineæ A E: quæ (gratia exempli) sit linea D M: & protraham lineam A M secantem lineam E D super punctum N. deinde faciam proportionem L M ad M E secundum proportionem D N ad N E. hoc autem statim fieri potest, protrahendo lineam D L æquidistantem lineæ A M. cadet igitur L citra F; eo quod linea D F, si protraheretur, esset [2] æquidistans lineæ A C, si illa protraheretur. tunc protraham lineam A L. erit igitur triangulus A E L æqualis quadrangulo A E M D. dividatur igitur linea B F secundum proportionem V ad X: & nunc cadat divisio inter E & L



1 Eodem argumento quo in superiori πτώσ. Savil. επιτεχ. Idem.

2 Per 2. sexti; quia est ut E O ad O D sic E C ad C F, per

in

in puncto R, ita quod eadem sit proportio B R ad R F sicut V ad X. deinde, per decimam hujus, protraham lineam P Q æquidistantem lineæ A E, sic quod superficies A E Q P sit æqualis triangulo A E R. & quia triangulus A E L est major triangulo A E R: & triangulus A E L est æqualis quadrangulo A E M D; erit propter hoc quadrangulus A E Q P minor quadrangulo A E M D [1]. dico igitur quod linea P Q dividit quadrangulum A B C D, secundum quod proponitur. *Probatio.* Quadrangulus enim A E C D est æqualis triangulo A E F: & quadrangulus A E Q P est æqualis triangulo A E R. igitur quadrangulus P Q C D residuus est æqualis triangulo A R F residuo. similiter quia quadrangulus A E Q P est æqualis triangulo A E R: posito triangulo A B E communi; erit quadrangulus A B Q P æqualis triangulo A B R. igitur eadem est proportio quadranguli A B Q P ad quadrangulum P Q C D sicut trianguli A B R ad triangulum A R F. igitur & sicut B R ad R F: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

Quarto, cadat divisio in puncto L, ita quod eadem sit proportio B L ad L F sicut V ad X. tunc dico quod linea D M dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. nam triangulus A E F est æqualis quadrangulo A E C D: & triangulus A E L est æqualis quadrangulo A E M D. igitur triangulus A L F residuus est æqualis triangulo D M C residuo. similiter, quia quadrangulus A E M D est æqualis triangulo A E L; posito triangulo A B E communi, erit quadrangulus A B M D æqualis triangulo A B L. eadem igitur est proportio quadranguli A B M D ad triangulum D M C sicut trianguli A B L ad triangulum A L F: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.



Quinto, cadat divisio inter L & F in puncto Y; ita quod eadem sit proportio B Y ad Y F sicut V ad X: & protraham lineam A Y. quia igitur triangulus D M C [2] æqualis est triangulo A L F; & triangulus A L F major est triangulo A Y F: erit triangulus D M C major triangulo A Y F. igitur ex triangulo D M C separabo, per tertiam hujus, triangulum S T C sibi similem, & æqualem triangulo A Y F, per lineam S T æquidistantem lineæ D M. dico igitur quod linea S T dividit quadrangulum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus D M C est æqualis triangulo A L F; & etiam triangulus S T C est æqualis triangulo A Y F: erit quadrangulus D M T S residuus æqualis triangulo A L Y residuo. cum igitur quadrangulus A B M D [3] sit æqualis triangulo A B L; erit pentagonus A B T S D æqualis triangulo A B Y. eadem igitur est proportio pentagoni A B T S D ad triangulum S T C sicut trianguli A B Y ad triangulum A Y F. igitur & sicut B Y ad Y F: & per consequens sicut V ad X. & hoc est quod voluimus demonstrare.



Et est notandum quod sicut dividitur quadrangulus per lineam æquidistantem lineæ ductæ ab angulo ejus, quæ nec æquidistet ejus lateribus, nec ejus diametris: ita potest dividi per lineam æquidistantem lineæ non ductæ ab angulo assignato, ut protrahendo lineam ab aliquo angulo quadranguli cadentem intra quadrangulum, & æquidistantem lineæ assignatæ: & tunc operabimur, sicut jam docuimus.

Prop. XVII. Probl.

Pentagonum quemlibet notum per lineam à quolibet angulo ejus ductam secundum proportionem datam dividere.

Verbi gratia pentagonum A B C D E volo dividere secundum proportionem P ad Q, per lineam ductam ab angulo ejus A. protraham duas lineas A C, A D: & ab angulo B protraham lineam B F æquidistantem lineæ A C, donec concurrat cum linea D C ulterius protracta in puncto F. similiter ab angulo E protraham lineam E G æquidistantem lineæ A D, donec concurrat cum linea C D ulterius protracta in puncto G. tunc protractis lineis A F, A G; erit triangulus A F G æqualis pentagono A B C D E: propter hoc quod triangulus A B C est æqualis triangulo A F C, & triangulus A E D est æqualis triangulo A G D; addito A C D communi utrisque, patet quod diximus. dividam igitur lineam F G secundum proportionem P ad Q. & cadat primo divisio inter F & C in puncto H: ita quod sit proportio F H ad H G sicut proportio P ad Q. protraham igitur H K æquidistanter lineæ B F, donec tetigerit lineam B C in puncto K. est igitur eadem proportio B K ad K C sicut F H ad H C, per secundam sexti. deinde protracta linea A K: dico illam dividere pentagonum, secundum quod proponitur. protraham enim lineam A H. quia igitur triangulus A E D est æqualis triangulo A G D; addito A C D communi, erit quadrangulus A C D E æqualis triangulo A C G. similiter, quia triangulus A K C est æqualis triangulo A H C, propter æquidistantiam linearum K H & A C: erit pentagonus A K C D E æqualis triangulo A H G. item, quia eadem est proportio B C ad B K sicut F C ad F H; erit eadem proportio trianguli A B C ad triangulum A B K sicut trianguli



1 Cadetque P Q citra D M. *Savil.* 2 Ut in præcedenti πτώσει. 3 Ut in præcedenti πτώσει.

AFC ad triangulum AFH. igitur permutatim, eadem est proportio trianguli ABC ad triangulum AFC sicut trianguli ABK ad triangulum AFH. cum igitur trianguli ABC & AFC sint æquales;



erunt trianguli ABK & AFH æquales. eadem igitur est proportio trianguli ABK ad pentagonum AKCDE sicut trianguli AFH ad triangulum AHG. igitur & sicut FH ad HG: & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Secundo, cadat divisio in puncto C; ita quod eadem sit proportio FC ad CG sicut P ad Q. tunc dico quod linea AC dividit pentagonum, secundum quod proponitur. nam ut ostensum est supra, quadrangulus ACDE est æqualis triangulo ACG, & triangulus ABC æqualis est triangulo AFC. igitur eadem est proportio trianguli ABC ad quadrangulum ACDE sicut trianguli AFC ad triangulum ACG. igitur sicut FC ad CG: & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Tertio, cadat divisio in puncto L inter C & D: ita quod sit proportio FL ad LG sicut P ad Q. protraham igitur lineam AL; quam dico dividere pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus ABC est æqualis triangulo AFC; posito ACL communi, erit quadrangulus ABCL æqualis triangulo AFL. similiter, posito triangulo ALD cum



utrisque triangulis AED, AGD; erit quadrangulus ALDE æqualis triangulo ALG. igitur eadem est proportio quadranguli ABCL ad quadrangulum ALDE sicut trianguli AFL ad triangulum ALG. igitur sicut FL ad LG; & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Quarto, cadat divisio in puncto D. tunc dico quod linea AD dividit pentagonum, secundum quod proponitur: & patet probatio, sicut patuit quando cecidit divisio in puncto C.

Quinto, cadat divisio inter D & G in puncto M; ita quod eadem sit proportio FM ad MG sicut P ad Q tunc erigam lineam MN æquidistanter lineæ GE, quousque tetigerit lineam DE in puncto N: & protraham lineam AN;



quam dico dividere pentagonum, secundum quod proponitur. protracta enim linea AM, arguitur, ut prius in primo casu [1], quod triangulus AEN est æqualis triangulo AGM: & quod pentagonus ABCDN est æqualis triangulo AFM. igitur eadem est proportio pentagoni ABCDN ad triangulum ANE sicut trianguli AFM ad triangulum AMG. igitur & sicut proportio FM ad MG: & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Prop. XVIII. Probl.

Per lineam ductam à puncto, in latere noti pentagoni assignato, dictum pentagonum secundum proportionem notam dividere.

Verbi gratia, pentagonum ABCDE volo dividere secundum proportionem V ad X, per lineam ductam à puncto F assignato in in latere ejus AB. protraham lineam BG æquidistanter lineæ FC, & lineam EH æquidistanter lineæ FD, donec concurrant cum linea CD, ulterius ex utraque parte protracta, in punctis G & H. & protraham lineam AD secantem lineam FE in puncto L: deinde extendam lineam DH usque ad K, donec sit proportio DH ad HK sicut DL ad LA. hoc autem fiet, imaginando lineam AK protrahi æquidistanter lineæ LH. tunc protraham lineas FG, FH, FK. dividam igitur lineam GK secundum proportionem V ad X. & cadat divisio primo inter G & C in puncto M: ita quod eadem sit proportio GM ad MK sicut V ad X. deinde dividam lineam BC in puncto N per lineam MN æquidistantem lineæ BG; eritque proportio BN ad NC sicut proportio GM ad MC.



tunc protracta linea FN; dico quod illa dividit pentagonum, secundum quod proponitur. *Probatio.* Nam [2] proportio trianguli FDE ad triangulum FAE est sicut proportio DL ad LA. igitur & sicut proportio DH ad HK, quæ est sicut proportio trianguli DFH ad triangulum HFK. igitur proportio trianguli FDE ad triangulum FAE est sicut proportio trianguli DFH ad triangulum HFK. igitur permutatim, proportio trianguli DFE ad triangulum DFH est sicut proportio trianguli FAE ad triangulum FHK. sed trianguli DEH & DFE sunt æquales; propter æquidistantiam linearum FD & EH. igitur trianguli FAE & FHK sunt æquales. quadrangulus igitur FDEA æqualis est triangulo FDK. addito igitur FCD communi; erit pentagonus FCDEA æqualis triangulo FCK. *Hoc memoriæ commendemus* [3]. ex alia parte

1 Ubi demonstratum fuit ABK æquale esse triangulo AHF: hæc enim illis respondent in figura 1. πτώσεως. *Savil.* 2 Per primam sexti, FDL est ad FLA ut DL ad LA; & DEL est ad LEA ut DL ad LA: quare aggregando FDE est ad FAE ut DL ad LA, ut supra aliquoties. [illegible] est. *Omne quadrilaterum dividitur per diametrum in duo triangula proportionem eandem habentia, quam alterius diametri segmenta inter se eodem ordine sumpta.* Idem. 3 Pertinet enim communiter ad omnes πτώσεις.

pro-

protraham lineam F M. quia igitur triangulus F B C est æqualis triangulo F G C; & eadem est proportio B N ad N C sicut G M ad M C: [1] erit triangulus F B N æqualis triangulo F G M; & triangulus F N C æqualis triangulo F M C. congregando igitur, patet quod hexagonus F N C D E A est æqualis triangulo M F K; & trianguli F B N & F G M sunt æquales. igitur eadem est proportio trianguli F B N ad hexagonum F N C D E A sicut trianguli F G M ad triangulum F M K. igitur & sicut lineæ G M ad lineam M K: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

Secundo, cadat divisio in puncto C; ita quod eadem sit proportio G C ad C K sicut V ad X. dico igitur quod linea F C dividit pentagonum, secundum quod proponitur. jam enim ostensum fuit quod pentagonus F C D E A est æqualis triangulo F C K, & quod etiam triangulus F B C æqualis est triangulo F G C. igitur eadem est proportio trianguli F B C ad pentagonum F C D E A sicut trianguli F G C ad triangulum F C K. igitur & sicut lineæ G C ad C K: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

Tertio, cadat divisio inter C & D in puncto O: ita quod eadem sit proportio G O ad O K sicut V ad X. dico igitur quod linea F O dividit pentagonum, secundum quod proponitur. addito communi triangulo F O D ad quadrangulum F D E A, & ad triangulum sibi æqualem F D K; erit pentagonus F O D E A æqualis triangulo F O K. consimiliter, addito



triangulo F C O communi ad duos æquales triangulos F B C & F G C; erit quadrangulus F B C O æqualis triangulo F G O. igitur eadem est proportio quadranguli F B C O ad pentagonum F O D E A sicut trianguli F G O ad triangulum F O K: igitur & sicut G O ad O K: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

Quarto, cadat divisio in puncto D; ita quod eadem sit proportio G D ad D K sicut V ad X. dico igitur quod linea F D dividit pentagonum, secundum quod proponitur. addito enim triangulo F C D communi ad æquales triangulos F B C & F G C, patet probatio.

Quinto, cadat divisio inter D & H in puncto P; ita quod eadem sit proportio G P ad P K sicut V ad X. tunc dividam lineam D E in puncto Q, per lineam P Q æquidistantem lineæ E H. erit igitur eadem proportio D Q ad Q E sicut D P ad P H. protracta igitur linea F Q; dico quod illa dividit pentagonum, secundum quod proponitur. totus enim quadrangulus F D E A [2] est æqualis toti triangulo F D K. sed & triangulus F D Q [3] est æqualis triangulo F D P. igitur quadrangulus F Q E A residuus æqualis est triangulo F P K residuo. quadrangulus etiam F B C D æqualis est triangulo F G D. addito igitur triangulo F D Q ad quadrangulum F B



C D; & triangulo F D P, æquali triangulo F D Q, addito ad triangulum F G D: patet quod pentagonus F B C D Q æqualis est triangulo F G P. eadem igitur est proportio pentagoni F B C D Q ad quadrangulum F Q E A sicut trianguli F G P ad triangulum F P K: & per consequens sicut proportio V ad X. quod fuit propositum.

Sexto, cadat divisio in puncto H, dico igitur quod linea F E dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim quadrangulus F B C D [4] est æqualis triangulo F G D, & ut supradictum est [5], triangulus A F E æqualis est triangulo F H K, atque triangulus F D E æqualis triangulo F D H. igitur pentagonus F B C D E æqualis est triangulo F G H. igitur eadem est proportio pentagoni F B C D E ad triangulum F A E sicut trianguli F G H ad triangulum F H K. igitur & sicut G H ad H K: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

Septimo, cadat divisio inter H & K in puncto R: ita quod eadem sit proportio G R ad R K sicut V ad X. tunc dividam lineam E A in puncto S, ita quod eadem sit proportio E S ad S A sicut H R ad R K. dico igitur quod linea F S dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus A F E est æqualis triangulo F H K; & proportio E S ad S A est sicut proportio H R ad R K: erit triangulus F E S æqualis triangulo F H R, & etiam triangulus F S A æqualis triangulo F R K. sed & pentagonus F B C D E [6] est æqualis triangulo F G H. igitur hexagonus F B C D E S est æqualis triangulo F G R. igitur eadem est pro-



portio hexagoni F B C D E S ad triangulum F S A sicut trianguli F G R ad triangulum F R K. igitur & sicut lineæ G R ad lineam R K: & per consequens sicut V ad X. quod fuit propositum.

1 Nam tota æqualia dividuntur in parteis eandem inter se rationem habenteis: partes itaque ὁμόλογα æquales erunt. *Savil.* 2 Ut probatum est in prima πτώσει. 3 Quia F D, Q P æquidistant. 4 Ut in quarta πτώσει. 5 In quarta πτώσει. 6 Ut in prima πτώσει.

Prop. XIX. Probl.

Pentagonum duorum æquidistantium laterum, per lineam æquidistantem æquidistantibus ejus lateribus, secundum proportionem datam dividere.

VErbi gratia, pentagonum A B C D E volo dividere secundum proportionem Q ad R, per lineam æquidistantem lateri ejus A B; quod quidem latus, aut æquidistat lateri C D, aut lateri D E. æquidistet igitur, primo, lateri C D. tunc protraham lineam E F æquidistantem lateri A B: & producam lineas E B & E C: deinde protraham lineam A G æquidistantem lineæ E B, & lineam D H æquidistantem lineæ E C, quousque concurrant cum linea B C, ulterius ex utraque parte protracta, in punctis G & H: deinde dividam lineam G H



secundum proportionem Q ad R. & primo cadat divisio in puncto F. dico igitur quod linea E F dividit pentagonum, secundum quod proponitur. *Probatio.* Quia enim linea A G æquidistat lineæ E B; protracta linea E G, erit triangulus E A B æqualis triangulo E G B. addito igitur triangulo E B F communi, erit triangulus E G F æqualis quadrangulo E A B F. item, quia D H linea æquidistat lineæ E C; protracta linea E H, erit triangulus E D C æqualis triangulo E H C. addito igitur triangulo E F C communi, erit triangulus E F H æqualis quadrangulo E F C D. & prius fuit triangulus E G F æqualis quadrangulo A B F E. igitur eadem est proportio quadranguli A B F E ad quadrangulum E F C D sicut trianguli E G F ad triangulum E F H. igitur & sicut lineæ G F ad F H: & per consequens sicut Q ad R. quod fuit propositum.

Secundo, cadat divisio inter G & F in puncto K; ut sit proportio G K ad K H sicut Q ad R: tunc protraham lineam E K. quia igitur triangulus E G K est minor triangulo E G F; & triangulus E G F [1] æqualis est quadrangulo A B F E: erit triangulus E G K minor quadrangulo A B F E. adjungam igitur lineæ AB, per decimam hujus, superficiem A B L M æqualem triangulo E G K per lineam L M æquidistantem lineæ A B. dico igitur quod linea L M dividit pentagonum, secundum



quod proponitur. nam triangulus E G K est æqualis quadrangulo A B L M; & totus triangulus E G H [2] est æqualis toti pentagono A B C D E. igitur triangulus E K H residuus est æqualis pentagono M L C D E residuo. igitur eadem est proportio quadranguli A B L M ad pentagonum M L C D E sicut trianguli E G K ad triangulum E H K: & per consequens sicut Q ad R. quod fuit propositum.

Tertio, cadat divisio inter F & H in puncto N: & protrahatur linea E N. erit igitur triangulus E H N minor quadrangulo E F C D; eo quod est minor triangulo E H F sibi æquali: ideo, per decimam hujus, adjungam lineæ D C superficiem P O C D æqualem triangulo E H N per lineam O P æquidistantem lineæ C D. dico igitur quod linea O P dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim quadrangulus P O C D est æqualis triangulo E N H: & totus triangulus E G H æqualis est toti pentagono A B C D E; erit pentagonus A B O P E residuus æqualis triangulo E G N residuo. igitur eadem est proportio pentagoni A B O P E ad quadrangulum P O C D sicut trianguli E G N ad triangulum E N H: & per consequens sicut Q ad



R. quod fuit propositum. Consimiliter autem sicut dividitur pentagonus A B C D E habens duo latera A B, C D æquidistantia, facta ratiocinatione super lineam B C oppositam angulo E inter duo latera æquidistantia intercepto: ita positis duobus ejus lateribus A B, D E æquidistantibus, dividetur per lineam æquidistantem lineæ A B, facta ratiocinatione super latus ejus E A oppositum angulo ejus C inter duo ejus latera A B, D E æquidistantia intercepto: & patet propositum utrobique.

Prop. XX. Probl.

Pentagonum, cujus unum laterum ejus uni ejus diametro æquidistat, per lineam æquidistantem illi lateri & illi diametro, secundum proportionem datam dividere.

VErbi gratia, pentagonum A B C D F volo dividere secundum proportionem P ad Q, per lineam æquidistantem lateri ejus A B; quod quidem latus æquidistat diametro ejus C E. protraham enim lineam E B; & producam lineam A F æquidistantem lineæ E B, & lineam D G æquidistantem lineæ E C, donec concurrant cum linea B C, protracta ex utraque parte ulterius, ad puncta F & G: deinde protractis lineis E F & E G, erit triangulus E F G



æqualis pentagono A B C D E proposito: ut patet per modum arguendi in præmissa [3]. dividam igitur lineam F G secundum proportionem P ad Q. cadat igitur divisio vel in C, vel ante C, vel post C. & primo cadat in puncto C: ita quod eadem sit proportio F C ad C G sicut P

1 Ut in prima πτώσει. 2 Ut in principio prop. 17. demonstratum est. 3 In principio prop. 17.

ad

ad Q. dico igitur quod linea E C dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quadrangulus enim A B C E est æqualis triangulo E F C; propter hoc quod triangulus E C D residuus est æqualis triangulo E C G residuo; & totus pentagonus æqualis toti triangulo. igitur eadem est proportio quadranguli A B C E ad triangulum E C D sicut trianguli E F C ad triangulum E C G. igitur & sicut F C ad C G; & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Secundo, cadat divisio inter F & C in puncto H; ita quod sit proportio F H ad H G sicut P ad Q. quia igitur quadrangulus A B C E æqualis est triangulo E F C, & triangulus E F H minor est triangulo E F C; erit triangulus E F H minor quadrangulo A B C E. adjungam igitur lineæ A B, per decimam hujus, quadrangulum A B K L æqualem triangulo E F H, per lineam K L æquidistantem lineæ A B. illam igitur lineam K L dico dividere pentagonum, secundum quod proponitur.



quia enim ille totus pentagonus est æqualis toti triangulo E F G: & quadrangulus A B K L æqualis est triangulo E F H; erit pentagonus L K C D E residuus æqualis triangulo E H G residuo. eadem igitur est proportio quadranguli A B K L ad pentagonum L K C D E sicut trianguli E F H ad triangulum E H G. igitur & sicut F H ad H G: & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Tertio, cadat divisio inter C & G in puncto M; ita quod eadem sit proportio F M ad M G sicut P ad Q. quia igitur triangulus E D C est æqualis triangulo E G C: & triangulus E M C minor est triangulo E G C; erit propter hoc triangulus E M C minor triangulo E D C. adjungam igitur lineæ E C quadrangulum E C N O æqualem triangulo E M C, per lineam N O æquidistantem lineæ E C, secundum doctrinam decimæ hujus: vel quod idem est, separabo, per tertiam hujus, triangulum D O N à triangulo D E C sibi similem, & æqualem triangulo E G M. dico igitur quod linea N O dividit pentagonum, secundum quod proponitur.



quia enim totus pentagonus A B C D E est æqualis toti triangulo E F G: & triangulus O N D æqualis est triangulo E M G; erit hexagonus A B C N O E residuus æqualis triangulo E F M residuo. eadem igitur est proportio hexagoni A B C N O E ad triangulum O N D sicut trianguli E F M ad triangulum E M G. igitur & sicut F M ad M G: & per consequens sicut P ad Q. quod fuit propositum.

Prop. XXI. Theor.

Quocunque latere pentagoni assignato, quod nec alicui ejus lateri, nec alicui ejus diametro æquidistet; protrahi possunt intra pentagonum, ab aliquibus duobus trium angulorum dicto lateri nullatenus conjunctorum, duæ lineæ æquidistantes illi lateri prætaxato.

Verbi gratia, esto quod in pentagono A B C D E latus ejus A E neque sit æquidistans alicui lateri ejus, neque ejus diametro B D. tunc dico quod ab aliquibus duobus trium angulorum B, C, D protrahi possunt duæ lineæ intra pentagonum, quarum utraque sit æquidistans lateri A E. ex quo enim A E & B D non sunt æquidistantes, illæ ulterius protractæ aut concurrerent ex parte A B, aut ex parte E D. si ex parte A B; tunc linea B F protracta à puncto B, æquidistanter lineæ A E, necessario caderet super latus E D, sicut in utraque superiorum figurarum [1]: si autem concurrerent ex parte E D, tunc linea D G à puncto D protracta, æquidistanter lineæ A E, necessario cadet super latus A B; sicut in utraque inferiorum figurarum [2].





Item si A E & B D concurrerent ex parte A B, sicut in utraque superiorum figurarum; tunc linea B F, ex quo non est æquidistans lineæ C D, aut concurrent cum ea ex parte F D, aut ex parte B C; si ex parte F D, sicut in prima superiorum; tunc à puncto D protrahi potest D H æquidistanter lineæ A E, cadens in latere B C. si vero concurrerent B F & C D ex parte B C, sicut in secunda superiorum; tunc à puncto C protrahi potest C K æquidistanter lineæ A E, cadens in latere E D. habemus igitur B F & D H æquidistantes lineæ A E, in prima figurarum superiorum. & habemus B F & C K æquidistantes eidem lineæ, in secunda figurarum superiorum.

Si autem A E, B D concurrerent ex parte E D, sicut in utraque inferiorum figurarum; tunc linea D G, ex quo non est æquidistans lineæ B C, aut concurret cum ea ex parte G B, aut ex parte D C. si ex parte G B, sicut in prima inferiorum figurarum; tunc à puncto B protrahi potest B L æquidistanter lineæ A E, & cadet in latere C D: si vero G D & B C concurrent ex parte C D, sicut in secunda inferiorum figurarum; tunc à puncto C protrahi potest C M æquidistanter lineæ A E, cadens in latere A B.





1 Primarum duarum hujus prop. 2 Ultimarum duarum hujus prop.

habemus igitur D G & B L in prima figurarum inferiorum: & D G & C M in secunda figurarum inferiorum, æquidistanter lineæ A E, & cadentes intra pentagonum. patet igitur totum quod ostendere volebamus.

Prop. XXII. Probl.

Pentagonum per lineam æquidistantem uni ejus lateri assignato, quod quidem latus nullo ejus alteri lateri, nec alicui ejus diametro sit æquidistans, secundum proportionem datam dividere.

SIT pentagoni A B C D E latus A B, neque æquidistans diametro E C, neque alteri laterum E D, C D. illum igitur volo dividere secundum proportionem Y ad Z, per lineam æquidistantem lateri ejus A B. à duobus enim trium angulorum ejus C, D, E protraham [1] duas lineas intra pentagonum æquidistantes lateri ejus A B. aut igitur illæ duæ lineæ descendentes sic ab angulis cadent super idem latus, vel super latera opposita. cadant igitur primo super latera opposita: & sint E F, C G; ita quod F sit in latere B C, & punctum G sit in latere E D. ratiocinabor autem super latus, in quod cadit parallelus propinquior lineæ A B, videlicet super latus B C. protraham igitur lineas E B & E C; deinde protraham lineam A H æquidistanter lineæ E B; & lineam D K æquidistanter lineæ E C, donec concurrant cum linea B C, ulterius ex utraque parte protracta, in punctis H & K: & protraham lineas E H & E K. quia igitur triangulus E A B est æqualis triangulo E H B: & triangulus E D C æqualis est triangulo E K C; addito triangulo E B C communi, erit pentagonus A B C D E æqualis triangulo E H K. *Quod est memoriæ commendandum* [2]. Protraham etiam lineam G L æquidistanter lineæ E C: & producam lineam E L: tunc dividam lineam H K secundum proportionem Y ad Z. aut igitur cadet divisio in puncto F, vel in puncto L, vel inter H & F, vel inter F & L, vel inter L & K. cadat igitur primo in puncto F; ita quod eadem sit proportio H F ad F K sicut Y ad Z. dico igitur quod linea E F dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quadrangulus enim E A B F æqualis est triangulo E H F, & quadrangulus E D C F æqualis est triangulo E K F. igitur est proportio quadranguli E A B F ad quadrangulum E D C F sicut trianguli E H F ad triangulum E K F. igitur & sicut H F ad F K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.



Secundo, cadat divisio in puncto L. dico igitur quod linea C G dividit pentagonum prout proponitur. quia enim lineæ E C & G L sunt æquidistantes, erunt trianguli E G C & E L C æquales. sed totales trianguli E D C & E K C sunt æquales. igitur & triangulus G C D æqualis est triangulo E L K. quadrangulus etiam A B C E æqualis est triangulo E H C. igitur pentagonus A B C G E æqualis est triangulo E H L. eadem igitur est proportio pentagoni A B C G E ad triangulum G C D, sicut trianguli E H L ad triangulum E L K. igitur sicut H L ad L K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.

Tertio, cadat divisio inter H & F in puncto M: & protrahatur linea E M. quia igitur triangulus E H F [3] est æqualis quadrangulo E A B F: & triangulus E H M minor est triangulo E H F; erit propter hoc triangulus E H M minor quadrangulo E A B F. adjungam igitur, per decimam hujus, lineæ A B superficiem A B N O æqualem triangulo E H M, per lineam N O æquidistantem lineæ A B. dico igitur lineam N O dividere pentagonum, secundum quod proponitur. pentagonus enim A B C D E [4] æqualis est triangulo E H K: & quadrangulus A B N O æqualis est triangulo E H M. igitur pentagonus O N C D E residuus æqualis est triangulo E M K residuo. igitur eadem est proportio quadranguli A B N O ad pentagonum O N C D E sicut trianguli E H M ad triangulum E M K. igitur & sicut H M ad M K; & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.



Quarto, cadat divisio inter F & L in puncto P: & protrahatur linea E P. quia igitur triangulus E F L æqualis est quadrangulo E F C G: & triangulus E F P minor est triangulo E F L; erit triangulus E F P minor quadrangulo E F C G. adjungam igitur lineæ E F, per decimam hujus, quadrangulum E F Q R æqualem triangulo E F P, per lineam Q R æquidistantem lineæ E F. dico igitur quod linea Q R dividit pentagonum, secundum quod proponitur. est enim triangulus E H P æqualis pentagono A B Q R E: & totus pentagonus A B C D E æqualis est toti triangulo E H K. igitur quadrangulus R Q C D residuus æqualis est triangulo E P K. igitur eadem est proportio pentagoni A B Q R E ad quadrangulum R Q C D sicut trianguli E H P ad triangulum E P K. igitur sicut H P ad P K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.



Quinto, cadat divisio inter L & K in puncto S. quia igitur propter æquidistantiam linearum E C & G D, trianguli E G C & E L C sunt

1 Per præcedentem. 2 Nam pertinet ad omneis πτώσεις. 3 Ut in prima πτώσει. 4 patet per prop. 17. hujus.

æquales

æquales: atque totales trianguli E D C & E K C etiam æquales; erunt propter hoc trianguli G D C, E K L residui æquales. sed protracta linea E S, triangulus E K S minor est triangulo E K L. igitur triangulus E K S minor est triangulo G D C. per tertiam igitur hujus, resecabo de triangulo G D C triangulum T D V sibi similem, & æqualem triangulo E K S, per lineam T V æquidistantem lineæ G C. dico igitur quod linea T V dividit pentagonum, secundum quod proponitur.



totus enim pentagonus A B C D E æqualis est toti triangulo E H K, & triangulus T D V æqualis triangulo E K S. igitur hexagonus A B C V T E residuus æqualis est triangulo E H S residuo. igitur eadem est proportio hexagoni A B C V T E ad triangulum T D V sicut trianguli E H S ad triangulum E K S. igitur & sicut H S ad S K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.

Si autem duæ lineæ E F & C G, quæ sunt æquidistantes lineæ A B, ceciderint sic, quod linea E F ceciderit super latus C D: & linea C G super latus A E; tunc erigemus angulum C: & ratiocinabimur super lineam A E, sicut fecimus super lineam B C; & deveniemus ad nostrum propositum, sicut prius.



Si autem duæ lineæ, quæ protractæ sunt æquidistanter lineæ A B, cadant super unum & idem latus, tunc ratiocinabimur super illud latus. ut verbi gratia, sit quod in pentagono ABCDE duæ lineæ E F & DG protractæ æquidistanter lineæ AB cadant super latus B C: tunc protraham A H æquidistantem lineæ E B, & lineam D K æquidistantem lineæ E C, protraham etiam lineam E G, & lineam sibi æquidistantem D L: & producam lineas E H, E L & E K. patet igitur ex præmissis, quod triangulus E H K est æqualis pentagono A B C D E, & quod triangulus E H L est æqualis pentagono A B G D E; & tia relinquitur quod triangulus D G C æqualis est triangulo E L K. *Hæc autem sunt memoriæ commendanda.* dividam igitur lineam H K secundum proportionem Y ad Z: & cadet divisio vel in F, vel in L, vel inter illa, aut inter illa & extrema. cadat igitur primo divisio in puncto F. itaque sit proportio H F ad F K sicut Y ad Z. dico igitur quod linea E F dividit pentagonum, secundum quod proponitur. nam quadrangulus A B F E est æ-



qualis triangulo E H F, & quadrangulus E F C D est æqualis triangulo E F K. igitur eadem est proportio quadranguli A B F E ad quadrangulum E F C D sicut trianguli E H F ad triangulum E F K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.

Secundo, cadat divisio in puncto L. dico igitur quod linea D G dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus E G D est æqualis triangulo E G L: & quadrangulus A B G E æqualis triangulo E H G; erit pentagonus A B G D E æqualis triangulo E H L. sed & triangulus D G C [1] æqualis est triangulo E L K. igitur eadem est proportio pentagoni A B G D E ad triangulum D G C sicut trianguli E H L ad triangulum E L K. igitur & sicut H L ad L K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.



Tertio, cadat divisio in puncto M inter H & F. protracta linea E M; fiat quadrangulus A B N O, per decimam hujus, æqualis triangulo E H M, per lineam N O æquidistantem lineæ A B. patet igitur, sicut & supra, quod proportio quadranguli A B N O ad pentagonum O N C D E est sicut proportio trianguli E H M ad



triangulum E M K: & per consequens sicut Y ad Z. linea igitur O N dividit pentagonum, secundum quod proponitur.

Quarto, cadat divisio inter F & L in puncto



P. tunc protracta linea E P; fiat quadrangulus E F Q R, per decimam hujus, æqualis triangulo E F P. pentagonus igitur A B Q R E est æqualis triangulo E H P. eadem igitur est proportio pentagoni A B Q R E ad quadrangulum R Q C D sicut trianguli E H P ad triangulum E P K. igitur & sicut H P ad P K: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.

Quinto, cadat divisio in puncto S inter L & K; ita quod eadem sit proportio H S ad S K, sicut Y ad Z. quia igitur, ut superius [3] dictum

1 Ut supra memoriæ mandatum est. 2 Est enim ABFE quadrangulus æqualis triangulo HEF, & proinde major triangulo HBM. 3 In prima πτώσει secundæ partis.

est, triangulus DGC æqualis est triangulo ELK; erit triangulus ESK minor triangulo DGC. secabo igitur, per tertiam hujus, ex triangulo DGC triangulum TVC sibi similem, &



æqualem triangulo ESK, per lineam TV æquidistantem lineæ DG. dico igitur quod linea TV dividit pentagonum, secundum quod proponitur. quia enim triangulus TVC æqualis est triangulo ESK, & totus pentagonus ABCDE æqualis toti triangulo EHK; erit propter hoc, hexagonus ABVTDE æqualis toti triangulo EHS. eadem igitur est proportio hexagoni ABVTDE ad triangulum TVC sicut trianguli EHS ad triangulum ESK: & per consequens sicut Y ad Z. quod fuit propositum.

Si autem duæ lineæ, quæ protractæ fuerint æquidistanter lineæ AB, cadant super latus AE, secundum quod cadunt lineæ CF, DG: tunc erigemus angulum C; & ratiocinabimur super lineam AE, sicut fecimus super lineam BC: & deveniemus ad nostrum propositum, sicut prius. patet igitur quod voluimus demonstrare.



FINIS LIBRI EUCLIDIS DE DIVISIONIBUS.

EU-

EUCLIDIS
DE
LEVI ET PONDEROSO
FRAGMENTUM.

DEFINITIONES.

1. ÆQUA magnitudine corpora sunt, quæ loca replent æqua.

2. Diversa magnitudine corpora sunt, quæ loca replent non æqua.

3. Grandiora magnitudine dicuntur corpora, quæ loco sunt ampliore.

4. Æqua potentia corpora sunt, quorum, & tempore & aere aquave media æqualibus, & per æqualia intervalla, æquales sunt motus.

5. Diversa potentia corpora sunt, quorum, tempore diverso, motus sunt æquales.

6. Diversorum potentia corporum majus id potentia dicitur, quod movendo temporis insumpsit minus: minus autem potentia, quod temporis amplius.

6. Generis ejusdem corpora sunt, quæ, cum æqua magnitudine ~~sint, etiam sunt~~ potentia.

8. Diversa genere corpora sunt, quæ cum æqua magnitudine sint, potentia non sunt; per idem licet medium moveantur.

9. Diversorum genere corporum, potentius id dicitur, quod est solidius.

THEOREMA I.

Diversorum potentia corporum, quod spatium amplius movetur, habet amplius potentiæ.

SInt A & B corpora duo, sint G D & E F spatia duo, G D majus per quod A, E F minus per quod B movetur. resecabo à



spatio G D, G R spatium, sic ut sit E F spatio spatium G R æquale. cætera sponte patent.

THEOR. II.

Eorundem genere corporum, si ipsa inter se erunt multiplicia, erunt æque ipsorum potentiæ multiplices.

SIT corpus A G, eodem genere corpori D duplum; dico etiam potentia duplum esse. Sit enim A G quidem corporis potentia E H, D vero C: & A G juxta multiplicis excessum in A B & B G dividatur, sic ut utriusque po-



tentia, ipsius D corporis potentiæ, quæ erat C, æqualis fiat. rursus, ut A G corpus in partes A B, B G corpori D æquas divisimus, sic E H potentiam in partes E R & R H, æquas C potentiæ dividamus. liquidum est E H potentiam duplam potentiæ C evadere.

THEOR. III.

Eorundem genere corporum, proportio & magnitudine & potentia est eadem.

SIT A corpus corporis eodem genere B duplum; dico ut A corpus ad B corpus est,



sic corporis A potentia G ad corporis B potentiam D esse.

Patet, si ut corpora sic potentias æque utrinque multipliciter dividamus.

Theor. IV.

Quæ corpora æqua potentia ejusdem generis corpori sunt, ejusdem sunt inter se generis.

ABlatis enim æqualibus illi tertio, erunt ipsorum virtutes æquales, quia potentiæ tertii æquales.

Theor. V.

Quorum corporum & magnitudo & potentia proportio una est, ipsa generis ejusdem erunt.

SIT ut A corpus ad corpus B, sic corporis A potentia ad corporis B potentiam D; dico A, B corpora generis ejusdem esse.

Statuamus enim A corpus æquale corpori cujus potentia sit R. erunt igitur ut B ad A sic R ad potentiam ipsius A, quæ est G. reliqua patent.

FINIS OPERUM EUCLIDIS.

Errata, quæ in opus longum & difficile irrepsisse comperimus, sic emendentur.

PAG. 26. v. 48. pro ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως lege ἐπὶ τῶν ἴσων βάσεων. p. 49. v. 5. pro κύκλου lege κύκλων. p. 149. v. 4. dele ἴσαι. v. 29. pro περὶ ἑαυτοῦ lege παρ' ἑαυτοῦ. p. 150. v. 30. pro τῆς ΓΖ lege ἐλάσσονα τῆς ΓΖ. p. 152. v. 15. dele πρότερον, & v. 16. pro ἴσωσιν πρῶται lege ἴσωσιν πρότεροι αἱ Α, ΒΓ πρῶται. p. 159. v. 13. pro δευτέρου lege τετάρτου. v. 37. pro τῆς Ε, Ζ lege τῶν Ε, Ζ. p. 161. v. 30. pro Α, Β ἐλάχισται lege Α, Β ἐλάσσονες ἐλάχισται. p. 173. v. 19. pro ἕτερον lege ἑκάτερον. p. 177. v. 30. dele ἑξῆς. p. 194. v. 40. pro ἀνάλογον lege ἑξῆς ἀνάλογον. p. 209. v. 13. pro ὑπ' αὐτῶν lege ἀπ' αὐτῶν.

p. 261. v. 36. dele μήκει. p. 262. v. 22, & 23. pro [illegible] lege [illegible] p. 337. v. 2. pro τὸ lege τῷ. p. 354. v. 41. pro ὑφιστῶσι lege ὑφιστῶσι. p. 370. v. 3. pro παραλλήλων lege παραλληλόγραμμα. p. 401. v. 10. pro συλλαβὼν lege συλλαβόν. p. 403. v. 48. pro Β Α, Δ Γ μετὰ lege Β Α, Α Γ μετὰ, & v. 52. pro Β Α, Α Γ ἴσον lege Α Β, Β Γ ἴσον. p. 454. v. 17. pro ὅλον lege ὅλων. p. 455. v. 1. pro γεγωνιωμένα lege γεγωνιωμένα, & v. 19. pro ἐν lege ἕν. p. 457. v. 28. pro δεδομένως lege δεδομένου. p. 458. v. 22. pro ἀλλὸ lege ἄλλο, & v. 25. pro μαθηματικοῖς lege μαθηματικοῖς.